

R. 10.171

A. KRANTZII,
VIRI IN THEOLO-
GIA ET IVRE PONTI-
FICIO CELEBERRIMI, HISTO-
RICIQUE CLARISSIMI,
WANDALIA.

*De Wandalorum vera origine, variis gentibus, crebris è pa-
tris migrationibus, regnis item, quorum vel autores
vel everfores fuerunt.*


CVM INDICE LOCVPLETISS.



BIBLIOTECA
UNIVERSITARIA
DE
GRANADA

FRANCOFVRTI,
Ex officina typographica Andreae Wecheli,
M. D. LXXX.

103-1.



7 400 40
SILVA
MADE IN SPAIN

R. 10.171

A. KRANTZII,
VIRI IN THEOLO-
GIA ET IVRE PONTI-
FICIO CELEBERRIMI, HISTO-
RICIQUE CLARISSIMI,
WANDALIA.

*De Wandalorum vera origine, variis gentibus, crebris è pa-
trium migrationibus, regnis item, quorum vel autores
vel everfores fuerunt.*

CVM INDICE LOCVPLETISS.



FRANCOFVRTI,
Ex officina typographica Andreae Wecheli,
M. D. LXXX.



ALBERTI KRANTZII VIRI IN THEOLOGIA ET

IVRE PONTIFICIO CELEBERRIMI,
HISTORICIQVE CLARISS. WANDALIÆ,
LIBER PRIMVS.

P R Æ F A T I O.



30

40

50

ANDALORVM ab origine antiquissimam, & nunc totius Europæ latissimam gentem, à primis cunabulis recensere difficillimum & propè impossibile arbitror, quòd in ea gente diu nullæ literæ, quibus antiquitatum memoria seruetur, viguerunt, primumque illis (sicut plerisque) cum Christianismo sunt inuictæ. Qua ex re ordinem quoque gestorum in ea omni gente, ad nostra usque tempora deducere, prorsus factu non possibile iudicavi. Quos enim annales, quos codices rerum veterum indices in eis proferunt? Certè nullos. Et (quod difficultatem exaggerat) ea Wandalorum natio pro sui magnitudine multas prouincias occupans & aliquando mutans, nomina multiplicauit, & aliquando variauit: ut non putes eandem esse gentem, quam variis vocabulis inscriptam, diuersis & longè distantibus prouinciis reperis habitantem: quum tamen vnus ubique moribus, iisdem legibus, vna denique lingua viuat. Boemi quidem, insignis huius gentis portio, quædam suæ vetustatis præferunt monumenta: quæ literis latius illustrauit Æneas Syluius, tunc Senensis cardinalis, deinde Pius papa 11. paucis ante pontificatum diebus, quum per ocium ageret in balneis Puteolanis. Sed in his ipsis ab illo meruerunt de suæ antiquitatis commemoratione protinus irrideri, quòd illam usque ad Babylonis turrim & linguarum confusionem produxerunt. Cur enim non inde usque ad arcam Noæ, & ad ipsum primæ parentis vterum, paradisiq; delicias ascenderunt? Vana nimirum iactantia & merita irrisione castigata. Nulla enim media tempora à multis annorum millibus, nullos duces, nullas res gestas per multa secula commemorant. Quanquam & illa ipsa quæ de sua Boemi in eam regionem transitione prodiderunt, vana sunt & friuola, & multorum testimoniis facile conuincenda. Tenemus, teste Blondo, tempora quibus Wandali (quos ille, ut ceteri, Sclauos appellat) è priscis sedibus in Dalmatiam, Histriam & Illyricum transferunt, sub imperio Mauricii Constantinopolitani, non (ut illi fabulantur) ex Dalmatia in Bohemiam duce Zetho commigrarunt. Nam magnam Bohemorum gentem in Hercinia sylua dudum mansisse longè ante tempora ab illis signata, Ptolemæus cosmographus, qui sub Hadriano Imperatore scripsit, commemorat. Tacitus verò Boiæmos vocat, à Boiis (Gallica gente) traducto vocabulo: quam sedibus suis, hoc est montosis illis (quas nunc Bohemi tenent) regionibus pulsos exegerunt: & ab eodem Tacito sunt appellati Boiæmi Marcomanni: quod suo loco, quum ad tempora Marci Antonii peruenerimus, commemorabitur. Nec tamen Æneam in ea sua narratione coarguerim, qui traditam sibi à gente fabulam fecerit Latinam, fidem narrationis à tradentibus iubens requiri. Sclauos

Wandalis olim
nulle literæ.

Boemorum, qui
Wandalis sunt,
origo ridicula

Sclau qui aliter Wandali.

Tacitus.

Berosi Babylonii atas.

Tuisconis Germanorum patris filii.

Lingua Wandalica vsus latissime patet.

autem appellant quos veteres dixere Wandalos. Nam & illi ipsi Bohemi in suis antiquitatibus ad turrim Babylonis extruendam, in diuisione linguarum se adfuisse, & tum Sclauonos (hoc est verbosus) se contendent appellatos. Sed hæc fabulosa iustis de causis cum Ænea reiciunt, antiquitatem totius Wandalorum gentis ex vetustissima memoria colligimus. Nam Cornelius Tacitus ad principium Germaniæ suæ, Celebrant, inquit, Germani carminibus antiquis (quod vnum apud illos memoriæ atque annaliū genus est) Tuisconem Deum terra editum, & filium Mannum originem gentis conditoresque. Manno tres filios assignant, e quorum nominibus proximi oceano Ingeuones, medii Hermiones, cæteri Isteuones vocentur. Quidam autem licentia vetustatis plures de eo ortos, pluresque gentis appellationes, Marfos, Gambriuios, Suzuos, Wandalos affirmant. Eaque vera & antiqua nomina & Caius Plinius in naturali historia, per eadem ferè tempora quibus Tacitus (sub Traiani imperio) scribens, Genera, inquit, Germanorum quinque. Wandali, quorum pars Burgudiones, Varrini, Carini, Guttones. Alterum genus Ingeuones, quorum pars Cimbri, Teuthoni, à Cauorum gente. Proximi autem Rheno Isteuones, quorum pars Cimbri mediterranei. Hermiones, quorum Suzui, Hermanduri, Catti, Cherusci. Quinta pars Peucini Basternæ, cotermini Dacis. Horum testimonio probatissimorum inter omnes auctorum discimus, inter vetustissimos Germanicæ gentis extare Wandalos, quando Sclauorum nulla sit memoria. Ob eam rem vetustissimo probatissimoque inter auctores vocabulo, iure optimo utemur in vniuerso opere. Nam & Tacitus & Plinius hanc consonam gentis nominationem ex eodem (ut arbitror) fonte hauserunt, Babylonio Beroso, qui sacerdos Chaldaicæ gentis publico ministerio renouauit veterum annales, & per sua tempora continuauit. Scripsit autem tempore Alexandri Magni: cuius fidelem cum interpretatione historiam ad nos nostro tempore perduxit quidam Viterbiensis diligentissimus antiquitatum scrutator. Is ergo Berosus tradit Noam, patrem noui seculi, iam ante diluuium genuisse Chamæsem, Sameum, & Iapetum: post cataclysmum verò genuisse filios multos, in quibus primogenitus Tuiscon pater omnium Germanorum habitantium à Tanai ad Rhenum. Ea enim magna appellatur Germania. Tuisconis filii fuere Mannus, Ingeuon, Isteuon, Hermion, Marfus, Gambriuius, Suzuus, Wandalus, Hunus, Hercules, Teutanes. Hæc est prima Germanorum origo ex patre Tuiscone, auo Noa. Manni autem in omnigente illa memoria permansit, ut virum fortem & strenuum hodie ex virtute Mannum appellent. Ingeuon, Isteuon, Hermion ex Tacito (quod diximus) suas regiones sortiuntur. Marfi ad Albim concessere: quorum tenues reliquæ in palustribus sunt non longè ab ostio fluminis, Thietmarfi, Wilfermarfi, Crempemarfii: qui quoniam in palustribus habitant, obtinuit Saxonum consuetudo ut omnes palustres Marfi vocitentur. Gambriui nulla reliquere vestigia: nisi fortè Sicambros, Francorum ad Rhenum fluentia patres, inde deriuari credamus. Suzui notissima in Germanos natio. Wandali sunt quos nunc exequemur, Russi, Poloni, Bohemi, Dalmatæ, Croaci, vna gens, ut docebimus. Huni verò, quod Tuiscone patre orti sunt intra Germaniam numerabuntur: ut erubescant qui Asiaticos esse contendunt. Nam (quod suo loco docebimus) magnum imperium in Europa sub Attila rege tenuerunt. Iam verò Herculem Tuisconis filium agnoscimus, primum omnium cui id vocabulum contigisset. Multos enim eo dignatos nomine legimus, pro virtute. Vnde intelligere promptum est fuisse primarium virum, à quo tot clari viri agnominari pro magno habuerunt. Teuthonem autem fuisse Tuisconis filium inde libenter agnoscimus, quod iam Teuthonum vocabulum in omni gente vulgatum est, ut omnes Germani Teuthones vocitentur: quanquam latius sit Germaniæ quàm Teuthoniæ vocabulum, quod Germania omnem complectitur latissimam à Tanai ad Rhenum ditionem, in qua linguæ plurimæ: Teuthonia verò ad eas coartatur prouincias, quæ vna lingua Teuthonum perfruuntur. Sed hæc interim. In Wandaliæ reuertamur: de cuius antiquitate à Wandalo patre Tuisconis filio hæc sint breui commemorata.

Cæterum quod ad gentis magnitudinem & ditionis latitudinem pertinet, paucis exequamur, certissimum argumentum vnius gentis sequuti, linguam, quæ in Russis (magna utique gente) Polonis, Bohemis, Dalmatis, Histriis, & in nostris Wandalis vna est sub quadam varietate, quæ per tractum & distantiam regionum incidit: qualem

qualem cernimus in Italia & Teuthonia sub vna lingua diuersitatem, quum ipsa rerum vocabula sint vbique vna. De Romana quidem vernacula lingua ad Hispanias & Gallias propagata, & olim in Aphricam & magnam Asiæ partem extèta, alia ratio est: quod Romanum imperium tunc in illas regiones prolatum per Romanos præfides, lingua quoque propagarit: quod primum in Italia peregit, abolens veterum Etruscorum & aliarum Italiæ gentium prisca sermocinationes. Nullum autem Wandalorum, aut Russorum, aut Polonorum, aut Bohemorum, aut Dalmatarum in eiusdem linguæ mortales possumus imperium memorare. Quod si res per se clara testibus indigeat, vnam esse gentem & linguam, in eis quas diximus nationibus, Blondum nostri temporis Romanum scriptorem, diligentissimum antiquitatis scrutatorem, audiamus. Ait enim ad finem libri viij. primæ Decadis, Quanquam verò Gregorius plura de hac Sclauorum in Histriam irruptione non scribat, tamen nos compertum habemus, eam gentem quam ultra Danubium sedes certum est habere, tunc primum oram Hadriatici sinus dextraliter occupasse, & ita habitationem in ea continuasse: ut quicquid prius Histria & Dalmatia dicebatur, ad tempora vsque nostra dicatur Sclauonia. Nec tamen omnis illa gens reliquit primas ad Danubium sedes: quoniam iidem mutato nomine magnam obtinent partem illius regionis. Siquidem loquutionis similitudo ac penè proprietates, ostendit, eos qui nunc Poloni & Bohemi dicuntur, ex Sclauorum reliquiis fuisse. Incoluerunt autem prius ea loca Wandali: quos credendum est, quando ad Romanorum inuadendas prouincias sunt profecti, partem gentis in patria reliquisse. Quare Sclaui paulo post superuenientes, ita loquutiones commiscuere, ut ex vtraque tertiam reliquerint: quæ pro regionis & ducum diuersitate, partim Bohemica, partim Polonica sit postmodum dicta. Hictuam Blonde prudentiam requiro, ut planè intelligas Wandalos esse gentis generale vocabulum, ut vna gens vnius linguæ fuerit, nec sit necesse ex duabus tertiam cõflare linguam. Subsequitur idem: Sunt etiam certiores proximis in regionibus Sclauorum reliquæ apud Saxones, quorum coloni maiori ex parte puram habent, qua Dalmatæ nunc vtuntur, Sclauonicam locutionem. Hæc sunt verba Blondi Romani scriptoris: quæ etsi omnia ad liquidum non probo, in hoc mihi satisfaciunt, quod testantur eandem nunc esse linguam Polonorum, Bohemorum, Dalmatarum, quæ est in reliquiis Wandalorum inter Saxones. Nam & hæc commonstrant, non Bohemos ex Dalmatis, sed Dalmatas ex Bohemis & cæteris Wandalis esse profectos. Cuius rei apertissimus, fidelissimus & maximus testis est beatus Gregorius papa, qui quum Sclaui Histriæ imminerent, eius prouinciæ scribit episcopis: Equidem de Sclauorum gente (quæ vobis imminet) quod audio, me affligit vehementer & turbat: affligor in iis quæ in vobis iam patior: conturbor, quia per Histros aditum iam in Italiam tenere cœperunt. Hæc ideo reteximus, ut vnam esse gentem Polonos, Bohemos, Dalmatas Histriosque doceremus: quos nostri Sclauonos, veteres vero nomine dixere Wandalos. Hoc autem vetustissimum totius gentis vocabulum in solis nostræ regionis hominibus inter Saxones permansit, ut vel soli Wandali dicerentur, qui ad mare Germanicum olim habitabant, nunc retro pulsi in mediterranea, & ad magnam raritatem perducti, in seruitutem vltimam & omnium contemptum peruenerunt: quod inde potissimum euenit. Nam acerrimus quisque vbi contemptum & seruitutem exhorruit, se proximis immiscuit nationibus, linguam gentis perdicens, ut euaderet grauissimum seruitutis iugum. Mira rerum conuersio, ita gentem nunc haberi contemptui, cuius patres res magnificas infra memorandas exantlauerunt. Hodie tamen, quæ fuerit olim gens Wandalorum in vniuersum ignorarem, nisi vernacula Saxonum lingua hoc vocabulum conseruasset, ut inter eos, qui olim Wandali, fracto (ut fit) vocabulo nunc Wenden vocitentur. Ea gens ad mare Germanicum, à veteri ciuitate Holfatiæ, quæ illorum lingua Statigard, Saxonum verò, Oldenborch vocitata, per Germanici maris littora, orientem versus, vsque in Prussiam (quæ olim Sarmatiæ pars erat, nunc verò annumeratur Teuthoniæ & legibus & lingua) pertingit in Poloniam & Russiam.

IN HOC autem maritimo tractu Wandaliæ, ab olim à Wandalis (quos Sclauos etiam nostri dixere) habitato, nunc verò à Saxonibus occupato, floruerunt ab olim aliquot splendidæ vrbes, quarum erat tanta potentia, ut potentissimo Danorum regi sæpe confingeret: nunc partim funditus euerfæ, partim ad villarum rusticam vilitatem redactæ.

Romana lingua cur adeo propagata.

Blondus habitatur.

Wandali & Sclaui iidem.

Wandalorum appellatio inter Saxones mansit.

ætæ marcuerunt. Sub Saxonum autem gubernaculis aliæ locis aliis extructæ, nunc potissimum, propitio Deo, florent: quæ vetus regionis nomen etiam ipsæ non erubescunt, vsq; hodie appellatæ Wandalicæ vrbes: quarum commemoratione hunc de Wandalis tractatum alacrius suscepi, ostensus quid ab olim ea natio gesserit rerû, & in quos principes effloruerit, quas etiam vrbes nunc insignes habeat is maris tractus. Quarum ab occidua parte (vt inde ordiamur) prima & omnium florentissima est totius maritimæ Saxonix, & inferioris Germaniæ decus & corona Lubica, Imperiali exemptione prædita à memoria diui Friderici I. Imperatoris: omnium mercatorum huius regionis ab omni mundi plaga velut in centro collocatū emporium. Proxima sursum orientem versus Wismaria est, ditionis Magnopolensis non contemnendū oppidum, sed antè quàm nunc fortunatius. Cui deinde succedit Rostockium, eisdem nunc principibus parens, ab olim suum dominum agnoscebat: pulchro literarum gymnasio etiam nunc florente insignis vrbs. Hanc in eodem littore sequitur splendidum oppidum Stralesunda, iam Pomeraniæ duci parens, olim suum habens principem, quem ducem dixere Bardensem, populosa nihilominus vrbs, & multis mercatoribus frequens. Quam deinde eodem littore excipit Griepswaldum, oppidum non silendum: quod & ipsum literarum fouet gymnasiū, magno patrum conatu fundatum, sed ciuilibus malis diu laborans extenuatum. Plura deinde oppida, olim Wandalico ritu florentissima, nunc ad maximam exilitatem tenuata. Sunt enim oppidis, vt hominibus, sua fata: sunt stata tempora, quibus euolutis paulatim decidunt. Cui rei memorabile exemplum ea regio prodit oppidum Iulinum, olim nulli clarissimarum vrbiū secundum, multas etiam præclaras opibus & structuris exuperans, nunc qua cerni potest tenuitate contractum. Inter Wandalicæ vrbes & Hamburgum numeratur, ad occiduum à Lubica super Abim fluuium ædificata. Sed illa ab omni literarum memoria Saxonix fuit iuncta, & post illam multis seculis, quæ supra memorantur, sunt extructæ: quod suis locis infra monstrabitur. Et quoniam in vetustissimis rebus (vbi reliqua nulla est in literis memoria) coniecturæ fit locus, omnem ego Holsatiam & Stormariam, in cuius solo fundata est Hamburga, Marforum genti deputandam puto: quæ in solis palustribus nomen seruauit, in arida autem habitantibus hoc nomen permittit, vt (ad suæ gentis aliqualem in solo differentiam) Holsati dicerentur, qui per vicina nemora vsque ad terminos Wagriæ diffunduntur. Stormaria verò, quasi Storemaria fit appellata: vnde pro Marsia Maria fit inolitum, vt fit verborum detorsio. Omnis autem ea Marforum natio Saxonix ab omni literarum memoria fuit annumerata, & perinde Hamburgum etsi Wandalica vrbs à solo non sit, multis tamen in rebus socia est vrbiū memoratis, olim comitibus, nunc principibus Holsatiæ subiecta. Luneburgum quoque in hac Wandalicarum vrbiū societate numeratur, propter altrinsecam habitatorum in mercaturis communionem: vrbs pro sua magnitudine, & opibus & splendore insignis: paret principi, qui ab ea titulum habet ducalem. Hanc autem Wandaliæ prouinciam primam posui, quòd in ea penè sola vetus gentis vocabulum conseruatur

CAP. 2. *Russia situs.* Iam sequitur Russia, quam Plinius vocat Roxilanam siue Roxanam: Strabo quoque Roxanos siue Roxos (vnde nunc effractum est, vt dicamus Russos) ad aquilonem facit spectantes, inter Tanaim & Borysthenem campestrisq; pascuntur. Vniuersus autem aquilonaris à Germania vsque portas Caspias tractus campester est, qui nostras ad aures cognitionemque peruenit: num verò qui supra Roxanos habitent, ignotum est nobis. Roxani quidem aduersus Mithridatis Eupatoris ductores belligerant, quibus imperator erat Tasius. Aduenerant autem Palaco Sciluro socii: quumque pugnacissimi iudicarentur, contra instructam egregiè phalangem & armis ornatam, natio barbara omnis infirma prorsus apparuit & nuda ferè. Illi igitur quinquaginta millibus consistentes, aduersus millia sexaginta militariter instructa, ductu & auspicio Diophanti ducis Mithridatici, resistere ac sufferre non valentes impetum, maxima ex parte trucidati sunt. Vtuntur autem galeis ex crudis bouum coriis, thoracibus & scutis: ad percutiendum autem lanceas habent, arcusque & gladios. Reliquæ ferè huius gentis plures nomades: etenim tentoriis vtuntur, Teuthonum instar, pilo contextis, in plaustris vitam degentes, circumque tentoria pecora comitantur, à quibus victum capiunt: & aluntur lacte, caseo, carne. Pascua verò sectantur, loca semper herbosa permu-

tantes:

tates: hybernis quidem temporibus, Mæoticis versantur in paludibus: æstiuis verò, per campestria vagantur. Libuit de Roxilanis, Roxanis siue Roxiis, Strabonis verba ponere. Eam verò nunc regionem, pulsus retro Roxiis, Tartari tenent, qui necdum tercentenis annis habitauere, erumpentes sub Frederico de Caspiis portis, adhuc nomades, hoc est tentoria habitantes, è pecoribus vitam ducentes. Qui verò aquilonem ad nos incolunt, olim Sauromatæ, & (paulum inclinato nomine) Sarmatæ dicti, Russi sunt, Letuani, & Poloni (magnæ nationes, in quibus maxima est Russia) diuisi in Albos & Notos. Maximæ huius gentis nationi hodie imperat magnus Musgouie princeps, Christianus vtique, sed ritum sequutus orientalis ecclesiæ: qui imperium propagauit in Liuoniæ fines, hodieque pertinax gerit bellum aduersus magnum Letuaniæ principem, de domo Polonorum, Alexandrum. Cui bello socii Liuones, cum magistro per Liuoniam fratrum ordinis beatæ Mariæ Teuthonicorum, accessere: Tartarorumque non parua manus in hanc partem militans, oppugnat Russum: cuius belli exitum necdum vidimus. Huius verò gentis acta ab initio recedere non suscepi, quòd nulli eorum (si qui extant) annales ad nos peruenere. Non debuit tamen silentio præteriri quòd magna portio est Wandalicæ gentis: quam de tenebris in aliquantam lucem deuocare conabor, sicubi tamen rerum quarundam intercidit memoria à Russis, non præterbitur. Præclaras habet vrbes, Musgouiam, nunc regni caput: quam nemo se vidisse letatur. Nam qui nuper ex nostris mercatoribus eò sunt captiui perducti, post laxamenta patriam repetituri, magna intercepti tempestate in mari perierunt. Paret illi nunc principi magna illa Nouguardia: cuius opes & vires ipsi habitatores quum metiri non possent, sumpsere prouerbiū, Quis potest contra Deum & magnam Nouguardiam? Ioannes certè modernus Musgouix princeps potuit, qui captam expilauit, ciues maiores abduxit, & remisit habitatores ex sua prouincia, quòd magis parerēt, nec de rebellionē aliquando cogitarent. Deinde in ea prouincia versus Liuoniam Plesgouia est, vrbs non contemnenda, Teuthonico ritu muris ac mœnibus instructa, sed intus (pro more regionis) lignea: quam æstate proxima ferunt à Liuonibus & Letuanis oppugnatam: sed exitum rei necdum compertum tenemus.

PROXIMA Wandalicæ gentis portio Polonia est, quæ à planicie nomen accepit, ad discrimen Bohemiæ, quæ (vt dicemus) tota montibus includitur. Polonia igitur regio ad orientem Germaniæ magnæ connumeratur, rebus opulenta, ambitu spaciola, pluribus & magnis prouinciis distincta, multorum fecunda patris natorum, quos proceritate corporis, virium robore, aspectus venustate natura dotauit. Habet autem ea regio ad orientem Sarmatiam, cuius olim pars numerabatur (eam nunc Tartari tenent) à meridie Walachiam, quæ Turcis proxima est: per quam ætate proxima (imò ante paucos annos) à Turcis est oppugnata Polonia. Ad aquilonem habet Letuaniam non parua prouinciam, olim & ipsam Sarmatiæ annumeratam. Ab occidua parte Prussiam. Præclaram inter multas vrbes habet Cracouiam, multis opibus, ciuium frequentia & literarum gymnasio insignem. Sunt & aliæ vrbes, sed splendore non æquandæ Cracouix. Lignea sunt penè omnia in vrbiū domicilia, & in agris præsidia: vt minimum fiant munitionibus, quas solus potest ignis expugnare. Patrium est illi genti, quòd magis in omni nobilitate seruetur æqualitas, non indulgere structuris lapidum, & fidere munitionibus præsidiorum, quas nostri vocat arces: pace, parilitate & tranquillitate se potissimum munitos volunt. Compertū est aliquando, qui militauere Teuthonicos, opportunis locis præsidia fixisse murorum & mœnium ex lateribus: sed non est passa nobilitas proteruire quenquam in regno, fidentem præsidio munitissimo. Et in pace quidem nō improbanda gentis institutio: cæterum si ingruat externum bellum, omnia sunt rapinis & incendiis exposita. Ea verò regio tum nobis primū comperta est, posteaquam Christianismum accepit: & ideo ad ea tempora nobis differenda est rerum in ea gestarum commemoratio: nisi quòd initio nobis attingenda erat paucis, quòd in natione Wandalica (quod lingua testatur) suam quoque laudem meretur prouincia.

BOHEMIA proxima huius gentis pars nobis attingenda est. Ea, vt ait Æneas Silius (qui traditam gentis historiam reddidit Latinam) in solo barbarico trans Danubium ab Italis, à nobis verò citra Danubium sita, Germaniæ portio est, aquilonis flatus tota ferme exposita. Cuius ad orientem vergens latus Morauis obtinent & Slesita-

Tartari.

Nomades
Christiani
Musgouie

CAP. 3.
Polonia a discrimen

Poloni arces
non extruunt.

Polonia per
Christianismum facta
clarior.

CAP. 4.
Boemia descriptio.

Wandalicæ vrbes hodie.

Fata oppidis
vt hominibus

rum natio: septentrionem iidem Slesitæ ac Saxones, qui & Misnenses & Turingi appellantur: ad occidentem, Aduocatorum terra est, Baioariorumque regiones: meridionalē plagam tum Baioarii tum Australes habent, qui ripas vtriusque Danubii accolunt: nec alia Bohemiæ quàm Teuthonum terra coniungitur. Regionis longitudo latitudoque penè parem formam rotundam (vt ferunt) habet, cuius diameter trium dierum expedito itinere pateat. Sylua vniuersam claudit, quam veteres Herciniam vocauerunt, cuius & Græci scriptores meminerunt & Latini. Flumina que terram irrigant vniuersam, in Albim exonerantur. Hic in montibus exoritur qui Bohemiam Morauiamque determinat, mediam ferme prouinciam perlabitur, primò in occidentem, inde septentrionem versus. Vbi prouinciam reliquit, per angustias montium & abrupta conuallium præceps Saxoniam petit: quam duas in partes dirimens, in Oceanum fertur, ibique à Rheno flumine æquo terrarum spacio distans: quod plerique Germaniæ terminum Sarmatiæque quondam dixerunt: sed nostra ætate Oderam fluium, qui Slesiam intersecat, & ipsum Vistellam, Prutenorum amnem, Germania prætergressa, Albim in alueo & fonte continet. Amnes alii quos Bohemi commemorant, Ornoze, quod aquilam signat: Egra, qui ex nomine oppidi quod alluit, vocatur, in terra Aduocatorum exoritur, apud Litomeritium Albi miscetur. Sed cunctos Multauiam excedit, qui metropolim regni Pragam influit. Hic Saxanæ & Lusuntium & Misam in Albim secum trahit. Gelida prorsus regio, pisce atque armentis abundans, cum volucre ferisque, frumenti ferax. Sicera pro vino vtitur, illi cereuisiam vocant, quasi ex cerere factam. Ager toto regno optimus. Circa Zazium colles, apud Litomeritium consiti vitibus ac vineis. Vinum quod nascitur, acerbum: ditiores ex Austria atque Vngaria importato vtuntur. Sermo genti & Dalmatis vnus. Mos vetus in hunc vsque diem seruetur: in templo sermone Teuthonico plebes docent, in cæmeteriis Bohemico: vbi secularium presbyterorum collegia sunt, aut monachorum prædia possidentium. Solis mendicantibus libertas fuit, qua vellent populum lingua instruere. Quæ res palam indicat (vt ait Æneas, cuius hæc sunt omnia) regionem ipsam olim Teuthonicam fuisse, sensimque subintrasse Bohemos: quod Strabonis testimonio in libro septimo, licet confirmare. An tu Ænea non vides ideo inductam linguam Germanorum, quod omne genus Wandalicum suam erubescit vernaculam? Etiam Bohemia vndique septa Teuthonicis, quid aliud studet, nisi quod linguæ sit conformis gentium proximarum? Accedit quod in Bohemia multi viuunt inter Teuthonicos nati, qui linguam patriam non intermittunt. Hæc idcirco dixim, quia non omnino consentio fuisse Teuthonicos qui ante Bohemos regionem incoluerint: subscribo enim Tacito, qui Boios, gentem Gallicam, tradit his regionibus à Marcomannis Wandalis pulsos: quod suo loco recordabimur. Prosequitur Æneas: Plebs toto regno bibula, & ventri dedita, superstitionumque sequax, & auida nouitatum. Quomodo autem & vnde hoc genus hominum in Germaniam venerit, sic habeto. Bohemi (sicut cæteri mortalium) originem quàm vetustissimam ostendere cupientes, Sclauorum se prolem asserunt: Sclauos autem inter eos fuisse qui post diluuium condendæ famosissimæ turris Babel auctores habentur. Atque ibi dum linguæ confusæ sunt, Sclauonos (id est verbosos) appellatos, proprium idioma sumpsisse: relicto deinde campo Sennaar, ex Asia profectos in Europam, eos agros occupasse quos nunc Bulgari, Sarni, Dalmatæ, Croaci & Bosnenses incolunt. Nemo tam altæ suæ gentis initium reddit, præter Hebræos, omnium mortalium primos. Multi ex Germanis satis se nobiles arbitrantur, quod ex Romanis sint: Romani ex Teucris originem ducere satis habent. Franci, qui & Germani fuerunt, Troianum se esse sanguinem duxerunt. Eadem Britannis gloria satis est, qui Brutum quendam, ex Illo profectum generi suo dedisse principium affirmant. At Bohemilongius orti, ab ipsa confusionis turri se missos indicant. Cæterum nec qui tunc fuere principes, nec cuius terræ cultores extiterint, nec quo duce, quibus periculis in Europam venerint, nec quo tempore, tradunt: fuisse illic Sclauonos aiunt, dum labium vniuersæ terræ confusum est. Vana laus, ac ridenda. Quod si qui Bohemos imitari velint, nobilitatem gentis ex ipsa vetustate querentes, non iam ex turri Babylonica, sed ex arca Noæ, atque ex ipso deliciarum paradiso primisque parentibus, & ab vtero Eux, vnde omnes egressi sunt, facile sibi principia vendicabunt. Nos ista, tanquam anilia deliramenta, prætermittimus. Omnes reges ex seruis ortos,

Plato. Nos ista, tanquam anilia deliramenta, prætermittimus. Omnes reges ex seruis ortos, omnes

omnes seruos ex regibus scripsit Plato. Veram atque germanam nobilitatem vnica virtus gignit. Libuit ista ex Ænea, verbis illius inserere. At nos Bohemorum (vt aliorum eius generis Wandalarum) ex vno Wandalo parente, auctore Beroso Babylonico, traduximus. Et hæc quidem initio præfari sit satis, redituri ex commodo ad gentis illius prosecutionem, vbi originem & transitionem ab Ænea commemoratam Bohemorum (sicut antè) exufflabimus.

QUI verò ex hac gente Dalmatiam, Histriam, Croatiamque incolunt, recenti memoria (& de qua testes extant plurimi) ex regionibus citra Danubium à nobis illò concesserunt, imperante iam Mauricio, & in Romana sede præsidete beatissimo Gregorio, eius nominis. quod supra attigimus, & vbi tempora illa contingemus, non præteribimus. Habitarunt enim illa tempestate Wandali latissime à mari nostro Germanico (siue Baltico) per Pomeraniam, Marchiam Brandenburgensem, Slesiam, Bohemiam & vsque ad Danubium: quas sedes impetrarunt à Constantino magno, quod sitò tempore dicemus. Inde in immensum multiplicata gente, transitum fecere sub primo Valentiniano ad ripam vsque Rheni: ibique burgis erectis (quod Valentiniani principis reuerentia eos foederatos contineret, ne vltra Rhenum Romanis prouinciis imminerent) Burgundiones sunt vocati. Etiam sub Honorio exemplum sequuti Gothorum, Hunorum, Francorum, in Gallias irruerunt: quorum pars sedem sibi in Gallias delegerunt, Burgundiam de suo nomine prouinciam nominantes. Maior pars vltèrius progressa per Gallias & Hispanias, magnis rebus gestis peruenit in Africam, ibique regnum stabiluit. Iam verò ex illo tempore, post annos ferè ducentos, alia eius gentis manus in immensum excrescens, transito Danubio peruenit in Histriam, Croatiam atque Dalmatiam: quod beatus Gregorius (vt in principio posuimus) scribens episcopis earum partium, grauissime ac dolentissime queritur. Vt erubescant Bohemi, fabulam Æneæ præferentes, de profectioe Zethi ex Croatia in Bohemiam, ad fundandam ibi gentem suam. Non enim ex Croatia in Bohemiam, sed ex Bohemia in Croatiam Wandali migrare. Nam si quis duces eorū numeret, & inde tempora computet, inueniet nondum Bohemos in Croatiam transisse, quando fabulatores voluntiam tunc ex Croatia venisse Zethum in Bohemiam. Ita cum Ænea, hanc quoque partem inter deliramenta reputamus anilia, Bohemosque facimus longius tempus in sua prouincia, quàm ipsi rentur, esse demoratos. Sed hæc interim.

HARVM autem omnium gentium res gestas perscribere, & ad ætatem nostram perducere, infinitum est, & his viribus non ferendum. Habet Polonia, habet Bohemia, habet & Dalmatia cum Histria suos scriptores: sua quisque in gente & vicinis nationibus, que commemoratione digna putauerit, perscribat. Et Russi ætate nostra (vt fertur) ad maiorem ciuilitatem perducti, inuenient qui illorum præclara facinora commemoret. Instituto meo satis esse iudicavi, post totius gentis commemoratam antiquitatem, & designatam latitudinem, illa solùm profectioe quæ nostris Wandalis (hoc est ad littus Germanici maris olim habitantibus) sint propria: quorum nonnulla olim ante prouorum & atauorum nostrorum secula, Saxo Grammaticus, vir Sialandicus, suæ gentis Danorum memorabilis historicus, vbi Danorum res profectus, ad Wandalos (quibus cum Dano nonnulla præclara fuere facinora) nonnunquam descendens, attingit: quos ille (vt cæteri) Sclauorum appellatione designat. Cuius nominis originem haud aliam inuenio, præter eam quam ostendit Æneas in sua Bohemica, Sclauonos eos, hoc est (sua lingua) verbosos appellari, quod multa loqui natium sit genti. Hodie tamen ad summam indignitatem apud nos traductum est nomen: quod quum nostræ regionis Wandali sint hodie grauissima pressi à Saxonibus seruitute, seruales homines & vltimæ fortis mancipia, Sclauos cum indignatione solent vocitare. Quod si antiquitatis memores simus, & meminisse libeat res patrum, non erit in vitio à talibus viris fuisse progenitos: sed gloriæ etiam ducendum erit, tales habuisse gentis propagatores. Huius autem maritimi tractus Wandalarum res gestas perscribere in animo est. De cæteris autem eius gentis hominibus, si quid ad nos fama pertulerit (nam annales non tenemus) suis temporibus inseremus. Et hæc quidem in præfatione dicta sint: nunc ad narrationis ordinem conuertamur.

IGITVR quum Danorum reges terra marique velut iustum exercerent imperium, CAP. 7.

*Piratica olim
in honore, nec
hodie planè
desit.*

piratica in honore fuit, non minus quam olim apud Lacedæmones furtum: arbitrantibus in paganismo Barbaris (quibus nullæ leges proditæ, nulla iustitiæ comperta monita) iuste possideri quicquid vi aut armis quæreretur. Quam sententiam inter Christianos necdum multi antiquauere, armatam præsertim militiam sequentes: quorum ea ratio est, ut inter beluas in agris & saltibus, in aquis inter pisces, & in æthere inter volatilia, imbecilliora quæque præda sunt ferocioribus: ita ducendum inter homines. Wandalali perinde tum Germaniæ littora tenentes, eodem quæstu prouocati nauigabant. Ita factum est, ut nonnunquam mari concurrentes quos vnus quæstus eduxerat, nauali prælio Dani Wandalis manus confererent: inde peruentum est ad maiores in suæ cuiusque gentis conflictationes, ut totis nonnunquam viribus Dani Wandalos, & vicissim Wandali Danos obtererent: nonnunquam prædam abigentes leuioribus præliis conflixerunt. Quod quoties & quibus occasionibus ac ordine factum sit, ex historia Danorum mutuabimus. Nemini tamen dubium debet remanere, diligentius ista ad Danorum gloriam quam in partem Wandalorum esse enarrata, illuc inclinante scribentis affectu, ut patriam illustraret. Primus igitur qui in literas relatus est ex iis qui è Dania Wandaliæ impugnavere, Helgo rex Daniæ fuit, qui cum fratre partitus ditio-

*Helgo Dania
rex Wandaliæ
superat,
& tributarium reddit.*

CAP. 8.
Wandali rebelles, ducem creant, & caduntur.

DEINDE post aliquot annos, nonnullorum regum intercurrente imperio, quum iam Wandalia resumptis viribus parem se Danorum potentia arbitrareretur, cœpit rebellare, iugum tributariæ seruitutis excutiens. Regnum tum Daniæ administrabat Roricus rex adolescentior: cuius quum annos nonnulli pridem Daniæ subiecti contemnerent, ad rebellionem spectasse referuntur. Wandalis tamen virium suarum molem inspectantibus, spes magna victoriæ fuit: itaque totis cœatibus in arma ruebant. Nec Danorum regi segnitas erat mora patrium imperium defendere. Inter multos rebellantes, primos est aggressus Wandalos, arbitrat⁹ (quod res erat) illis, ad arma potioribus, ad iuga coactis, faciliorem sibi ad reliquos futurum laborem. Wandali ne bellum sine duce committerent, capite opus esse cernentes, regem ex suis creauere, cæterisque militiæ suæ viribus palam ostensis, obscuriore loco binos ad insidias armatorum manipulos condunt. Nec tamen Daniæ regem insidiæ fefellerunt, latebras & ille sociis captandas indicit: erat enim nauale prælium. Concurrentibus ergo primùm qui in aperto dimicauere, & æqua manu contendentibus, superuenere qui ex Wandalis latuerunt in insidiis. Acrior pugna surgit: omnes ad vnum cæsi feruntur Wandali, regibus ipsis cum mole exercituum pugnam primam inspectantibus. Igitur dum totis esset viribus concurrentium, instruerenturque acies dimicaturæ, procedit ex Wandalis, vir, corpore procerus & animo promptus, Ut, inquit, res inter nos agatur compendio, mihi ex vobis vir opponatur, qui mecum totorum exercituum fortunam experiatur. Et si quidem ille victus fuerit, optata nobis libertas, & à soluendis tributis reuertatur immunitas: sin vobis cesserit victoria, prisca sint nobis onera duplicata, quæ volentes pollicemur. Pudendum erat detrectare pugnam: totiusque nationis detrimentum putabatur, si nemo ausit occurrere prouocanti. Erat in regio Danorum exercitu vir animo quam viribus promptior, qui regem sciscitatur quæ maneant præmia victorem. Rex armillas profert, insigne tum decus militantium: quales hodie sunt torques, aut cinguli militares, equitum ornamenta auratorum: easque victori præmia rex decreuit. Quid tandem, inquit ille, victo reponitur, præter ignominiam aut celerem exitum, dura & iniqua militiæ stipendia? At tamen quoniam vita bene impenditur patriæ, æquo mihi animo prodeundum in hostem. Hæc dicens prouocatore gladio ferit. Quum iam constitissent metato in circo, ille ferientem simili mercede remunerat: sed vno statim ictu ad mortem

Wandalus duello, ad quod prouocauerat, victor.

mortem vsq; prostravit. Æquata Danis fors pugne videbatur, quod quum mari pride ipsi victores extitissent, nunc vicissim in area prostrauisset Danum Wandalus. Ille verò ad redintegrandam pugnam non segnitas, cumulatam suæ gentis gloriam ambiebat: arbitratus non facile proditurum ex Danis quenquam, qui victoris gladium experiretur. Diu circumspicere Dani quæ insolenti ex victoria opponerent. Inuentus est & alius, qui spiritum patriæ deuoueret: ne de suis Decis soli Romani gloriètur. Primùm tamè ex rege sciscitatus est ille quæ victori præmia forent. Ille senas inuicè nexas ostendebat armillas. Quid, inquit pugnaturus, si post nauatam operam, animum ipse mutans præmia retraxeris? Proderit apud sequestrem pugnae mercedem deponere: nam spectata ante oculos præmia alacriorem facient pugnaturum. Cui rex subinde, Si, inquit, assequi diffidis promissa victori præmia, accipe ante congressum quæ pepigisti. Et hæc dicens, è naui qua rex vectabatur, in aliam proiicere conatus, viribus destituitur, decideruntque armillæ inter naues in profundum. Tum pugil, Ut, inquit, omnes probe intelligant, non me mercenarium in pugnam descendere, etiam gaudeo periisse proposita præmia: alacrius deinde gloriam (quæ sibi merces est) amplector. Quo dicto, in campum descendit, armis suis incinctus. Acris diu pugna conferitur, mutuo vires alternant, acuunt utrunque conspicientes exercituum oculi: collatum ex æquo robur cernebatur. Excepit autem vna utrunque fortuna pugnam: nam mutuis vulneribus conciderunt, ambo inuicti, & victi, victoresque. Ibi Wandali se tributo solutos arbitrantur. Danis æquatam pugne sortem ducentibus, longè mens alia fuit: nam ad prisca Wandalos onera deuocabant. Sed tum res qualitercunque sine noua conflictatione dirimitur: in sua quisque lætus reuertitur, utriusque sibi constitisse victoriam arbitrati.

*Victor item
prouocat alium
ad duellum.*

*Ambo pugiles
cadunt.*

CAP. 9.

TRANSIBANT hoc in rerum statu anni multi, ut interdum leuibus præliis in mari concurrentes confligerent Dani atque Wandali, nusquam totis aciebus. Nonnunquam in alternas terras vicissim ingressi, prædas agebant: sed totis regnorum viribus, aut magnis exercitibus, ad alterius nationis subiectionem, multis annis non erat decretatum, utriusque nationis principibus aut per modestiam sua sorte contentis, aut aliarum nationum armis implicatis. Frotto rex iustitia & fortitudine insignis, tenebat iam regnum: sub cuius imperio (quod illi longævum erat) Christus mundi salus illuxit, veritasque de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit. Erat tum inter proceres regni vir primarius, viribus & sapientia multos exuperans, Ericus: origine quidem Norwagius, sed qui se Danorum regi Frottoni ita meritis insinuasset, ut alter esset sub rege regni moderator. Interea Wandalorum nunciatur irruptio. Ericus autem ut erat inter aulicos primus, operam sibi desumpsit hostibus occurrendi: octonis nauibus bene instructis mare ingreditur. Vbi verò hostes habere cœpit in prospectu, vna naui parat insidias. Nam septem alias virenti fronde circumponit, ut ne carbasa quidem conspiciantur: iubetque in sinu maris secretius delitescere. Ipse sua naui hostibus occurrens, eludit conatus eorum quoties voluit, ante fremetium ora versatili rate elapsus, donec pertraheret (quod conabatur) ad insidias. Vbi suis signum dedit, micuere. Et adhuc hostibus allabi nemus, non armatæ naues videbantur, donec circumseptis hostibus Dani ad eos insilirent. Vsque ad quadraginta viros Wandali omnes cæsi feruntur, Ericus ad regem victor regreditur. Hanc verò Wandalorum irruptionem rex vlturus exercitum contrahit, naues perarmat, traicitque in Wandaliæ, fræna subiectionis genti iniecturus: equestrem autem militiam itinere terrestri mittit per Iutiam atque Holsatiam Iutiæ continentem. Strumico tum rerum Wandaliæ tenebat principatum, siue regem illum appellemus. Hoc enim vocabulum à Latinis mutuauere exteræ nationes, ut quem imperium tenere sinerent, regem appellarent: nam coronationis adhibita solennitas, ex Hebræis prodiit in Christianos, & inde processit in Gætes. Is tunc rex Wandaliæ missis ad Daniæ regem oratoribus, inducias postulat, facturum pollicitus quod ex æquo bonoque sit. Frotto autem rex, iam procinctum habens quam maximum, legatis respondit, non oportere hostem induciis armare, hæc sua in externos esse primordia belli, quæ nullo pacto tardari patiatur: regi suo renunciètur imperata faciat, alioqui, siquid illi virium sit aut animi, occurrat in armis. Semel esse decernendum de rerum summa, diu se satis sine armis victitasse, tranquillitate sua hostes factos insolentiores: leonem semel experrectum, non esse facile nisi victorem redigere ad quietem. Hæc re-

Wandalos Ericus Daniæ exercitus dux cadit.

Regis Frottonis responsio.

nunciata Wandalorum regi, ad arma quoque illum exciure.

CAP. IO. INTEREA Danorū naues in portus ad nauigant Wandalic littoris: equites desti-

natum iter tenentes, ipsi quoq; parati in finibus constitere per continentē Holfatiz. Concurritur quantis maximē viribus potuit: acre diu præliū stetit. Volitabat diu incerta victoria, quibus signis inclinaret. Demū Danis cessit, oppresso in acie rege Wandalorū Sturmicone. Concidente enim rege, fors quoq; regni concidisse videbatur. Venit iterū in ditionē Danię Wandalia. Vnde videri potest permansisse in hodiernū eum Danorū regibus titulum, vt se Gothorū & Wandalorum reges inscribant, quāuis nihil in Wādalia à multis diu seculis tenuerint. Sed est posterioribus seculis renouata eius tituli causa: quod suis locis non silebimus. Tum Rex Frotto, annis 10 puinciam suam Wandaliā purgare malis hominibus, edixit vt qui in aliquo sceletū genere præmineret, aut latrocinio, aut piratica, aut furto, proditet, magnis à rege præmiis afficiēdus, quod in hostes tali genere militū indigeret, latrocinium vturus in hostes latrocinio. Credidere multi, seq; prodiderunt, verū arbitrati quod edicto proponebatur, nō solū impunitatē, sed etiā præmia improbitatis accepturi. At vbi præmia demorantur, cōfessos quēq; de suis sceleribus iussit affici meritis suppliciis. Sed tamen priusquā mentem illis suā adaperiret, quod plures prodirent, iussit abcedere in vnū locum pdeūtes. Vbi verō iā pro magna parte emicure, cōuersus rex in proceres & reliquā multitudinē, Hac, inquit, dō Wandali, pessima hominū colluue patriā vestranī vacuefacere conuenit. Hi sunt qui inter nos pacē turbant, qui vtrūq; creant infinitū laborē: hos, si pacem quæritis, de medio tollite. Illi verō à rege iussi, non segnes incubuere negotio, sceleratos homines in altissimas cruces egere: quando illorū scelere patratū est, vt patria seruitutis frāna pateretur. Ita stolidis hominib; pro scelere præmia poscentibus, digna persoluta sunt capitis supplicia. Stultissimos quis nō dixerit, qui quū regem ac cæteros latuisse poterant, seipos ad mortē prodidere? In hoc rerū statu transierunt anni aliquot, tantumq; incessit in Danos Wandalorū obsequiū, vt illos deinde nō tributarios sed fœderatos haberent, iunctisq; armis socia agmina ducerēt in hostes. Quicure perinde maria, & tranquilla nauigatione transibāt vniuersi. Fuisse tamen hoc bellum non ad omnē gentem latē fusam coniecto, quæ neq; vno principatu (quod sequentia docebunt) teneretur: sed potissimum in occidua Wandalia, ad vrbem veterem, olim magnam, nunc pastoralibus rusticisq; casellis satis humilem in Wagria, Oldenborg, quam Dani Brannesiam, Wandali Stargard dixerē.

CAP. II. WINVS erat in Wandalis vir primarius, qui magna ditione in gente sua dominaretur: vnde quædā gentis portio traduxisse nomen videri poterat, vt Winuli dicerētur: quanquā hoc ipsum nomē vsurpatū videatur à quibusdā facilitate linguæ, vt Winuli vocarētur, qui essent Wandali. Quū autem rex Frotto, superioris ex Fridleuo filio nepos, in gēte Danorū regnaret, illiq; militaret Starcaterus, vir monstruosæ fortitudinis, cuius laudes in Dania & Suecia attigimus. Hic ergo Starcaterus Danorum regis nomine, iuncto sibi ex Wandalis memorato Wino, oriētales nationes iam regi Danorū sub tributo seruiētes, nunc autē imperiū detrectātes, vt aut in fide cōtineret, aut ad iuga reuocaret, instructis agminibus petiit. Pugnatū est in Curetes, quorū hodie quoq; natio extat in Liuonia: in Sembos, qui hodie Prussorum præsertim ordinis Teuthonicorū fratribus parēt: & in Semigallos, quos Senogallos à Latinis arbitror appellari, quod ex Gallorū gente prouenerint, ac diffusi sint: qui magnis olim agminibus Italiā vastauerint, vrbem Romā incenderint: in Thracias ac multas gentes diffuderint, vt essent Gallogræci. Hodie tamen in orientis regione hoc nomen (cū priscis multis) interiit: sicut post paucos in Liuonia annos interibit memoria Liuonū & Curetum, linguis eorum intercidentibus, & in vicinas coalescētibus: quod in præfatione huius operis diximus. In Wandalis autē ea tempestate tam celebris militia habebatur, vt eā non modò viri, sed & puellæ & fœminæ amplecterentur: inauditum nostra tempestate negotiū. Quo minus admiremur apud vetustissimos Babylonios Semiramidem, & Troianis temporibus Penthesileam ad prælia furentem, mediis ardentem in millibus (vt de ea canit vates Mantuanus) & Casmillā, subducta litera Camillam, in Italia bello detonantē: & in Herculeis laboribus domitas prælio virgines (quas res in nostra Suecia attigimus) agnoscamusq; quod in hac Wandalorū natione apud

Danus prælio victor Wandaliā occupat.

Wandalia latronibus sublati pacata et tutaredduntur.

Winus, unde Winuli.

Senogalli in quot regiones Gallia præfati dispersi sunt.

Puellarum et mulierū apud multos populos militantiū enumeratio.

apud Bohemos contigisse narrat in eius gentis historia Æneas, quū Libussa virgo diu paternum administraret imperium: quod deinde sub marito (quem à proceribus, fœminei pertælis imperii, eligere cogebatur) paulatim defluxit. In tātum vt quum mulier fato functa esset, comites quondam eius virgines, recolentes quātum illis sub regina tenēte sceptrā habitum esset honoris, quantusque nunc vicissim sub rege contemptus incederet, duce Valisca primū pauca concilium inierunt repetendæ militiæ: inde multas asciscunt, vt mediocrem iam exercitum educerent. Quotidie militaribus exercitiis puellę terebātur, equestribus pugnis sese assuefcere, equitare, iacularē, arcus tendere, ludus diu erat puellaris. Et iam bonum in modum instructę, viros & iuuenes in pugnam euocauere. Iuuenes contemptu sexus in prælium vadunt segniores, sed congressi superantur. Alii item aliis subarmantur: omnes ad vnum cæsi, qui puellis sunt ausi configere. Arcem vnā ac alteram occupātes insident: illuc refugiunt, inde acies producunt. Septimum iam annum inuicta agmina in omnem terram educunt: quotquot fœmineam insolentiam pertæsi occurrunt in prælium, opprimuntur. Viuebat adhuc rex viduus, cui nomen Pribisla, cui nulla occurrēdi puellis fiducia: nulla vi superari poterāt. Insidus demum circumuentæ, pars vna primū, inde altera paulatim exterminatæ perierunt. Hæc (vt dixi) in Bohemis, testantibus eorum annalibus, gesta feruntur. Quæ hoc loco commemoranda putauī, vt ex eadem gente prodita exempla fidem faciant narrationi sequituræ.

20 WISNA puella ex Wandalia cum militari puellarum agmine aderat magnæ illi expeditioni, quum Haraldus Danię rex, viribus vndiquaq; collectis, duceret in Ringonem Sueciæ regem, magnis illis apparatibus per septenniū plenum antè factis. Nō degenerabat Wisna, consimili penē ætate, à virtute Bohemicarū suæ nationis ac lingue puellarum, militaribus rebus exercita, cum valida suarū manu Danici regis agmina exornauit. Nec sola sui sexus in latissimis agminibus dux præerat: nā erāt & Dania & Norwagia similis animi & virtutis puellę suarū agminum duces. In acierū autem ordine tantum fœmineo robori rex dederat, vt aquiliferam faceret Wisnam, q; præcipuam in eius virtute fiduciam ponere videretur. Quumq; ad pugnam ventum esset, fortissima fœmina semper illa signa seruauit: donec Starcaterus, vir mirificæ inter suos virtutis, tum Suecis militās, Danię signa conuellerē annisus, aquiliferā aggredditur, manūq; præcidit signa tenentē: vt iam alia vis succedere cogere signis sustinendis. Hæc eo consilio libens retuli, vt nemo miretur, eodē penē seculo, aut nō multū distante, Christianā puellam diuā Ursulam, virginem agmē Christo sponso militaturū contrahere, cumq; eo mare transire sit ausa, ex Britannia per Rhenū ascendere, & ex Basilea pedestri itinere Romā petere. Quumq; inde remearet, per Rhenum in patriam reditura, in ipso descensu ad mœnia Agrippinę Coloniz obsidentes Hunos reperit: à quibus tantum agmen Christianarum virginum in Christi contumeliam est trucidatum: prouidente castitatis amatore virginū sponso Christo domino, vt mallet impius hostis mactare quā contaminare tantū agmen sacratarū virginum: quanquā virorū agmē (quod illi nō est defuisse putandū) vim illā prohibuisset. Sed decretū erat omnibus, idq; à Christo approbatum, vt in gloriam eius sanguinem profundentes, stolas suas primū rubrificarēt in suo, deinde albarēt in Agni cruore.

WANDALI interea solitę artis obliuisci non poterant. Ad prædam potius quā ad iustam pugnam exhibant, quum per agmina sua terrestri itinere ducerent in Iutiā prædabundi, sine ordine, sine duce incedentes. Regnabat tum in Danis Siwardus, multum à paterna probitate degenerans: cuius contemptu Wandali id ausi, Iutiā, tantam prouinciam, vastare sunt aggressi. Aduuabat illos tempus, quod regē iam Norwagico bello sciebāt implicari. Illud quoq; fortunæ illorum accefferat, quod quum illi grassarentur in Iutiā, rex laceris agminibus victus magno prælio redibat. Magnis tamen itineribus cū eo quod reliquum erat agmine contēdit in Iutiā, vt obuius fieret Wandalis grassatoribus. Illi verō vbi audierant properare regē, periculo suo prospicientes, cautiore in reliquū incedere curabant: nam creato ex se duce bellum redintegrabant, ferro flammisq; vndiq; sæuiunt. Occurrentem Daniæ regem aggressi, apud Fioniam prælio excipiunt & superāt: eundemq; vires reparātem in Iutiā offendant, prælium instaurant, fugant superantq;: prouinciam sui iuris faciūt, ex hoc

Mulieres diu rerum in Bohemia potite, non nisi dolo vincuntur.

CAP. 12. Wisna virago cum puellaribus copiis.

Wisna aquiliferā.

Ursula virgo Christiana cum comitibus, ex Britannia Romā profectur.

CAP. 13.

Wandali Iutiā vastant, & Danis prælio superant.

die latius imperantes. Filium regis Iarmericum prælio captum, cum gemina sorore in partem prædæ abducunt. Sed quoniam apud veteres venalia fuere coniugia, magno pretio alteram ex captiuis Danię regis filiabus Norwagięsum duci viro primario vendunt: alteram in Germania simili sorte distrahunt. Quod nō cui mirum videatur, valet hodie ea (vt ferunt) consuetudo in Thietmaris, gente palustri, ad exitū Albis fluminis, vt nuptui tradant filias indoratas, sponso quantum inter eos cōuenit, annuerante aut pendente iis qui puellam in potestate habuerunt. Iarmericus autem regis filius in carcere Wandalorum diu fuit: inde exemptus operi rustico deputatur. Sed non defuit adolescenti industria se in libertatem vendicādi, egregieque in gentem vlciscendi acceptam iniuriam: quod in Dania diximus.

CAP. 14.

ISMARVS in gente Wandalorum tum regnabat, qui Iarmericum Danorū regis filium captum asseruabat. Quumq; carceri iam diu assuetus humilitatem priuatā induisset, regiumq; animum cū fortuna posuisset, exemptus vinculis operi rustico sub custodia deputatur. Quid faceret nobilis adolescens? Cessit fortunæ, quod necesse fuit, dominis paruit, donec accepta occasione nō solum elaberetur magno suo periculo, sed etiā abiens se vindicaret, igne supposito ædibus, in quib⁹ regē, nihil tale præuidentē, incendio consumpsit. Reuersus autē in regnū, se de hostibus præclare vindicauit. Nam iugū seruitutis, quod sibi imposuissent, quū excussisset, magno prælio superatos ad tributa pendēda coegit. Captos ex his viros XL. totidē lupis adiūctis, vno suspendio consumpsit, vt regii sanguinis carcerem & feruile in agris operā compensaret. Sed hæc nunc breuiter attigisse contenti, in Dania plenius sumus exequuti.

CAP. 15.

EX hoc verò tempore, in commemorandis Wandalorum rebus Romanarū rerū scriptores habebimus & testes & adiutores. Quod ad bellum Marcomannicū attinget, paucis attingamus: præmittentes quę gens fuerit Marcomannorū: quod apud multos vsq; in hodiernū māsit incompertū, & nos in nostra Saxonia docuimus, istoque loco iure repetimus, quod propria gentis cōmemoratio hīc deposcit in cōgētilium descriptione. Marcomanni igitur, probatissimo teste Cornelio Tacito docēte, Wandali fuere: qui pulsus de montibus quos infederāt, Boiis (gēte Gallica) ipsa inhabitauerunt loca, quę ante Taciti tempora iam dudū tenuerunt: nomen tantum seruantes præcæ gentis, vt ex Marcomannis, antiqua appellatione Boicæmi dicerētur. Nā & magna Bœmorū gens apud Ptolemæum. Inde dicta creditur tota natio Wandalorū, quaquauersum habitans, iā inde à Russis per Polonos, Morauos, Bohemos, Slesios, vsq; ad ripam Danubii. Alioqui si vnus prouincię mortales diceret, non magnā gentem appellaret: nūc verò optimo iure magnā gentem appellauit, quæ tot prouincias occupabat. Necdum Dalmatiā attingo, in quam longè post hæc tempora cōmigrarunt. Huic ergo tam magnę genti Marcomannorū (quam eandem, docente Tacito, accipimus quę montibus Boios expulit) & intra & extra montes diffuse, ingens bellū inferebat Marcus Antonius, optimus Romanę reipublicæ Imperator (cui vtinā pietate & virtute pares multos vidisset Christianismus) bellum, in quā, terrificū & memorabile, quod totis Romani imperii viribus, non per duces, sed ab ipso Imperatore administrabatur: tāta mole, vt Punicis bellis æquiparetur. Quæ res argumēto est, nō cum vnus prouincię mortalibus rem Imperatori fuisse, sed cū magna natione & amplissima gente, quę tam magnificū ab ipso Imperatore deposceret apparatus. Pugnassem in ea conflictatione si non Russos (quod longinqui videātur) nulli dubium sit omnem Poloniam, omnem Slesiam atq; Morauiam, Bohemiam, & omnē regionem vsq; ad Danubium. Memorabile hoc ex omnibus rebus tum fortissimē gestis, retulerunt, quod exercitum Imperatoris siti laborantē, pauci qui inerāt exercitui Christiani milites, pluuiam precibus de cælo impetrantes referunt: testaturq; Imperator literis, diuinitus tum cælo datū imbrē, fuisse exercitui salutarem. O si & cognouisset potuisset cuius munere, qua potentia, hoc illi tum beneficium esset collatū! Diuturnum & periculosum bellum: in quo licet singulorum præclara facinora nō sint commemorata, inter omnia tamē in Germania gesta bella (quæ non pauca fuere) durissimum & laboriosissimum confitentur Romani scriptores. Id erat gentis robur, ea magnitudo, vt in oppugnandā, totius Romani imperii tunc florentis, viribus opus videretur. Sed eum quem solent, exitum faciunt Italicorum annalium scriptores, ad iuga coactam

Pietas in nomine no Christiano.

Pluuia ad preces Christianorum militum.

Iarmericus se suosq; in libertatem vindicat, & hostes subigit.

Marcomanni sunt Wandali.

coactam gentem Imperatori cessisse. Marcomannus, si rem in literas misisset, aliud nobis fortasse testimonium reliquisset.

Hic locus deposcit vt in Bohemiam Aenæ respiciamus. Faciunt, sine præfinitione & designatione temporum, Zethū quendam Croacia emigrantē, quod ibi homicidium cōmiserit, in Bohemiam venisse, ibiq; gentis fundasse primordia. Id supputatione temporum, ad hanc ætatē potuit peruenire (ex ordine ducum quos præfuisse commemorant ex Zetho) ad tempora Henrici I. & Ottonum Imperatorum: quorū tertius tetigit annum Christi millesimum. At testimonio colligitur omnium Italarū, Wandalos (quos illi Sclauos appellāt) primū sub Mauricio transisse in Croaciā Dalmatiāq; Quomodo ergo inde nunc ante Magnū Constantinū potuit Zethus emigrare Croaciā? E diuerso monstrat Tacitus, ante sua tempora Marcomannos, eiectis Bois de nemorosis locis, occupasse Bohemiā, quę à Bois nomē retinuit. Ergo Zethus adueniens ante se reperit Bohemos Marcomannos (hoc est Wandalos) ex præcæ habitatoribus Bois nomen mutatos. Multis igitur modis cōuincitur vana de Zetho emigrationis & fundatę gentis fabula. Illud facile assentiat, virum prudentē, qui exterarum regiones lustrauerit, ciuilitatem plurimam didicerit, patrios mores, quū autoritatē in gente sumpisset, cōposuisse: & regno permissum fuisse, vt ex illo primū recognito cæteri deinde duces numerētur. Hic ergo Zethus ordinato regno, primus in gēte dominatus est libera potestate: quū alii vel annui, vel menstrui, vel ad bella essent duces: quo modo in Rom. repub. diu legimus obseruatum. Sed huic fratrem faciūt Lechem, quem, vbi cerneret germanum ditatū, in vltiora concessisse, Poloniamq; regno tenuisse (inde nomen mutuatū, quod plana, sine montibus, terra sit: nam Pole lingua gentis vernacula planū dicūt) illumq; adeo in gente multiplicata profecisse, vt impleret Poloniam, Russiam, Pomeraniā, Cassubiam, Morauiam. Accipio testimoniū, quod ex eadē gente sint Poloni, Russi, Pomerani, Cassubi. Hoc enim multis modis astruendum nobis est: arbitrantibus nōnullis, non tam latā esse gentem quā nos initio fecimus. Nunc qui dubitauerit, discant ex ipsorū testimonio Bohemorū, qui cōgentiles suos non ignorant. Sed hoc planē friuolum, quod aiunt ex Polonis reliquos esse deriuatos. Nam ostendimus ex Strabone & Plinio, Roxios, nūc Russos, dudum ante Augustū Cæsarem (sub quo scripsit Strabo) regionem suam tenuisse. Et Pomerani suum littus tenuerūt cum Cassubis, priusquā Christus nasceretur in terris: quod nostri Saxonis crebris testimoniis & docuimus, & vbi opus euenerit, ostendemus.

CR OCVS in Bohemis successit Zetho: cuius hoc solum fertur insigne, quod de nomine suo fundatā reliquit Cracouiā: tum Bohemis, nunc Polonis paret. Sic enim in ea regione (quo modo & in aliis) sæpe mutati sunt termini, & limites ditionum. Nā & Morauię reges (quod infra docebimus) aliquando tenuerūt imperium in omnem eam gentē. Huius erat Libussa vnica filia, quę moriēte patre virgo cœpit administrare paternā ditionē tam prudenter, vt rex diu nullus desideraretur in gente. Ita circūspexit omnia, ad eō iustitia insignis erat, vt nemo sub illa quereretur se suo destitutū: adeo scelerū vltrix, vt impunē nemo peccaret. Mansissent proceres sub fœmina longiūs: sed mortalē prospicientes, semen regiū affectare ex illa videbantur. Diu tamen nemo interpellare audebat grauem super ea re fœminā. Sumpserat audaciam nōnulli ex maioribus, vt volūtatem procerum & totius populi consensum atq; desiderium explicarēt. Illa toruo primū vultu intuita referētes, Quid est, inquit, quod vobis desit in hoc rerum statu, vt regē desideretis? Nihil, inquiunt illi, si te immortalē haberemus: nūc, quoniam communi omnes forte sumus defecturi, quū te carere iam debemus, semē ex te regiū expleret pro te populi desiderium: aut, si minus, expleret vel mitigaret ingentē tui nominis affectū. Dissimulabat aliquandiu casta mulier populi de se desiderium: tam illam delectabat thoros sine socio, tam cælibatus illi inhærebat. Sed quū illi finē non facerent, illa siue oraculo cōmonita, siue suis deseruiēs nutibus (si fortē in rustica plebe virū iā delegisset, cui illa imperaret) iussit ornari candidū, cui insidere proficiscens solebat, gradariū: illum sequi præeuntem proceres iubet. Apud quē ille cōsisteret quiescēs, si ferrea de mensa refici illū conspicerent, regē mox suū consalutarēt: nam illū dignaretur thoro maritū, quem fata iumento imperantia mōstrarent. Sedulo implent quod iusserat regina: sternunt iumentū, & permissio illi fræno liberū sinūt

CAP. 16. Aenæ Sylui error coarquitur.

Zethus primus rex Bohemie.

Pomerani.

CAP. 17. Crocus Bohemus Craconia conditor.

Libussa Bohemorum regina laudes.

Semē regium queritur ex regina.

præire: illi ponè sequuntur, obseruâtes quò vadat. Abibat in agros, viâ non paruam, nec per solita gradiebatur itinera: sed cõpendia quærere visus, ibat in directû per nemora, per dumeta, per agros: donec ipsa iam meridie deprehenderet hominẽ ex labore fessum, se ad refectiõnem in agro, quẽ ararat, reponẽtem. Verterat aratrum: & ferrû ex sulco splendescens attrito in planiciem positum, pro mensa habebat. Quum cerneret hominem iumentum, stetit immobile, nusquam diuertens aut circumspiciens. Aderant qui obseruabant: vbi vident hominẽ aratri ferro vti pro disco, recolunt quid de ferrea mensa illis regina denuntiaffet obseruandû: voto se potitos interpretantur, & gaudent: mox sciscitantur de nomine. Pribislaõ, inquit interrogatus, mihi nomẽ est. Illi verò, Surge, inquit, protinus, & stratum tibi conscende iumentû: regina te demoratur futurû regem, futurû sibi maritum. Ille vt erat rustica simplicitate, illud sibi arbitratur iri, rogatq; ne de se rideant ignominiosè, contentû se sua sorte. Illi vrgent recusantem, & in eo quem tenuit habitu inuitû rapiunt in iumentum, pertrahuntq; ad reginam, insinuâtes quid repererint. Illa fato monstratum virum complectitur, & pro regia dignitate, suis nudatum vestibus, ornat atq; thoro dignatur.

Ferrea mensa aratrum.

CAP. 18.

IAM regem habuere Bohemi, iam legitimo illis iure imperabat, vir nõ postremi ingenii. Sensit Libussa iam se agere sub marito: nec enim liberû illi remãsit imperiû, vt prius. Quod etsi iustum nõ improbaret, nõ potuit tamen nõ mouere regiam puellam limitatum iam arbitrium, recolentẽ humilitatem originis in homine, quem sibi ac regno præponi permisisset. Ferunt prole ex illo mascula suscepta, mœrore tabescẽtem, nõ diu rebus humanis interfuisse. Pribislaus iã solus regni gubernacula tenebat, nec festinauit ad secunda vincula, nec erat qui perurgeret: quũ cernerent legitimam ex regina sobolem regno natam, facilẽ proceres quieuerunt. Sed puellẽ innutritẽ aule, reminiscẽtes quãto sub honore habitẽ essent, dominãte regina, nunc verò rege imperãte, simul ad viros omnẽ administrationem esse deriuatã, duce Valisca viragine (quod antè diximus) ad militiam exercebantur: & aucto numero in bonũ modũ, cœperunt in viros regionum præfectos sãuire. Nec erat moderatum imperium, vsq; in contemptum regis, & omnium regionum: armis vtentes, armis erant cõprimendæ. Mittitur agmen virorũ, quod satis putaretur edomãdis. Superatur: plures subornantur, vincuntur à puellis. Quid multa: arcem vnã atq; alteram occupant, eas communiant, illò refugiunt, ibi se tutantur. Cinguntur obsidione: nihil agitur. Euocantur ad prælium, occurrunt, nec erat constantia virilis in eas. Septẽ plenis annis inuito rege, proceribus etiam frementibus, exercent in omnes violentũ imperium. Ad extremũ, locatis insidiis, fraude non vi superantur, paulatim oppressæ armis: donec extenuato numero, nec supplemento veniente, manus victẽ darent regi proceribusq;. Hanc pro sui nouitate rem, non piguit semel attactam replicare. Pribislaus autẽ rex iam senescens, tràquillitati studuit, donec in fata concedens, filio vacuaret imperiũ.

Libussa mariti dominatum per se moritur.

Repetitur historia xj. cap. scripta.

CAP. 19.

NINISLAUS filius, ex Libussa regium trahens sanguinem, patri succedit: gentile nomen, quod sua terminatione testatur esse Wandalicũ. His enim in omni gente vtuntur Dalmatæ, Bohemi, Poloni, Pomerani: nã Hermolaus, Stanislaus, Boleslaus, Ladislaus, Buggeslaus, Pribislaus, nomina sunt conformia Wandalorum, quibus in hodiernum omnes vtuntur: vt vnã esse gentẽ, etiam hoc argumento accedẽte, sermone eodẽ certus perdiscas. Huius autem regis nulla in fastos sunt relata præclara facinora: nam quod cæterẽ sunt passẽ nationes, in Bohemis quoq; deprehendimus, raros admodũ initio fuisse scriptores, qui res præclaras perennarẽt. Filius huic successit Mnata, cuius omnino nulla reliqua est in fastis memoria: adeo claris viris obsistit obliuio, & intermissum scribẽdi officium. Quod ne soli querãtur Bohemi, facit in omni penẽ gente similis defectus: satis habent omniũ iactatorum primi, à memoria proximorũ repetere seculorum. Hi sunt Græci & Latini, qui non multis seculis res præclaras ante se repetebãt. vnus est inuẽtus Liuius, aliàs historicus clarissimus, qui inuidisse fertur antiquitatibus Hethruscorũ: quorum res præclaras, quã Italiæ & vrbis Romæ illustria facta celebraret, fertur volẽs præterisse. Ob quod à nonnullis Imperatoribus doctissimis, bibliothecis exturbãdus putaretur, exturbassentq;, nisi doctissimorũ hominũ authoritati cederetur. Nero ex his erat: homo vt erat nequissim⁹, ita fertur literatissimus. Sed si extabant antiquitates Hethruscorũ, quas ille stilo poliret, cur nõ alii

Mnata rex.

Historia monumenta apud paucos populos.

alii post eum nihilo minores, operam sibi illustrandis Hethruscis desumpserunt? Nihil enim legimus, præter id quod ætate nostra Viterbienfis quidam, ex ruderibus collapsorum operum nuper admonitus, scrutatus est fragmina vetustorum operum, ex Originibus Catonis, ex Itinerario Antonini, ex Myrsilo, ex Sempronio, ac aliis Romanis, & plerisque Græcis scriptoribus. Sed hæc interim.

Ioannes Annius: cuius tamen scripta Lud. Viues parum vera putat.

MNATA rex Bohemiẽ duos reliquit filios, Vrisslaum & Vratisslaum. Vrisslaus maior natu successit in regnum: frater contentus portione ditionis in ea quæ nunc est Slesia, præclaram vrbem fundauit, de suo nomine Vratisslauiam, Breslow vulgò appellant. Quæ res indicat omnem tunc Slesiam paruissẽ Bohemiæ: quod & diu post fecit, donec Vngariæ reges eã ad sua iuga cogèrent: quod & nouissimus fecissẽ Mathias agnoscitur. Sed illo sine prole moriente, quum Wladislaus Bohemiẽ rex etiam Vngariæ imperasset, redditæ sunt regnorum limites in antiquam possessionem, vt & Slesia (sicut antè) pareret Bohemiæ. De Vrisslaõ autem Bohemiæ rege nihil nobis reliquum est, nisi quia filium reliquit regni successorem, Grezomisslaum, qui alio nomine dictus est Neclam: cuius sub imperio fundata est (quod diximus) Vratisslauiam. Vratisslaus patruus regis, vbi comperit ignauiam ex fratre nepotis, indignum regno iudicans, deturbare illum conatur, bello illato. Sed non sunt passi proceres iustum sanguinem regno priuari: bellum pro rege suscipiunt. Et vt regis speciem bello præferrent, hominem habitu corporis regi non dissimilem bello præficiunt. Is regis vsus ornamenti, vbiq; rebus gerendis strenuus aderat, acie ausus opponere hosti Vratisslaõ: ibi quum pertinaciter viri fortes rem gererẽt, cessit fortuna cum victoria partibus regis. Vratisslaus in prælio cadens, luit perfidiæ suẽ meritas pœnas. Reliquit autem moriens Vratisslaus impuberem filium: cui tutorem fieri curauit rex, virum quẽ rebatur paruulo fidum, natu Turingum. Is regnandi cupidine correptus, paruulum de medio facit, simulato morbo, aut improviso casu, qui illum absumpsisset. Nõ potuit scelus occultum remanere, prodiit ad Bohemiæ regem Neclam: qui hominem parricidii reum persequitur corripitq;. Comprehensum iam morti destinatum, donat arbitrio, vt genus sibi mortis deligat. Ille faciliorem lethi viam amplexus, suspendio vitam finiuit. Arbitrantur enim, intercepto spiritu, omnium esse promptissimam moriendi viam. Sed informe hoc genus moriendi vates dixere.

CAP. 20.

Vratisslauiam Silesiorum condit.

Neclam rex.

Vratisslaus ne potem iniusto bello aggressus, in prælio cadit.

Suspendium mortis genus celerrimum, sed turpe.

NECLAM vbi viuẽdi finem fecit, Nostericum filium regni reliquit successorem: nec est aliud quod super huius regis nomine præferant annales, nisi quia patri successit in regnum. Neq; nobis diuinandi ars est neq; fingendi animus, vt quæ tradita non sunt, efferamus. Borsinoius illi filius erat, patri successus in regnum. Peruenit autem ad tempora Arnulphi Imperatoris, hoc est ad annum à Christo non gẽtesimum. Vnde facilis coniectura est, abauum eius vel tritauum non emigrasse Croacia, in quam ætate Zethi, nec dum Wandali se contulerunt. Primus hic memoratur qui Christi sacra inter Bohemos subierit: matre enim præuia, fidelis hic factus Christianus, Deo fidelis inseruiuit, parẽs imperio Zwantocopii, regis Morauorum, qui tum Bohemis, Polonis, Slesitis vnus imminebat. Sed hinc interim stilum figemus, ne nimium longè relinquamus tempora quẽ in rebus Wandalicis, quanto fieri potest diligentius, confectabimur, aliorum principum rebus atq; temporibus (ad ostẽsionem veritatis) coaptantes: redituri deniq; ad eas Bohemorum res prosequendas cũ Polonis, vbi tempora Imperatoris Arnulphi contigerimus: à quibus longè nunc agimus.

CAP. 21.

Primus Bohemorum rex Christianus anno demum 900.

CONSTANTINVS Magnus erat in imperio, quando magnos in oriẽte motus exciuerunt Wandali. Nam bello magno victi à Giberico Gothorum rege, in Romanis prouinciis ab Constantino Magno sedes petiere, impetrarũtq;, illo concedẽte, in Pannoniis. Tanta erat gẽtis multitudo, vt illis Russia, Polonia, Bohemia, Morauia, Slesia, angustẽ viderẽtur. Ergo in Pannoniis ab Imperatore concessis, annis sexaginta cõfederũt: in tantum Romanorũ principibus se fide & constantia insinuarunt, vt eorum proceres in aulã traherẽtur imperialẽ, facti inter proximos primi. Quod in Stilicone claruit, duorũ sine medio Imperatorum, alterius gener, socer alterius: quod suo loco dicemus. Refert Sigibertus Gemblacensis monachus, Gallorũ scriptor memorabilis, Wandalos sedibus suis pulsos à Gothis, in Romanas prouincias transisse, & vsq; e ad annum xii. Arcadii & Honorii Imperatorum sedes tenuisse. Igitur Wandali,

CAP. 22.

Wandali victi à Gothis, Constantini vultate in Pannoniam migrant.



qui dudū Sarmaticos impleuere campos (quorum magnam partē hodie tenent Rus-
 si congētiles, maiorem Tartari) primū ab Hunis, in eisdē locis & regionibus tum
 dominātibus, partim ad occiduum & aquilonem pulsi, partim ad Danubiū acti: vn-
 de à Gothis propulsi, ad interiora Pannoniarū coaluerūt: sequuti exemplū gentium
 cæterarū, largioribus sedibus quærendis operā impenderunt. Audierunt ante se Go-
 thos Thracias & Græciam occupasse, & iā in Italiam motus meditari: nō ignorantes
 quod dudū Galli prouinciis penetratis, in Asia sedes acceperint opulentas: statuerūt
 & ipsi fortunam pertentare. Assumptis secū Suxuis atq; Alanis, ad ripā fluminis Rhe-
 ni confederunt: ibiq; velut in limite Romani Imperii, primas sedes firmauerūt: & cre-
 bro burgos erigentes, Burgundionū nomen à vicinis acceperunt, quanquā hoc vo-
 cabulum vetustius sit, quā ut ibi & illo tempore exortū credatur. Nominat Plinius
 Burgundiones, quos partem esse testatur Wandalorum: ille autē longē ante hæc tē-
 pora scripsit, sub Traiano. Sed iā in Romano erat imperio Valentinianus 1. anno post
 natū Christum CCCLXX. Hic quum esset princeps ad regendam rempublicam vigi-
 lantissimus, & in hostes fortissimus, eius tū & metus & reuerētia detinuit Wandalos,
 ne vltra progredierentur. Extat testimonium Cornelii Taciti apud Blondū: nam in-
 tegram Cornelii historiā hodie nō tenemus. Eam partem Wandalorū, quibus post-
 ea Burgundionibus erat nomen, ad octuaginta armatorū millia, vltiores Rheni ri-
 pas (hoc est nostri lateris à Germania, quas Itali vocāt vltiores) infedisse: quos Dru-
 sus & Tiberius Cæsares, post subactam interiorem Germaniā, in sedes proprias repu-
 lerunt. Ergo sedibus suis Wandali longē ante hæc tēpora egressi tentarunt fortunam
 apprehendendē nouę regionis. Patriæ autē Wandalorum sedes fuere Sarmatię latif-
 simi campi: quorum latera etiā hodie tenent, Russiam, Poloniā, Bohemiam: sed me-
 diterranea vastissimorum hodie locorum tenent Tartari. Sed quū adhuc in Panno-
 niis habitarent, tantum eualuit gentis fortuna, vt principes gentis paulatim Romanis
 Imperatoribus fierent cōmendatissimi: è quibus Stilico dux acerrim⁹ & fortissimus
 apud Theodosium magnum Imperatorem in id excellētiā excreuit, vt Imperatoris
 florentissimi filiam coniugē mereretur, & ipso viuēte Theodosio maximas res gere-
 ret: in tantū vt Theodosius moriens, imperiū occidentale, cū Honorio filio, illius fi-
 dei & prouidentię permitteret. Cui etiā tam charus diu māsit, vt ambas eius filias, al-
 teram post alterā, duceret Honorius cōiuges: sed vtraq; integritate virginali decessit.

CAP. 23. IDEM Stilico comes, Honorii tutor, & regni administrator, quū apud orientē pro-
 teruire sciret Ruffinum, qui pro Archadio rē suscepit: deturbato per arma Ruffino,
 seruauit Imperiū Archadio legitimo hæredi. Cuius viri laudes qui nosse volet, legat
 Claudianum insignem illorū temporum poetā, qui multis operibus eius viri laudes
 attollit. Quæ tempora velut fastigium quoddā, & quoddam velut culmen totius Ro-
 mani imperii, Blondus, declinātis Imperii scriptor, optima ratione deputauit. Nec ab
 re Wandali eā rem in suæ gentis gloriā deriuant, astruentes cum suo Stilicone florē-
 te Imperium vnā floruisse, & cum eo cadēte pariter cecidisse. Nam illi sunt protinus
 mortē Stiliconis casus consequuti, vt euidētissimē appareat fortissimi ducis & pru-
 dentissimi viri consilio stetit imperii gloriā, quod eo subtracto mox omnia dilabe-
 rentur, Gothi vastarent Italiam, peruaderent urbem Romam, & eam maculā inure-
 rent Imperio quā nunquam potuerit abolere. Interea verò Stilico quū maximas res
 in consulatibus suis peregisset, Radagaisum Gothorū regem cum ducentis millibus
 suorum in montibus Fesulanis conclusisset, & fame premeret obsessum, vt fugā reli-
 cto exercitu intentaret: ex qua captus ad Stiliconem pertractus, Romano in carcere
 maceratus, occiditur: infinita illa barbaries capta, ergastula omnia impleret, nec esset
 domus quę feruū ex illa colluue hominū non haberet. Quum tanta ergo facinora ad
 reipublicę salutem & gloriā peregisset, nō potuit gloria carere inuidia, & ab ipsis Go-
 this (si diis placet) Imperatori defertur, quod non rectē administraret rempublicam:
 quasi ad præscriptū barbarorū & hostiū (qui suis armis Romano populo minitarētur
 occasum) res essent procurandæ. Culpatur quod eius dolis, quū pararet filio imperiū,
 Saulus Hebræus, copiarū ductor sub illo, Gothis sacro Paschē die armis incubuisset,
 quū illi sacris essent intenti: quasi non hæc sine Stiliconis fraude & consilio geri pos-
 sent. Quod autē talem præfecerit exercitui, qui Hebræus Christianæ gēti infestus es-
 set,

Wandalorum
 crebre migra-
 tiones.

Burgi à Græ-
 co πύργος δι-
 κτι.

Stiliconis Wā-
 dali summa
 autoritas &
 singularis vir-
 tus.

Romani Im-
 perii solstitiū.

Gothi à Stili-
 cone victi.

Iudeus Chri-
 stianarum co-
 piarum dux.

set, quis culpandum duxerit, quando in deligendis ducibus non religio, sed militaris rei
 peritia solet spectari? Euocasse contendunt Stiliconem, vt filio aditum strueret ad im-
 perium, Wandalos, Suxuos, Alanos. Quasi non illi suo ingenio, aliorum exemplo, ad
 res nouas possent aspirare, ab illo non inuitati.

VNUM Orosii testimonium omnes in Stiliconem efferunt, quod quale sit libet in-
 tueri: quando Wandalorum præclaras res scribentem, par esse confido, tueri quæ pos-
 sunt videri non rectē culpata. Interea, inquit Orosius, comes Stilico, Wandalorum im-
 bellis, auaræ, perfidæ ac dolosæ gentis genere editus, parui pendens quod sub Impera-
 tore imperabat, Eucherium filium suum (sicut à plerisque traditur) iam inde Christia-
 norum persequutionem à puero meditatam, imperio quoquo modo substituere nite-
 batur. Quamobrem Alaricum cunctamq; Gothorum gentem, pro pace optima & qui-
 buscunque sedibus suppliciter & simpliciter orantem, occulto fœdere fouens, publicè
 autem & belli & pacis copia negata, ad terendam terendamq; rempublicam seruauit.
 Præterea gentes alias copiis viribusq; intolerabiles, quibus Galliarum nunc Hispania-
 rumque prouinciæ premuntur (hoc est Alanorum, Sueuorum, Wandalorum, ipsoq; si-
 mul motu impulsorum Burgundionum vltro arma sollicitans) deterfo semel Romani
 nominis metu suscitauit. Eas interim ripas Rheni quaterere, & pulsare Gallias voluit: spe-
 rans miser sub hac necessitatis circūstantia, quia & extorquere genero imperium pos-
 set in filiū. Hæc sunt quæ in caput Stiliconis accusans congerit Orosius: cui si licuit vita
 functum dehonestare conuictis, cur non licebit accusatum tueri, & ita (quod tutum est)
 pugnare cum laruis: Imbellem ais gentem Wandalorum: cui cessere Gallia, Hispania,
 & tertia mundi pars Aphrica, nec valere vllæ in eam Romanæ legiones. *Auaræ.* Cre-
 do quia aliena inuaserat, quia terras non suas occupabat, quia latē quærebat dominari.
 Si hoc est auaritiæ, auarissimi fuere Romani tui, qui cum toto penē terrarum orbe rem
 habebant: quibus neque Europa neque Aphrica suffecere, sed in Asia quoq; magnam
 occupauere partem. *Perfidæ ac dolosæ gentis.* Si hoc improperas, quod Arriani fuere, do-
 ctorum ea causa est, qui errorem disseminauere: non indoctæ multitudinis, cui facilē
 persuaseris in religione quidlibet. *Dolosæ gentis:* quia insidiis potius quā armis pugnari-
 tur. Quid si Grammatici opponāt, Dolus an virtus in hoste requiratur? Et tamē crimine ab
 vno totam commaculati gentem, vide quale sit. Romani ergo perfidi, quia Catilinam
 protulerūt: & apostoli, quia Iudam? Videamus quid obiiciatur criminoso. *Eucherium fi-
 lium (sicut à plerisque traditur) iam à puero Christianorum persequutionē meditatam.* Ergo quod
 incerto auctore crimen attentatur, damnationem meretur? Quasi non sint innocētis-
 simi viri maximis aliquando criminibus falsō infimulati. Nam quid egit primum Sci-
 pionem in exilium? quid postea Rutilium? Breuius omnia dico, quod ad alia festinat o-
 ratio. Suspicionem criminis in crimē vocas, & quod fortasse æmuli confinxere, tu pro
 veritate enuncias. Si suspiciōse dicis, non legitimē accusas. *Alaricum occulto fœdere fouit.*
 Cur igitur Alaricus apud Honorium accusat Stiliconem? De quo testis est Blondus. A-
 lias gentes excitat, vt Romano Imperio motus concitet. Quid si congētiles suos com-
 monere voluit, vt à gente Gothorum sibi caueant: & ita præripiant præcedētes in Gal-
 lias? His ergo criminibus, velut accusatore Orosio, occisus est ab Imperatoris satellitio
 Stilico. Sed iusta illum mox consequuta sunt præmia: mouerunt in Italiā redeuntē Go-
 thi, peruaseruntq; nec erat qui obganniret. Quid? Nisi mors Stiliconis inuitasset homi-
 nes, itinere suo transissent in Gallias. Sed quoniam cæso Stilicone, non superesse scien-
 tes quę formidarent, reuersi sunt, Italiam euastauere. Illa terrarū orbis dominatrix vrbs
 Roma indefensa, nullo negotio capta est: non erat qui gladium pro illa distingeret. Et
 illi subuersores Stiliconis, qui sub eo fortissimo suo duce, a ducentis Scytharū millibus
 securi fuere, iam sub medio vix hostium numero ita compressi iacēt, vt se commouere
 vix audent. Nos verò tanto post tempore omissa deploratione, cœpta prosequamur.

CAP. 25. CROCVS in Wandalis Burgundionibus rex erat, quum Gothi iam relicta Italia
 Gallias vastarent: Franci verò Germani (qui postea nomē suum Galliis inuexerāt) iam
 transito Rheno in Galliis erant. Ea quum comperta haberent Wandali, iam burgorum
 suorum ad Rhenum mansionibus non contenti, & ipsi agmine facto Rhenum transie-
 runt. Pugnatorū erant trecenta millia: nam & Suxui & Alani illis se agminibus iunxe-
 re. Et vbi in Galliis ante se Francos repererunt, instigantibus Suxuis (quorum erat ad

CAP. 24.
 Stilico aduer-
 sus Orosium
 defenditur.

Orosii in Wā-
 dalos: aledi-
 centia reselli-
 tur.

Wandali Ar-
 riani fuerunt.

Stiliconis in-
 iustam cadē-
 tem Italia
 iustitate col-
 ligitur.

CAP. 25.
 Wandalarum
 in Galliis ex-
 peditiones.

Francos perpetuum diffidium) dictos Francos aggressi armis, in Germaniam redire compulerunt. Ibi tum Burgundiones (hoc est Wandali) qui tam diu in Burgis ad Rhenum confederant, certas sibi sedes in Galliis delegerunt, apud Heduos, Lingonas, Ventosios, nobileq; diu regnum Burgundiæ fundauerunt: quod post aliquot secula in ducalem rediit administrationem. In qua nunc per Karolum nouissimum ducem Burgundiæ deficiente virili stirpe, magnis interuenientibus bellis, ducatus coronæ Franciæ adunatus est: comitatus autem permanit apud Philippum, sanguine materno ex Karolo natus. Hæc est igitur altera Wandalorum gloria. Nam primum in Stilicone ad gubernacula Romani imperii conscenderunt: deinde quod in Galliis locupletissimū diu regnum, cuius hodie potenti ducatu ac comitatu magna extant vestigia in scælici terra, genti suæ ac posteris fundauerunt. Nam Burgundiones esse Wandalorum genus, si non aliunde constaret, locuples nobis testis Plinius in naturali historia satis astrueret. Wandali autem cæteri, fratribus iam ad quietem redactis (qua in re quanta fuerit emigrantium multitudo, facillè perpenditur) duce Crofco Gallias peruagati, multas vrbes, plures ecclesias subuertunt. Dum tamen incautè rex ipse excurrit, apud Arelatum, à Martiano, loci pro Romanis præside, captus, & per victas spoliataq; à se vrbes ignominiosè tractus, ad mortem vsque excruciat.

Croscum Wandalarum dux captus necatur.

CAP. 26.

IGITUR quum Burgundiones acceptis iam sedibus conquiescerent, reliqui Wandali, Suæui & Alani, vltèrius progressi, Aquitaniam inuasere, populationib. intèti: transfissentq; mox in Hispaniam, nisi Pyrenæorum montium saltus, partim Honoriacis militibus, partim ab accolis defensis, transitum illis fecissent difficilimum. Itaq; ad mediterraneam Galliam reuersi, vastationi & prædæ institerunt ad satietatem: non enim erat qui tueretur. Ergo progressi, quum regem Croscum ad Arelatum captum amisissent, non sunt passi esse sine rege, quem ex corpore suo Wandali, non ex Alanis, non ex Suæuis assumpserunt. Vnde perspicuum est, Wandalos in illa gentiū colluue fuisse priores, & multitudine & autoritate cæteris præstātes: vt in assumptione regis nulla Suæuorum, nulla Alanorum habita sit ratio, quamuis & illi nobilitatè plurimam & proceres haberent. Assumptus est ergo ex Wandalis rex Modigifilus, quum adhuc in Galliis Wandali manerent. Iam verò Franci pridem in Germaniam à Wandalis retroacti, resumptis animis, & roborati viribus, in Gallias redierunt, certi prouinciæ partem à Wandalis defendere: obiciuntq; se armati regi Modigifilo, non passi excludi regione fatali. Igitur res ad prælium peruenit: ausi Franci iterum tentare fortunam, prodierunt in aciem: & tum illis ad eo omnia fuere prospera, vt regem ipsum Wandalorum superatum, cum viginti milibus opprimerent: magna proculdubio victoria, magno prælio victores: & (vt Sigibertus Gallorum historicus testatur) Wandali ad internecionem tum cæsi fuissent, nisi Resplendial, Alanorum dux, tum superueniens, Wandalorum viribus accessisset. Ea tum clade accepta, de transitu Pyrenæorum montium Wandali deliberauere: nam in Galliis, palæstra nationum, Franci, Gothi & Romani, prælio semper erant excipiendi. Ergo obseruauere tempora, & vbi primum data est opportunitas, emigrarunt. Vacuefactis enim faucibus montiū per mutuas cædes custodū, iam Hispanias petunt: ibiq; per annos ferè triginta cum commilitonibus Suæuis & Alanis diu constiterunt. Et postquam omnia in Palentinis (sub Pyrenæis ea prima est Hispaniarum regio) abraferunt, ad Asturgam amnem peruenerunt: eiusq; fluentia sequuti, eiusdem nominis urbem circumsederunt, oppugnarunt, ceperunt. Ibi ingenti præda locupletati, ad vltèriora progredi ceperunt, Toletum peruenerunt. Hanc exemplo Asturgæ capere sperantes, magno conamine obsederunt: oppugnarunt quidem strenuè, sed expugnare non poterant, quod ciues necessarios defensionis apparatus habuere, fortiterq; suam sunt tutati ciuitatem. Agros vicosq; in ea regione vastantes, secundum Tagi fluminis flueta ad Vlisipponem præclaram urbem peruenerunt. Iam edocti experimento, muratas vrbes defensionis paratas, posse vim eorum eludere, spemq; frustrari, obsidionem quidem monstrabant: sed pacta & accepta à ciuibus ingenti pecunia abierunt.

CAP. 27.

Gothi sedes in Galliis collocant.

GVNDERICVS Modigifili filius, iam rebus in Hispania pacatioribus regnat post patrem, præfuitq; annis totis sedecim. Per quæ tempora satis quietas, quū iam Bæticam prouinciā sortiti Wandali tenuissent, Gothi in Galliis sibi fixere sedes. Capta tum à Wandalis Valètia ciuitas, Galliarum Hispaniarumq; media, patientib. Romanis: quod iam

iam ex omni terrarum orbe imminerent noui tyranni, noui principatus. Sed Wadali locupletati præda, iam de sua quiete cogitarunt: quod & fratres suos in Burgundia fecisset, & iā Francos Gothosq; in Galliis audiuerunt. Cœperunt & ipsi ambire, vt pacatis rebus aliquando cū liberis & coniugibus sedes haberent quietas. Itaque Hispanias, iam penè Romano imperio liberatas, inter se sortiri cœperunt: prouenitq; Wadalis (vt diximus) Bætica, vberissima ac ditissima prouincia, nūc Granata dicta (quā paucos ante annos Fernad^o Hispaniarū rex clarissimus, octingētos penè per annos à Mauris possessam, recuperauit, ac Christiano nomini reddidit) Alanis & Suæuis inter se Lusitaniam partiētib. Quorū Alani paucos post annos, à Romanis, annitentibus Wisigothis in eadem prouincia manentibus, sunt exterminati. Sequuti autē Wandali cum Suæuis exemplum Wisigothorum, pacem à Romano Imperatore Honorio postularunt, & facillè impetrarunt: quod dicerent se inter alterutrum digladiaturos, Romano tamen Imperio obsequuturos, in quamcūque regionē vocarētur. Ignauus Imperator, & qui nulla nisi per duces bella gesserit, facillè poscētibus pacem indulxit: quod Constantius fororius eius (iā ab illo Cæsar declaratus) qui Alanos vicerat, rebus in vrbe Romæ turbatis, in Italiam reuocaretur, quum Tertullius quidā ex patritiis Augusti sibi nomen asciuisset. Ita factū est vt Wandali in Bætica, opulētissima regione, diu quieti cōsisterent. Gunderici autē regis hic exitus fuit: Quū capta Hispali, præclara ciuitate Bætice regionis, impiè manus in ecclesiam mitteret, mox Dei iudicio à dæmone correptus interiit. Frater autem Gësericus, ex èplo illius territus, modestior imprimis apparuit: sed procurfu temporū alius est inuētus: nam diutissimè (quod dicemus) regnavit.

Wadali, Alani & Suæui inter se Hispanias diuidunt.

Wandali quæ Hispaniarum partem sortiti sunt, diu tenuerunt.

CAP. 28.

Constantius,

CONSTANTIO, qui germanam Honorii, pridem nuptam Gotho, teneret cōiugem, iam ad augustalè dignitatē assumpto cum Honorio (qui diutiùs quàm imperii sub eo ruētis calamitas pateretur, Romano præfuit Imperio) aliquādiu res Romanæ fulcitæ sūt. Sed Cōstantio primum, deinde Honorio Augustis de medio factis, Iohānes quidam Augusti nomine tyrannidem inuasit, cui Castinus magister esset militū, vir barbarus, origine Scythæ. Bonifacius autē comes Thrax genere, vir Christiani nominis amatissimus, & maximi doctoris Augustini tū in Aphrica florentis familiarissimus, pro Romanis Imperatoribus tum Aphricā gubernabat. Operæ precium iudicauit, quia comitū nomē illa tum primū etate inclaruit (vt Stilico Theodosii, Constantius comes Honorii, & Bonifacius Valentiniani diceretur) agnoscere qui tū fuerint comites, quid dignitatis, quid officii prætulerint. Equidē arbitror, qui, quum Senatus rempub. administraret, rexere prouincias, procōsules, & sub Augustis inde imperatoribus, prouinciarum præfides dicerentur, aut præfeci prætorii: ii postea sub Imperatoribus iā imperio declinatè, comites dicerentur. Erat, inquit, comitatus Imperatoris Mediolani. Quid vult insinuare aliud, nisi quia publicū Imperatoris cōsiliū ibi quieuerat? Comites ergo in prouinciis habebantur, qui in quaq; prouincia publicū fouebant cōsiliū. Hoc ipsum & epistolæ Augustini sonare videntur. Et tate autem nostra longè aliud præfert comitis nomē, inferiorem scilicet nobilitatis gradū, sub duce, supra barones. A cōsuetudine verò Imperialis curiæ, à memoria diui Iustiniani, legū parentis, varii erant comitū ordines. Erant enim officia palatii Imperialis: quod tituli librorum Codicis nouissimorū satis ostendūt. A qua etiam consuetudine dictum existimo, quod in Italia & Fræcia come stabili dicitur qui dignitatem primam tenet sub principe, vt administratio rerū bellicarū illi deferatur: sic dictus quia dignitas illi permanens sit, quū aliorum administratio sit temporalis. Sunt tamen qui comitē stabuli putent appellatum, quod equis & armis præsit, & perinde ductor sit copiarū equestrīū, quod olim erat magister equitū. Germani illum vocāt marschallum: quod unde ductū sit vocabulū, adhuc requiro: nisi quis à Marte dictū arbitretur. Galli quoq; vocant senescallum, in consilio præpotentem. Sed hæc hæc tenus.

Bonifacius comes.

Quod officium comitis olim.

Comestabilis.

Marschallus.

Senescallus.

CAP. 29.

QVVM ergo post Honorium Iohannes occidentale occupasset imperium, Castinus Senator & ex consul, & adhuc magister militū (sub quo cōsule Bonifacius comes sacramēta militaria reipublicæ præstitisset) quia idē Bonifacius nō annuiturus videbatur imperio, quod Iohānes apprehēdisset, agēte Castino, hostis reipublicæ iudicatus est. Id quū beatissim^o Augustinus ex Italia cognouisset, Bonifacio in Aphrica manenti, & hæc ipsa tū fortasse non ignorati, per literas intimauit. Interim Castinus pa-

Bonifacius hostis declaratur, quod 10 annis imperium non probaret.

Cc

rato cōmeatu, militibus & armis in Aphricam traiecit: idq; diuus Augustinus cōcitò nunciavit Bonifacio. Nec ille dormitabat, quò minus exercitum & ille cōscriberet, quem opponeret veniēti ab Italia Castino. Augustinus verò sanctissimus episcopus, se pro autoritate quam apud omnes merebatur, & pro familiaritate quæ illi cum Bonifacio magna fuit, intercipiēdo bello operas impendit, & curavit vt inuicē duces ipsi venirent in colloquium, iurato etiam fœdere, quòd communibus consiliis rempublicam administrarent. Fidem faciebat Augustinus Bonifacio, cui ille credit: quia suspexit animum perfidi Scythæ, qui Christo non crederet. Infidias tamen iuratus instruxit Castinus: quas vbi comperit Bonifacius, arma comparat. Prælio res erat dirimenda: concursus est magnis vtrinq; viribus. Sed is fuit exitus, vt Bonifacius victor, minimo suorum sanguine multos aduersariorum perderet, & coactus est cedere Aphrica victus Castinus. Hæc omnia Augustini epistolis explicantur ad Bonifacium, & vicissim illius ad Augustinum. Iohannes tyrannus, comperto quòd Castinus victus cederet Bonifacio (quum de Aphrica multum illi esset momenti) dimisso in Italia rebus curandis Castino, ipse cum nouo exercitu Aphricam repetiuit.

Castinus fidem datam soluit.

CAP. 30.

INTEREA Theodosius II. audita patris Honorii morte & Iohannis tyrannide, Valentinianum III. ex Constantio (quem creasset Honorius Augustum) & ex eius germana filium, Cæsarem fecit. Ille ex orientalibus ducibus rei militaris peritissimum Ardaburum ducem legit, quem in Italia opponeret Castino. Quo auctore quum aliquot leuia esset peracta prælia, capitur Castinus, militibus eius ad Valentinianum iustæ successione Imperatorē facile transeuntibus. Capitur & Aetius vir primarius, quē & ipsum ducerent suspectum. Castinus mittitur in exiliū. Aetius autē, quòd plurimum reipublice necessarius esset, ad continēdos in fide Hunos & alios barbaros (quibus esset ille commendatissimus) præficitur Galliis. Vbi Burgundiones oppugnans, pacē illis cōcedere compellitur, quòd iterum Franci cum armis in Galliā transierunt, nobile regnum in loco Parisiorum fundantes: quod ab illis hodie nomen tenet, vt à Germanis Francis regnum Franciæ sit deinde semper dictum. Interim Iohannes tyrannus Bonifacium pro Imperatore agentē, fortiter oppugnat: sed dux Christianus fide plenus, & sacerdotum orationibus innixus, hostem vincit, & (vt nonnulli sunt authores) occidit. Valentinianus autē malè gratus, Aphricam de manu Bonifacii extorquere conatus, multa

Francorum in Galliæ regnū, eius caput Lutetia Parisiorum.

Bonifacius aduersus Imperatoris sui tyrannidem armis se tuetur.

CAP. 31.

Wandalis in Aphricam à Bonifacio accersiti.

Demum Sisulphum, quē habebat ex ducibus præstantissimum, opposuit Bonifacio: qui in Aphricā cum exercitu traiciens, occurrit comiti, & inito prælio cedit Bonifacius in Mauritaniā. Inde quum suis iam viribus diffideret, mittit in Hispaniā & Bæticā regionem, inuitans ad societate belli regē Wandalorum: optionē illi permittēs, siue velit stipendiis militare, siue regionis prædā sumat in præmiū, siue vrbiū partē in possessionē.

430.

Wisigothi in Bæticam.

Catalani.

GENERICVS frater Gunderici, filius & ipse Modogisili, tum regnum in sua gente Wandalorum tenebat: qui auditis magnis militiæ præmiis (in quibus & hoc erat cōstitutum, si mallet accipere partem regionis inhabitandam) multa mouens animo, tã grandia militiæ stipendia contemnere non potuit. Adiuuit eam animorum inclinacionem Gothorum, quã in Bætica & reliqua Hispania perpeffus est, quotidiana pressura. Nam Gothi pro antiquitate & magnitudine rerum gestarum inuidebāt Wandalis, velut nouæ genti, opulentā regionem: inde arma etiã inferre ipsis pro Bætica parabant. Hoc quum rescisset Genericus, facile Bonifacii cōditiones amplexus in Aphricā emigrare, cum tota sua gente disponebat. Annus erat post natum Christum ccccxxx. ad supputationem Eusebii, quum Genericus Wandalorum rex, & tota eius subiectio (in quibus erāt Alani plurimi) cum vxoribus & liberis & omni familia, cumq; locupleti & omnigeni prædæ rerum, quam per multos annos ex Romanis prouinciis, ex Hispania, ex Galliis comportassent, in Aphricam traiecit. Wisigothi vacuefactā Bæticam mox inuadūt. Alani autem & Suæui suis etiam sedibus expulsi à Romanis ducibus, in eandem Bæticam ad Wisigothos concessere: vnde conflatum arbitratur Blondus genus Catalanorum, ex Gothis & Alanis. Interea Genericus in Aphrica decretas sibi

sibi ac suis à Bonifacio vrbes ingreditur: maximè autē maritimas illi partes deputauit, quò magis propugnaret, & hostibus ex proximo magis opponeretur. Sed Wandalis, nō contenti datis vrbebus & agris, latè populantur vicina. Carthaginem tamē & Hipponensem regionē ab his Sisulphus egregiè tutabatur. Ita factū est vt maiori Aphricæ parte statim Wandalis potirentur: & Imperator, qui administrationē Bonifacio inuidit, nec ipse habuit, nec Bonifacius retinuit. Wandalis verò ab Imperatore pacem habuere, permissaq; est illis ex fœdere magna pars Aphricæ. Imperator deinde Valentinianus Sisulphum Carthagine in Italiam reuocauit, iam fesus paci & fœderi quod illi cum Wandalis esset. Cogitauit enim Sisulphum opponere Hunis & aliis nationibus, quæ cum Attila rege Gallias inuasere. Sed decedente Aphrica duce Sisulpho, Genericus fœdera contemnens, arma parat in Carthaginē: quã aliquandiu impugnatam capit, mox transiturus in prouinciam Hipponensem. Ita Carthago, quæ annis dxxxv. suberat Romanis, cœpit esse Wandalica. Incluta nimirum ciuitas, & in terrarum orbe vni vix cedens vrbi Romę, cunctis aliis illustrior potentiorq;. Vixerat adhuc diuus Augustinus, quum iam Wandalis Hipponem ciuitatem, in qua episcopatum gerebat, obsidere cœpissent, & impetrauit à Domino ne captam videret urbem. Itaque tertio obsidionis mēse, migravit ad Dominum: quod postulauit, vt aut ciuitatē obsidione, aut se carne eximeret, à Domino impetrauit. De Bonifacio varia fama est. Nam Genericus qui Imperatoris fœdera contempsit, pacta Bonifacii nō potuit magni facere. Sunt qui nauigasse ferunt in Italiam: sed non est verisimile venisse illum sub oculos Imperatoris, contra quem Aphricam defendit, & iam Imperio abalienauit. In Hipponense regio in consolationem magni Augustini pugnasse illum libet credere, donec qualicunq; conditione ciuitatem à Genérico redimeret, vt ibi priuatus in pace quiesceret: nō passus ab Augustino in morte separari, quem in vita plurimum dilexisset.

GENERICVS autem protulit imperium ad omnem (quæ latissima est) Aphricā vsq; ad Ægyptum & Æthiopiam. Quo tempore, quum immineret Galliis Attila, neglecta est ab Aetio Britannia, quum illam Scoti Picciq; premeret, & inuocatis Saxonibus Anglis, primum ab illis defensus, postea ab eisdē pulsi & subacti sunt Britones: in ualefcētibus in eū modum Anglis Saxonibus, vt prouincia exinde mutato nomine ex Britannia dicta fuit Anglia. Et hæc alia Germaniæ laus non vulgaris. In quacunq; enim regionem manus iniocere Germani, mox illi regnum firmauerunt. Tenemus enim tria ab illis regna breui constituta, paucis interpositis annis, Burgundię ab Wandalis: Fræcię, à Germanis Fræcis: Anglię, ab Anglis Saxonibus. Super omnia tertiã mundi partem Germani Wandalis iã tenuerunt imperio. Declinatio hæc fuit maxima Romani imperii, quado per Wandalos amissa Aphrica, Galliis à Burgundionibus & Fræcis tutari nō poterant, Britannia & Angliam etiam nomine mutata, eodē tempore occupantibus Saxonibus amittentes. Genericus inde rex Aphricæ, impatiens morę, non contentus Aphrica, classem parauit maximam, traiecitq; in Siciliam: & maxima eius parte euastata, audiuit Imperatorem respicere ad Aphricā recuperandam: cuius spes absente Gērico magna affulsit. Nam Sebastiano comite de Hispaniis exercitum ad traiciendum comparante, reuersus est ad tutandam Aphricam suã Genericus. Sebastianus autem Imperatore cōtempso, de sua prouectione cœpit cogitare. Nã fœdera iniit cum Wandalis in Aphrica, inde cum Wisigothis, Alanis & Suæuis, vt sibi primum Lusitaniã compararet: sed delusus ab his quibus se crediderat, statimq; oppressus interiit. Quo iã vita functo, prouincias suas, quas pridē tenuere, Alani, Suæui, Gothi recuperare. Et quum iam Theodosius II. viuendi finē fecisset, in orientis imperio successit Martianus. Quo tempore Valentinianus, occidentis Imperator, pacē cum Genérico innouauit, limitibus iterum constitutis ad vtranq; ditionē. Quam pacem tum cupidè amplexatus est Genericus, quòd intelligeret inter proceres suos in caput suum inita coniurationem: quam vt elideret, pacem libens ab Imperatore accepit. Quæ etiã constituta, grauer in conscios cōspirationis animaduertit. Interim Gallia magno prælio cōfluxit cum Attila, in quo multa sunt cæsa millia exterorum. Nam Aetius Romanorum patritius pro Imperatore agens, sibi ascium magni belli socios quos potuit, Gothos, Alanos, Suæuos, in Attilam: qui & ipse secum multas nationes cum suis regibus traxit. Sed tum repulsus Attila, nō diu post concessit in Italiam, in qua Aquilegiã diu

Carthago à Wandalis capta.

Augustinus in Hipponensi obsidione moritur.

CAP. 32. Fines Imperii GenERICI.

Germani maximas prouincias Romanis ademerunt.

Genericus in Siciliam.

Pax inter Imperatorem & Genericum.

*Ventia ex-
trui cepta.*
obfessam cepit, & reliquam populatur prouinciam. Quo tempore primores regio-
num in vicinas paludes concessere, ibiq; cœptæ sunt extrui Venetiæ. Sed proceden-
tem vltra regem Attilam Leo papa I. occurrens retro egit, mirantibus cunctis in viro
diuinam virtutem. Sed reuersus in sua breui finem viuendi fecit Attila.

CAP. 33. *Wandali in
Italiã à femi-
na vocantur.*
IN T E R E A mortuo Valentiniano, quū imperium Maximus nomine quidã Ro-
manus occupare t̄taret, Eudoxiam Valentiniani relictam etiã renitentem sibi ascii-
uit vxorē, per eam sibi exercitus & legiones conciliare f̄sus. Sed mulier ingētis spiri-
tus, indignatione cōcepta, fidum sibi nuntiū adornauit, quem in Aphricam misit ad
Gēsericum, veniret Romã, subiici paratã in ditionē acciperet, seq; ab iniuria Maxi-
mi tyrãni vindicaret. Lētus hoc nūcio Gensericus Wandalarū rex, classē iubet ex-
pediri: armat ex omni Aphrica quos poterat, Wādalos, Mauros, Numidas, hominū
trecēta millia: & anno virginē partus post quadringentesimū quinquagesimo sexto
traicit in Italiã. Ad insperatum t̄ti agminis aduentū omnis turbatur Italia, vrbs Ro-
ma malè sibi fidit. Maximus se perarmans cum iis quas contrahere potuit copiis, cō-
gress⁹, facillè superatur: primores vrbs cū cōiugibus & liberis latibula circūspexere.
Supererat adhuc Leo sanctus pontifex, qui Attilã retroegit. Adortus etiam Gense-
ricū orat per Christum, sacris parcat, si ciuilibus rebus vti ad prædam velit. Sed in tã-
ta hominū colluue atque barbarie, quantum potuit pontificis precatio ac regis ius-
sio: Maxim⁹ oppressus in Tiberim proiicitur: sacra & pphana iuxta diripiūtur. Qua-
tuordecim in vrbe diebus cōmoratus, Eudoxiam Imperatoris relicta cū opificibus
primariis, quotquot in vrbe reperit Gēsericus, præmisit in Aphricã: ipse cum exerci-
tu ad spoliandam vastandamq; prouinciam Campaniã egreditur. Obsidetur Capua:
Nola & vrbes aliæ capiūtur, & diripiuntur. Prædam ingentē cum captiuis imponunt
nauibus, & regrediūtur in Aphricã. Ibi tum Paulinus Nolanæ vrbs pontifex incla-
ruit. Nã precib⁹ viduę & lachrymis victus, quod eius filius inter captiuos esset abdu-
ctus in Aphricã, quum lamenta non ferret, medullitus miseratus plorãtem, nauiga-
bat episcopus in Aphricã, pollicitus matri filium, si viueret, remittere. Venit in prouin-
ciam, exquirat hominē, loquitur cū Wandalo adulescentis domino, vt vicaria serui-
tute se accipiat, iuueni libertatē reddat. Facillè accepit conditionem homo, quod in
vultu Paulini nescio quid diuinū conspicaretur. Redit in patriã iuuenis, nō reuertē-
te pontifice. Interim orto excolendo iussus instare Paulinus diligenter operatur.
Obseruabat dominus eius serui sui vestigia, & (vt erat Christianus) crebras illius ora-
tiones demiratur. Vocat in partem: secretius alloquitur, quid profiteatur, quid ve in
Italia operis illi fuisset. Ille se inutilem fuisse pontificē profitetur. Miratur Wandalus,
quid se sponte ex episcopo in tantã seruitutē coniecisset. Ille se lacrymis matris & di-
uina fraternaq; charitate testatur impulsū, vt quouis pacto filium matri remitteret.
Audiens Wandalus ad pedes eius procidit, veniã orans. Tantum erat pondus in ver-
bis, ea vultus constantia, vt nihil dubitaret. Mox Paulinum absoluit cū honore, illius
orationibus se cōmendans: nec solū eum, sed merito & precib. illius omnes Nola-
næ vrbs ciues secū remittendos impetrauit. Ita pastor bonus, qui pro vna exibat & se
constringebat, cum multis ouibus ad caulas lætus reuertitur.

CAP. 34. *Paulini ponti-
ficis Nolani
incomparabi-
lis in captiuū
charitas.*
S T E T I T interim Aphrica satis sub Genserico quæta, nisi quia errore imbutus Ar-
riano, multã in episcopos catholicos & populum fidelem exercebat impietatē: mul-
tos ad martyria coegit, plurimos relegauit. Audiens deinde in Italia novos cōcitari
motus, quod nonnulli aduersus Anthemii nomen imperatoris in vrbe sustinentē se
erexerint occupaturi tyrannidem, in spem venit Romanū aliquãdo Imperium in se
transferre: quod magnopere visus est cupere. Auxerat hãc illi sp̄ Stilonis recorda-
tio congenitilis sui, qui tantū in eo Imperio eualuit, vt cum stante staret, caderetq; cū
cadere. Quid enim? Tertia mūdi pars Aphrica tota ab illo possessa, animos facere nō
poterat, iam cōuulsū Romanū Imperium arripere ac subleuare? Itaq; classē quã-
tam potuit maximam in Aphrica perarmauit, & in Italiã secundò nauigauit. Accepit
autem Leo Constantinopolitanus Imperator, qui primus ex Græcorū gēte tenebat
Imperiū, t̄atos ex Aphrica nūtiatos apparatus: veritus, ne si per suam quietē occiden-
tale à Wādalibus occuparetur Imperiū, laborãdum sibi quoq; foret de suo. Itaq; statuit
occidē tali Imperatori Anthemio, adhuc qualescūq; vires præferēti, ferre suppetias.
Classē

*Vtriusq; Im-
perii aduer-
sus Wandalos
apparatus.*

Classē validam expediri & ipse iubet, præfecitq; ex suis virum primariū, bellorum
peritum, occidentali Imperatori affinem, & perinde gratissimū: quippe cuius germa-
nam in matrimonio coniugem teneret. Et ipse Anthemius vires sibi comparat, terrã
mariq; Imperium suum defensus: classē inde stam orientali coniungit, pariterq;
nauigantes hostē operiuntur sub finibus Populoniæ. Ad nauigabat Gensericus, spe-
certus Italiam (vt prius) inuadendi. Vbi tantam videt sibi obuiã fieri classē, vtriusq;
Imperij viribus armatã (id enim signa prodidere) de reditu cogitabat. Sed quoniam
aduersante vento redire non poterat, ad prælium quã leuissimè agendū, vt in A-
phricam sese opportunè reciperet, comparabat, paulatim retrocedens. Facillè supe-
rantur à Romanis Wandali, ad pugnam leuem emissi, quibus id erat mandatū, vt ho-
stem pugna distinerēt. Ipse interea rex rem in alia tempora differens, remeabat in su-
am prouinciam. Et tum in vrbe Roma post inuicem plures ex patritiorum genere ad
Imperium contendebant: & perinde nihil diu magnum in recuperandis prouinciis
est attentatum. Nouissimus omnium purpatorum erat Augustulus Orestis sena-
toris filius: qui quum ad Imperium peruenisset, maximum rerum suarum momen-
tum in Wandalis constituebat, fœdus iniens cum Genserico, vt quoties opus videret-
ur, in illum respiceret. Nec diu aberat magna eius rei & opportunitas & necessitas.

CAP. 35.
O D O A C E R enim ex reliquiis Attilani exercitus (rex, vt ferebant, Herulorum, vt
alii, Rugiorum) collectis vndiq; viribus, cū exercitu trãibat in Italiam: & occurren-
tem sibi Augustuli patrem Orestem fudit, & victū in Placētia extinxit. Filius audita
morte patris, abdicãs Imperium purpuram ponebat: quod exinde vacabat Imperiū
ad Karolum vsq; Magnum, per trecentos & ampliùs annos. Rediit ergo Augustulus
ad vitam priuatã. Operæ precium est agnoscere qui fuerint Heruli, qui Rugij, quorū
iste rex extiterit. Italici scriptores rem istam paucis absoluunt, de reliquiis illū Attilæ
fuisse: sed quæ gens fuerit, vnde exorta, nemo bene explicuit. Iordanes quoq; Rauē-
nas episcopus, origine Gothus, Herulos (quod in Gothia diximus) Scythas esse perhi-
bet. Ego Wandalarum id quoq; genus fuisse contendo, & ex multis rebus docendū
astruo. Blondus enim nostri temporis scriptor Romanus, antiquitatū diligentissim⁹
scrutator, cōmemorat Odoacrem regē, quum primū Italia quierã possessionē te-
neret, dispositis opportuno loco præfidiis, in Germaniã reuertisse, & natalis soli im-
perii vltra Danubiū non contempsisse: quod quū per emigrationem suam Phelteū
Rugiorum regē occupasse cōperisset, illi congressum superasse, retroq; egisse, & eua-
stata Rugilandia redisse in Italiam: vacuã autem Rugilandię possessionē tū occupa-
tã à Longobardis. Ista confusè narrantur ab ignaris regionū. Ceterum docuimus in
Dania, anno Christi cccclxxx. Danos sub Longobardorū nomine egressos Scania,
minuēdã multitudinis gratia, sedibus suis pepulisse Rugianos (Wandalorū id genus
est) qui in mediterranea pulsi concessere. Odoacrem autem in eis certū est mansisse
regionib. quas Constantinus Magnus Wandalis permisit: ad ripã Danubii, quasq;
pro magna parte vacauerant, qui trans Rhēnū in Gallias & Hispanias, & demum in
Aphricã peruenere, multiplicata in immensum gente. Ergo quū Odoacer transfisset
in Italiã, vacuefactas sedes Rugiani, eiuſdē nationis & linguę Wandali, occuparunt,
rege ex suis creato Phelteo. Quum autē Odoacer natias sedes necdū animo posuif-
set, sed constituto in Italia regno rediret in Germaniã vltra Danubium, victoq; Phel-
teo expulisset Rugianos: & terrã, quam illi pridē eieci patria tenebant, eu. st. auit. Nã
verã Rugiam tenebãt iam diu (vt diximus) Longobardi. Odoacer ergo per gentis suę
prouincias tam facillè ex Italia transitū habuit. Nam illa tempestate quicquid mediū
inter Danubium ad aquilonē vergebat in mare Germanicum, totū Wandali tene-
re, præter regionem quam tunc mari proximam Longobardi occupauerūt. Nam ab
Danubio concessit prouinciã Wandalis (vt diximus) Magnus Constantinus. Illi pro-
ximi fuere Bohemi Wandali. Sed & Slesiam & omnē Brandēburgensem marchiam
ex Wandalis captam, certissima sunt documēta: idq; in Saxonia nostra ostendimus.

O D O A C R E M ergo fuisse ex gente Wandalarum, & regio quã infederat, & trãsi-
tus quem in gente tã facillè habuit per longa itinera, demū ipsum indicat regis vo-
cabulū: quod in solis Bohemis & eius nationis hominibus solis est in vū. Vacuefactã
deinde Rugilandiam (eam dico quã secundò apprehenderãt Rugiani) egressi Lon-
C c ij

*Wandali su-
perantur.*

*Augustulus
Rom. imperã-
tor in Wan-
dalis spem col-
locat.*

CAP. 35.

*Romani impe-
rij diturnum
interregnum.*

*Heruli & Ru-
gij Wandals
iunt.*

*Dani Longo-
bardij.*

*Odoacris Wã-
dalis regnum
in Italia &
patria.*

CAP. 36.

Longobardi
Rugianorū se-
des occupant.

gobardi de prima Rugia, post Odoacrē iterum tenuerunt: bis succedentes in prouin-
cia Rugianis. Quę res multos in errorem ducit. Nam anno CCCLXXXII. Scania expul-
serūt sua patria natiuaq; regione Rugianos: deinde post annos ferē xc. quū Odoacer
reuerfus ab Italia Rugianos primō ē Danubii ripis expulit, deinde proximā eorū re-
gionem vastā reliquit, eam, iterū progressi Longobardi, tenuerūt. Hoc est igitur no-
uum gentis huius, quā celebramus, decus, quōd primum post extinctū in Italia Ro-
manum Imperium, Wandali cum suo rege Odoacre, regnum Italię primi exterorū
omnium tenuerunt, ipsiq; Romani Imperij in Italia oppressi (si quid laudis habet) glo-
riam tulerūt. Et quare timidē loquimur, & non quod res habet enunciamus verum?
Si est gloria Cyri oppressisse Chaldęorū, si Alexātri Magni subuertisse Persarum & 10
Medorum, si Romanorum decus est extinxisse monarchiā Gręcorum: cur non lau-
di ducimus Wandalarum Romanis in solētiis finem dedisse? Transiens autē Odoacer
Noricum, benedictionem promeruit Seuerini, viri in alpibus solitarii: quē ex iti-
nere declinans adire voluit, vt ex illo ventura prędisceret. Florebat enim inter cęte-
ras virtutes, spiritu prophetię: vnde dicebat, Vade Odoacer in Italiā, nūc quidē pel-
libus tectus vilib⁹, mox multis multa daturus. Quumq; vir procerę staturę ad super-
liminare casellę caput impegisset, ait Sanctus, Humilis casella sublime caput magnis
multisq; dominaturum nō capit. Quieuit autem sub eo annis xv. Italia: vincitur de-
inde à Theoderico Gothorum rege, ad ordinē quem in Suecia memorauimus in-
ter res Gothicas. Sed ex ea digressione non impertinenti in Aphricam reuertamur. 20

Principes do-
lorum culpa
veram doctri-
nam oppugāt.

CAP. 37.

Genfericus regno suo per annos XLVIII. multa cum laude pręfuit, excepto quōd re-
ligione Arrianus malē habebat Catholicos: quę non tam regis quā doctorum cau-
sa fuit. Moriens autem, filiis antē per multa instructis regnū reliquit florentissimum.
HONORICVS patri successit in regnum Aphricę, nulla in re (quod ad religionem
pertinet) patre melior: quippe qui eiusdem Arrianę perfidię sectator & defensor fu-
it acerrimus, initium regni à crudelitate auspiciatus. Nam quibus pater ob ætatem pe-
percit, episcopos catholicos egit in exilium: deinde synodum euocauit, pontifices
CCC. ex quibus XL. qui subscribere noluerunt Arrianę perfidię, misit in exilium: ec-
clesias Catholicorum per Aphricam iussit claudi, plebem fidelem grauiter insectari,
postquam superatis in cōcilio (vt ille dicebat) catholicis Arriani vicissent. Pax erat in-
reliquo terrarum orbe, Italiam gubernāte Theoderico Gothorū rege. Orientis au-
tem Imperiū Constantinopolitanus tranquillē administrabat. Aphrica quoq; satis
quiescere videbatur, nisi (quod diximus) Honoricus supra modum zelans quā puta-
uit veram, sectam Arrianam, multos catholicos episcopos ecclesiis suis spoliavit. In
plebe linguam pręciderat iis qui Arrianam sectā verbis execrarentur. Lamentabile
hoc in gentibus exteris, quōd fidem Christi ambiētes, doctores nacti sunt Arrianos:
qua impietate semel imbibita, magnas ecclesię & viris Catholicis diu calamitates in-
tulerunt: diabolo in eis sæuiente, qui pridē in tyrannis aduersus Christi fidē digrassan-
tibus, tot millia sanctorū martyrum misit in cælū. Nec minor erat numerus eorū qui
sub Arrianis (hoc est Gothorū Wandalarumq; manibus) ad Christum peruenerūt: 40
patiēte omnium rerū arbitro Deo, vt in sanguine agni multi lauissent stolas suas, &
cum triumpho martyrij transirēt ad immortalitatē: hac in re cęteris sceliciores, quōd
de morte, quam vniuersi naturę debemus, ipsi etiā sacrificium Deo facerent. Hic er-
go rex pro insigni in sanctos impietate à Deo percussus scater vermibus, miserabili-
ter expirans, postquam annos VIII. post patrē regno pręfuit Wandalarū in Aphrica.

Christiani in
Christianos
saniunt, post-
quam defecere
Neronis.

Sub Arrianis
plurimi mar-
tyres.

Honoricus He-
rodū instar à
Deo percussus.

CAP. 38.

Guntamundus
rex catholi-
cus.

Ad Dei iudi-
cia contremi-
scamus.

GUNTAMVNDVS filius eius regnat post eum annis IX. Hic melior sensu quā
parentes, impietate declinavit: Eugenium inter episcopos primariū ab exilio reuo-
cavit, & eius consilio rē bene gessit. Erat autē Eugenius Carthaginensis archiepiscopus.
Mox ecclesię diu clausę referatur, episcopi catholici ab exilio reuertuntur, noua
in Aphrica lux oriri visa est. Sed inuidit fortuna rebus Aphricanis tam bonū diu re-
gē: vix enim annis IX. regnum administrabat, & mox ad meliora translatus est regna.
Videbatur potuisse refflorere Aphrica sub hoc rege, in eum statum quē temporibus
beati Augustini diu habuisset, interruptum ab Genferico Arriano, & deinde ab eius
filio impietatis successore. Sed voluit Deus exagitatam ecclesiam suam ad coronam
martyrij in filiis euocare, vt crescēte martyriū numero, Dei gloria in illis augeteretur:
quod

quod in Apocalypsi spiritus dixit ecclesiis. Verē terribilis Deus in cōsiliis super filios
hominum. Quę olim per Thebaidem & Ægyptum his illis temporibus tot milia fo-
uit monachorum, & omnem penē Aphricam legibus subdiderat Christianis, pri-
mūm exagitari illam sub Arrianis permittit: deinde omnem illam prouinciam cum
Ægypto & Palęstina ad impiissimos Mahumetanos fecit peruenire: in quorum spur-
cissimis ritibus multis seculis multę pridem Christianismo subiectę (proh pudor!
proh dolor) sorduerunt prouincię.

TRASIMVNDVS frater erat Guntamundi, filius Honorici: qui cōiugem haberet CAP. 39.
Eudoxiam Imperatoris Valentiniani relictam: mirum ætati illius quomodo fœmi-
nam congruentem, quam auus Genfericus Italia & vrbe Roma volentem extraxit. 10
Iam erat graui ætate Genfericus quum vrbe Romā vastaret: potuit & filios & nepo-
tes in armis habere, vir septuagenarius. Cur non filium quinquagenariū & nepotem
haberet trigenariū, vt iuuenula non malē annis congrueret nepotis? Hic rex in ean-
dem qua patres eius lapsus perfidiam, rursus omnia post fratrem in deterius transfor-
mat: redit proscriptio Catholicorū, persecutio in omnē plebem fideiū. Clauduntur
ecclesię catholicę pacis, Arriani insolefcunt, regē nacti impietatis suę defensorum.
Præfederat tum Romanę ecclesię vir insignis Symmachus Papa: qui proscriptorum
miseratus calamitatem, recipit, fouet, reficit. Fulgentius illo tēpore floruit inter pro-
scriptos episcopus, vir sermone, fide & vita præcipuus. Tremēda in homines Dei iu-
dicia, qui vocat in regnū eos qui per ignem & aquam nō trepidant ire in refrigerium,
vt qui (quod diximus) Ægyptum per eam ætatē tam multis bonis patribus per eremū
diffusis insigniuit, Aphricam multorum innocentium sanguine rubricauit: & (quod
est omnium dolorosissimum) nunc in illis terris à multis retro seculis Christianū no-
men inuisum haberi dissimulat, impurissimo Mahumet omnia occupante. Hic ergo
rex multo plures annos in regno durauit, quā regno & ecclesiis par erat. Tanto autē
feruore insectatus est Catholicos, vt etiā post se disponere curaret ne inualescerent.
Nam moriturus vocatum ad se filium iuramento constrinxit, ne vnquam Catholicis
fauorem impenderet: sed patrum suorum religionem, quam ille iustam & veram pu-
taret, magnificē (quod in se didicisset) tueretur. Expleuit autē in regno annos XXVI.
& fato functus in ea impietate emigravit, trāsatus corpore & spiritu ad patres suos. 20

Aphrica al-
ternis vicibus
doctrinam
mutat.

Vt iis quorū
culpa Christi
nomen malē
audit.

HILDERICVS filius eius ex vxore Eudoxia, Imperatoris Romani relictā natus, CAP. 40.
patri in regnum surrogatur: & quamuis iuramentum morienti patri præstitisset de
persequendis Catholicis, meliore tamen mente secum contulit, quod lōgo post tem-
pore Romani pontificis decretum efferebat. In malis, inquit, promissis rescinde fidem, in-
turpi voto muta decretū. Catholicos ergo episcopos reuocabat ab exilio, ecclesias du-
dum à patre claudi iussas aperuit, & pacem reddidit catholicis, post annos LXXIII.
ex quo Genfericus proauus eius turbare cœpisset ecclesias. Sed eadem nunc fortu-
nain optimo rege, quę pridem erat: non enim passus est hunc diu regnare insidiator
regni Gelismerus, quem vocant alij Gildimerum. Octo vix totis annis præerat Hil-
dericus, quum à Gelismero truncatus perderetur. Sed iam regno parabat exitum
regnator mundi Deus, talem ad scepra permittens, qui à maioribus quæsita per info-
lentiam pessundaret, qui regnandi finem Wandalis faceret in Aphrica. 40

Hildericus
rex Catholi-
cis fauet.

GELISMERVS, aut (vt alij scribunt) Gildimerus, occisor Hilderici, regno potitur: CAP. 41.
fuitq; in eo aliquandiu, quum Iustinianus, legum parens, Imperium teneret orientis,
& occidentale adhuc premerent Ostrogothi post Theodericum. Is ergo Imperator
circumspiciens Imperium miserē laceratum, eius restaurationi & perditorum recu-
perationi intendit. Et primūm quidem in Persas conuersus, quum per Bellisarium
ducem à se missum rem bene procurasset, constituto ad illos fœdere, eundem Belli-
sarium virum ingenio acrem, & militaris rei peritissimum, & (quod est omnium ma-
ximum) in præliis scelicissimum, mittit ad recuperandam Imperio Aphricam. Copias
ille suas partim ostendit, maiores tamen in occulto habuit: ne hostis apparatus cer-
nens, maiori sibi conatu occurreret. Carthaginem autem caput regni per insidias
petit. Nam plaustro rustico aliena specie milites texit: sicq; inuectos, nemine quic-
quam suspicante, iussit portam introducendis copiis obseruari: ille cum agmine nō
aberat longē. Processere sceliciter insidię, nihil magnum verito rege Wandalarum. 50

Imperium ab
oriente resti-
tuitur, in oc-
cidente col-
lapsum.

Bellisarius Ju-
stiniani lega-
tus Aphricam
recipit.

Adiuit tamen partes Bellisarij vehementer, quod pro sua crudelitate cunctis iniuisus esset rex iste, omnibus sub quouis quam sub illo degere cupientibus. Captum perinde regem misit Imperatori Iustiniano: positusque praesidiis ad terram pro Imperatore gubernandam, praefecit idoneos praesides. Ita restituta est tertia pars orbis terrarum Imperio Romano post annos quinque ac centum, ipso Imperatore teste, *l. 1. in princ. C. de praef. praet. Aphri.* Hanc autem Wandalicæ gentis mentionem à nostris antea nunquam habitam, & ab Italis, quæ fuerit ea Wandalorum gens, & unde venerit, quum ex professo sit ignoratum, libens inserui. Non tamen usque adeo Wandalorum in Africa vires contractæ sunt primo bello à Bellisario, quin eo copias extra provinciam ducete rebellavit. Guntaricus inter primores animo & manu promptior, ausus est post hæc regium nomen assumere, suos ad rebellionem concitavit: sed iam consenuit prisca illa vis gentis, sub molliore interim cælo emollita: quippe quum exercitu regressus idem Bellisarius facile compressit excitatos motus. Quum enim iam teneret expedita agmina, quæ duceret in Gothos in Italiam, auditis Africæ motibus, in eam primum deflexit: & compressis qui rebellionem instituerant, pacatam reliquit provinciam. Iam enim gens imperiis affluevit alienis: & deinde quæta manens in reliquum etiam nomen amisit. Nemo enim Wandalici sanguinis deinde recordatur: quæmaes se Africanos habuere, qui in Africa intra cv. annos sunt exorti.

LIBRI PRIMI FINIS.

20

ALBERTI KRANTZII
WANDALIAE LIB. II.

CAP. I.

Wandalorum aliud examen à patria migrat.



ERVENTVM est ad ea tempora in commemoratione rerum Wandalicarum, quibus ea gens nouis etiam tunc sedibus quæredis intenderat minuendæ multitudinis causa. Ita enim agente rerum natura, & eius gubernatore Deo, gens multiplicata est, ut non terram caperet, non aleret agri populum suum. Igitur quum Romano imperio Mauricius Imperator Constantinopolitanus præesset, gens Wandalorum (quam omnes iam usitato vocabulo Sclauonorum vocant) partim Bohemia & Slesia, partim subiectis ad Danubium terris sparsa, in Dalmatiam, Croatiam & Histriam sese diffuderat. Cuius rei testes in principio operis acciui: ut fabula Bohemorum de sua antiquitate coarguatur, cõtendentium suæ gentis originem esse ex Croatia per Zethum. Longè enim vetustiores in sua provincia sunt Bohemi quam rentur ipsi: nam illorum & Ptolemæus & Tacitus recordatur, alter sub Traiano, alter sub Hadriano, Romanis Imperatoribus scribentes. Mirum verò debet videri unde tanta gentis Wandalicæ irrepsit ignorantia, quæ tam latè fusa per Germaniam magnam, sicut est hodie, sic fuit ab olim: & tamè Italicorum eam nemo attigit, nisi quantum ad eam pertinet expeditionem, quam (ut prædiximus) in tertiam terrarum orbis partem Africam occupandam fecere, & supra centum annos provinciam regno tenuere. Sub imperio verò Mauricij Imperatoris (quod dicere cœpimus) ad annum Domini DLXXXIII. iam primum Sclauinæ gentis, quæ ipsa Wandalica est (quod neque Blondus neque docti alij inter Italicos aduertere) mentio incidit: quod ea Hunos, fortissimum genus hominum, quod in Pannoniis ripam à nobis vltiorem Danubij, à memoria Attilæ truculentissimi regis accolebat, est tutata. Nā Mauricius Imperator misso in expeditionem filio ac focero, Hunos vehementer urgebat, ut iam aliquando regredi in regionem suam meditentur. Tamè ad proximam Sclauorum (ut ait Blondus) hoc est Wandalorum gentem, quæ non alia quam Bohemorum fuit intra Hercyniam habitans, conuersa, auxiliū implorauit & impetrauit. Nā à ripa Danubij vltiore abierant pridem Wandali in Gallias: ex eadè Odoacer mouit in Italiam. Ergo quos inuocauere Huni, non erant nisi Bohemi, & qui proxima eis loca tenuerunt, vno sermone, iisdem moribus, Wandali. Hic vide quale fuerit, Hunorum nationem penè integris Romanis

583.

Wandali Huni aduersus Mauricij vires operis ferunt.

Romanis viribus terribilem, in fidem ac defensionem Sclauorum (hoc est Wandalorum) conuolasse: societatemque eosdem Wandalos iniisse cum Francis, qui nunc Fancones, cumque Bauaris, quos Baiuarios veteres, & alii Auares dixerunt, denique cum Longobardis, qui iam dudum transibant in Italiam: Wandalos verò Bohemos semel excitatos, sumptis armis in Dalmatiam, Croaciam Histriamque commigrasse, ibique fixisse sedes, quas tenent in hodiernum, inde quoque suppetias laboranti nonnunquam ab Saracenis Italiam fortiter tulisse: quod suo loco commemorabitur.

HINC attendat vanitatem suæ fabulæ Bohemi, qui se ortos Dalmatia, siue Croacia, indeque aliquando populariter emigrasse se iactant: ignorantes gentem suam potius in Dalmatiam per hæc tempora Mauricij Imperatoris transisse. Teste introducit Blondus Gregorium summum pontificem (cuius verba supra retulimus) Histriae episcopos super ea irruptione consolantis: liquidoque idem prescribit (quod supra in huius libri prefatione ostendimus) vnam esse gentem Russorum, Polonorum, Bohemorum, Dalmatarum: eius etiam partem inter Saxones ait commigrasse. Testis est vna (quod sæpe diximus) lingua, sub ea varietate, quæ in eadem fermocinatione solet contingere, in multas provincias dispartita. Ergo à mari Germanico ad Mediterraneum usque hoc tempore Wandali habitauerunt: quando à Rugia maritima ad Pomeranos, inde ad Marchitas & Slesitas, quibus proximi sunt Bohemi, inde ad Pannonias, quas sub Costantino Magno acceperat: à quibus ad Dalmatas & Histros in littore maris Mediterranei habitantes, proximus est transitus. Inde facilis est coniectura, Herulos (quos supra ostendimus primos inter externos regno tenuisse Italiam) huius fuisse gentis portionem, tam latè per Germaniam fuisse, tamque multas provincias insidentis. Priusquam tamen ad nostram gentem, hoc est Wandalos, qui nunc inter Saxones sparsi, tenues ostendunt suæ antiquitatis reliquias, redeamus, ea commemoranda sunt, quæ magnorum testimonio authorum, ab gente Wandalorum vel in Gallias vel in Italia sunt peracta. Testatur Robertus nostri temporis Gallorum historicus, ætate Karoli Martelli, magni per Gallias ducis, qui pro rege Franciarum maior domus regnum magnificè administravit circa ccc. lxx. annum à Christo, Wandalos agmine facto in Gallias transisse, quæredis nouis sedibus, more patrum, quibus id feliciter euenisse audierant. Verba scriptoris ad fidem ponenda putavi. Per id tempus Wandali, sedibus suis relictis, quum finitimos populos vexassent, in Franciam crudeli agmine ad Senonas usque irruerunt: sed impetu in eos facto urbis antistes Obbo obsidione liberata ciuitate, hostem in fugam vertit. Tam breui rem pro suo more Robertus absoluit: sed unde venerint Wandalos ostensurus, penè sit ridiculus. Huius, inquit, gentis Wandalorum origo (sicut & Hunorum atque Gothorum) à Scythia esse traditur: qui patria à Gothis pulsi, indeque ad Danubium fugientes, quum illas sedes longo satis tempore habuissent, Gimerich Gothorum rex eos à Danubio proturbat. Coacti igitur Romanorum legibus audire, à Constantino incolendi locum impetrant, Pannoniamque annis lx. obtinuerunt: donec Stilico aduersus Arcadium Honoriumque imperium affectans, Wandalos in societatem belli acciuit. Qua occasione excitati barbari, per Gallias primum diu grassantes, inde à Gothis pulsi, in Hispaniam transgressi, Hispalim ciuitatem obtinere: cuius omnem latè regionem Wandali de suo nomine dixerunt. Sed quum Honorius doleret Gothos Gallias vastare, Hispaniam illis permittit: unde non multo post Wandalos eiectiones, Africam petere coegerunt. Vbi ad Bellisarii tempora incolentes, Iustiniani edicto, per Bellisarium gentem & regnum amiserunt. Sic Robertus. Hoc autem est ostendere exitum Wandalorum qui Africam tenuerunt: non est docere unde venerint qui sub Karolo Martello Franciam vastarunt: quod hic locus deposcebat.

ET tamè in ea ipsa commemoratione permulta friuola & ficta leguntur. Quis verò mirabitur hunc hominem vana de Wandalis scripsisse, quando tam multa commentitia de suæ gentis (hoc est Francorum) origine ille contradidit? Quod etiam alio loco monstrauimus. Troianam, inquit, originem habuere Franci, Sicambriam ad Mæotidas paludes urbem insignem coluere: unde Valentiniani iussu expugnauere Alanos: quo merito per decennium tributo liberi fuere. Sed exacto tempore illo quum censum negarent, ab eodem Imperatore expugnatos, in Germaniam transisse. Hæc est Gallorum omnium cantilena ab Roberto renouata. Troianos origine Francos quis credat, nullis per tot se-

CAP. 2.

Bohemorum vera origo, quam ipsi ignorant.

Quam latè pateant Wandalorum sedes.

Herulij sunt Wandali.

Gagninus de prima Wandalarum in Galliam migratione.

CAP. 3.

Francorum Gallorum origo falsa ab ipsismet scribitur.

cula ducib⁹ cōmemoratis? Quasi nulla gens clara prodierit nisi illa stirpe: de qua quū Romani gloriantur, Franci quoq; (si diis placet) eō se cōtulerunt. Sicambria verò nō ciuitas, sed regio fuit: non ad Mæotidas, sed Rhenum, teste Ptolemæo Straboneq;, & in Commentariis Cæsare. Sed eō confugiunt, vt geminā fuisse contendant Sicambriam. Credamus, si vel vnum testem producant: sed commentitiam rē esse sequentia monstrabunt. Nam quod aiunt illos iussu Valentiniani expugnasse Alanos, vanū est: nam Valentinianus nulla ad Mæotidas habuisse bella memoratur, præsertim quū Alani iā in media agerent Germania cū Suæuis & Wandalis, postea in Gallias & Hispanias (quod Romanæ docent historiæ) cōmigrantes: Saxones verò, qui rebellionē intētarunt illa tēpestate, per Sicambros (hoc est Francos Germanos) crediderim cō-
 10 pressos Imperatoris iussu, Orofio teste. Saxones, inquit, gētem in uis paludibus sitam, Romanis prouinciis irruptionē meditates, per Sicambros compefcuit. Nam quod sequitur, post decenniū Sicambros tributa negantes ab eodem Valentiniano deletos, friuolum est: quū solis vndecim annis in Imperio fuerit, nec initium imperii eius bella habuit ad Mæotidas. Sed totam hāc fabulā subruit, quæ sequitur narratio. Qui superfuere cædi Sicambros, ait in Germaniam transisse, ibiq; Francos (hoc est liberos) appellatos. Possunt docere multis testib⁹, Orofio, Hieronymo, Eutropio, Paulo diacono, Francos diu ante tēpora Valentiniani in Germania habitasse. Flavius Vopiscus, qui vitam Aureliani Imperatoris misit in literas, inter cætera cōmemorat, Idem (inquiēs) Aurelianus, apud Moguntiacū tribunus legionis sextæ Gallicanæ, Fran-
 20 cos irruentes, quū vagarentur per totam Galliā, sic afflixit, vt trecentos ex his captos, septingentis interemptis, sub corona vendiderit. Ecce Franci in Galliis vincuntur ab Aureliano, necdū Cæsare: qui plus centum annis ante primum Valentinianum imperauit. Deinde Eutropius de tēporibus Diocletiani, Frāci, inquit, & Saxones mare infestabant: quibus Carausius dux præficitur comprimendis. Sed quū nec præda integra prouincialibus redderetur, nec Imperatoribus mitteretur, venit in suspicionē præfectus, quod barbarorū aluerit audaciam, vt ille spoliis eorum potiretur. Diocletianus autē multo tempore præcessit in Imperio Valētinianum, sub quo Franci iam mare Britannicum infestauerunt. Hieronymus autem in Hilarione tradit, temporibus
 30 Constāti Cæsaris missum sancto patri liberandū dæmone iuuenem ex Francia. Ea, inquit, prouincia media est inter Saxones & Suæuos. Quid potest dici expressius: Orofius autem, Valentinianus (inquit) Saxones, gentem in oceani littoribus & paludibus inuis sitam, virtute atque agilitate terribilem, Romanis finibus irruptionem iā diu meditantem, in Francorum finibus oppressit. Sic Orofius non in Alanos, sed Saxones: non in Mæotidis paludibus, sed oceani gentem, in Francorum finibus (quos olim dictos inueniet Sicambros, qui diligenter Ptolemæum inspexerit) esse repressam & edomitam. Quam rem huic negotio extraneam, huc tamen introduxi, vt videamus quam fidem faciat in origine Wandalorum commemoranda, qui in suæ gētis antiquitate describenda tantum à vero abfuit.

CAP. 4. ATTAMEN quale sit quod de Wandalorum tradit origine, videamus. A Scythis
 40 producit gentis originem. Sic solent etiā Italici in vastam illam Scythiam recurrere, quoties ignotæ sibi gentis nomen occurrit. Non legerat Tacitū in Germania, qui vetustissimam Wandalorū originem in ea prouincia demonstrauit. Non viderat Berofum Babylonici, sacerdotem, antiquitates gentium ex officii publici ministerio scribentem, qui Tuisconem Noæ post diluuiū, primogenitum filium, docet omnia impleuisse confinia intra Tanaim & Rhenum, filiosq; habuisse Hunum, Wandalū, Mānum, Suæuū, Marsum, Gambriuium. Vndeliquidō apparet, non modò Wandalos, sed & Hunos, nō esse Scythas Asiaticos, sed Europæos homines: quod etiā alibi ostēdimus, sepiusq; dicendum est pro rei nouitate, quod hæctenus nobis Berofus incom-
 50 pertus erat. Sarmaticos campos etiam nunc latissimos, olim Huni Wandaliq; impleuere: quos nūc tenent Tartari. Et Hunorum quidē nomen interiit, deletum in Pannoniis per magnum Karolum: quod in Saxonia monstrauius. Wandalorum autem latissima natio vsque hodie permanfit in multis prouinciis, depulsa Sarmaticis cāpis, sed vberiores inde naçta prouincias. Magnam tamen hodie suæ gentis partē ibi recognoscit Russos atq; Polonos: nam illæ sunt partes Wandalorū in magna Germania.

Wandalorū origo aduersus alios scriptores asseritur.

Repetuntur paucis Wandalorum migrationes.

In Polonia & Russiam.

nia. Quod à Gothis aliquando pulsa sit pars gentis, non inficiamur: quodq; à Constantino Magno sedes meruerint ad ripam Danubii, & inde in Gallias & Hispanias, & demum in Aphricam transferint, fatemur: sed non est hoc ostendere vnde prodierint qui sub Martello Gallias infestarunt. Ego ex his fuisse contendo, qui littoramaris Germanici etiam post hanc ætatem diu tenuerunt: in quibus vetus rerum vocabulum permanebat, vt Wandali etiam tunc dicerentur: quum aliæ gentis huius portiones in suis prouinciis, mutatis nominibus, aut Russi, aut Poloni, aut Bohemi, aut Dalmatæ iam dicerentur.

In Franciam Gallorum & partem in Aphricam.

INTERIM Wandali ex Bohemis & Slesia ac vicinis regionibus profecti, Histriā,
 10 Dalmatiam, Bosnam, Croaciam, Stiriam, Russiam impleuere prouincias: quæ tū nominum distinctio non erat, sed postea emerfit. Vno autē tum nomine Sclauū dicebatur, & omnis prouincia ex illis initio Sclauonia, abolito vero & antiquissimo nomine Wandalorū. Nec tamē quieti his prouinciis confederunt. Carentania pars est Dalmatiæ regionis, quam corrupto (vt fit) nomine, hodie Carinthiam vocāt. In eā Arnefrites, Lupi ducis Longobardorū filius, paterna ditione pulsus, ex Italia se cōtulit, auxilia rogans ad recuperandum Foriumiulii: nec frustra implorauit. Nam manū inde non contemnendā secum traxit in Italiam: qua Arnefrites adulescens Foriumiulianos fines improuisus irrupit, improuidus & ipse, in exploratis hostium apparatibus. Et
 20 quum iam Nemaso admouisset castra, oppido munitissimo, eruperunt ex insidiis parati in prælium Longobardi. Caritanis ad subitum incursum territatis, Arnefrites fugiens occiditur, Carentani dissipantur. Ea re in prouinciam nunciata, publico consilio bellum à gente Wandalorum suscipitur: magna mole, vt vim & cladem suorum Carentinorum vlcerentur, expeditionem in Italiam faciunt. Sed is fuit apparatus regis Grimoaldi, motus magnos præsentientis, vt nihil tum proficerent. Quia verò gentis huius vsquequaque diffusæ prosequi historiam infinitum est, nec à me tantum operæ desumptum: vno præclaro commemorato huius Wandalorum portio-
 30 nis facinore, ad alia quæ suscepi diuertar. Longo post eam memoriam tempore, quū iam Wandali aliquot seculis, in prouinciis quas diximus coaluissent, magno fuere Italiae præsidio. Primus Otto Romanum regebat Imperium, quum Saraceni in Italia ad Garganum montem consedissent, & ex eo loco proximisq; Sipontino sinu magnam Italiae partem vexare soliti. Indignum iudicantes Wandali (quos illi Sclauos dicere tum, & etiam nūc, consueuere) magnis agminibus duxere in Saracenos: & feliciter prosperati omni exturbant prouincia. Fueruntque ii, qui sub Sueropilo rege Dalmatiæ, annitente Hadriano II. Romano pontifice, fidem Christi acceperunt.

CAP. 5. In Dalmatiā, etc. qua Sclauū appellati sunt.

In Carinthiā.

Sclauū Wandali Italiam Saracenis liberarunt.

PRIVSQVAM ex peregrinatione domum repetam, quia omnium testimonio scriptorum Burgundiones ex Wandalis prodierunt: eius gentis exortū procursumque vsque in hodiernum, paucis libuit attingere: vt hac quoque parte, sua laude non fraudetur gens Germanica Wandalorum. Plenam autem historiā polliceri non possumus, quod annales eorū non tenemus, quā habent ipsi in sua regione vberissimam,
 40 & Gallicè & Latinè scriptam. Hæc ergo Burgundionū Wandalorum gens, regnum diu nobile in præclara Galliarū parte fundauit ac tenuit, nomine etiam nunc potissimum permanente. Pliniū probatissimum authorem prima fronte locamus, ad ferendum super hac re testimonium. Genera (inquit) Germanorū quinq; Wandali, quorum pars Burgundiones, Varini, &c. Hoc satis nobis. Augusti quoq; tēporibus (vt refert Cornelius Tacitus) ea pars Wandalorū, quibus Burgundionibus etiā tum fuit nomen, ad octoginta armatorū millia vteriores Rheni ripas infederāt: quos Drusus & Tiberius Cæsares, post subactā interiorē Germaniam, in sedes proprias repulerūt, & extra vrbes munitaq; loca dissiparunt: à quibus vicatim habitandi ritibus (quos patrio gentis vocabulo Burgos appellāt) eos Burgundiones fuisse appellatos tradit Oro-
 50 sius. Sub imperatore autem Valentiniano ad burgos in ripa Rheni redierunt, ibique reuerentia tanti Imperatoris eos cohibuit. Sed sub Honorio iā sumpta audacia, Rhenum transferunt. Erant autem in eorum commilitio tum Alani. Suæuos autem & in Heduis & circum ea loca repertos, in suam aduersus Romanos societate facilliter traxerunt. Fuisse autē traduntur ab aliquibus trecēta, ab aliis quadringenta armatorū millia, quæ vxores filiosq;, non minorē mortaliū numerū, secum duxere. Erant autē

CAP. 6. Burgundiones originem suā in Wandalos referre debēt.

Burgundiones à Druso & Tiberio pulsi.

Franci Germani. Eos autem primus Romanorum ducū domuit in patria, olim Francia, nūc (Gallis verum nomen surripientibus) Franconia, Constantius, Magni Constantini filius. Eademq; tunc accepta clades effecit, vt vsque ad tempora Archadii & Honorii Imperatorū, fuerint in sua patria quietissimi. Sed eorūdem Imperatorum anno VII. mutādi soli, & melioris quærendi gratia, patrii sedibus relictis, Rhenum transierunt: & apud Treuiros, Matricorenses (qui & Metēses) & Leucos (qui & Tullenses) Veredunensesq; confederant: quos, Suæuis ob verustas similitudines instigantibus, Wandali Burgundiones & Alani Rhenum per vim & arma retrāfire, & in Frāconiam se recipere cōpulerunt. Quibus vltra Rhenū retrō pulsīs, Wandali, Alani & Suæui ad diripiendas vastādasq; Gallias sunt profecti. Burgundiones autem, 10 Wandalarum pars, qui tam diu in burgis ad Rhenum confederāt, à gētilibus suis volentibus sunt separati: eorum tamē societate freti Rhenum trāsierunt. Aliis vltra tendentibus, sedes ipsi capere constituerūt, easq; delegerunt apud Heduos, Vesontios, Lingonas, Cabilonenses & Matisconenses. In quibus proximisq; ciuitatibus, ad hęc vsque tēpora mansere, vt ipsis in locis pars regionis (quæ prius Gallia Belgica fuit dicta) annos iam supra mille Burgūdia nominetur. Non suscepi exinde gentis præclaras res stylo celebrare, contentus principum & regū successiones ad nostra tempora deducere, quod apud eam gentem plenissima de rebus gestis tenetur historia.

CAP. 7. ANNVS erat post natum Christum CCCXV. quum Burgundiones Wandali 415 Galliam Belgicam apprehenderunt, sedes in suas habituri. Creauerant autem sibi ex suis regem Gondiacum, qui strenuè rem administrabat, cæsis in prouincia Romanis omnibus, qui sibi aut fuga aut latibulis non consuluerunt. Nullum tū ab Imperatore Honorio aut ab vniuersa Italia præsidium sperabatur, quod Gothi in Italia capta vrbe Roma grassarentur: Galliarum vero pars maxima, præter eam quam Burgundiones Wandali apprehenderant, à cæteris eius nationis hominibus (quibus Suæui & Alani bello socii erant) vastabatur. Honorius autem vt exoneraret Italiā Gothis, permisit illis Gallias iam ab exteris nationibus infestas: vt in se versæ nationes gētium mutuis se vulneribus attererent, & lucro Romani Imperii in se mutuū ferrū acuerent. Prosperatū est autē hoc Imperatoris cōsiliū. Nam Gothi duce Astaulpho Gallias ingressi, Burgundiones quidem intactos præterierunt, quod iam fixis munitionibus sedes sibi firmauerant, nō facillè expugnabiles. In cæteros autem Wandalos cum Suæuis & Alanis sociis conuersi, eos Gallias cedere, & in Hispanias transire perpulerunt: quod suis locis in Gothia, & in hac superius Wandalia ostēdimus. Sed (quod huic loco propriū est) Burgundiones acceptis sedibus sacrā Christi religionē pro magna sunt parte amplexati: vnde etiam ad Francos postea (Germanicam gentem, in eisdē Gallias regnū nobile proximis annis fundantē) peruenit: quod suo loco docebitur. Lupicinus tamen pietatis minister & apostolus gentis memoratur. Gōdiacus autem primus (quem diximus) Burgundionum rex, rebus per omne regnum cōpositis in pace quieuit, quū annis circiter XXI. regno præfuisset. Alii tradunt illū prius ab Aetio Romano patritio victum, ad Romanā fœdera esse protractū, inde ab Hunis oppressum. Certum est tamē, in magna illa pugna Aetii in Attilam, Burgundiones fuisse in parte Aetii victrice, non mediocrem sibi gloriam ex eo prælio, & Romanæ ditioni præcipuam fidem impleuisse.

CAP. 8. GONDEBALDVS & Gondephilus filii fuere Gondiaci, qui paternā ditionem hereditario sibi iure vendicarent. Sed quoniā nō ex æquis partibus diuiserunt, maiores & duplas partes sibi vēdicante Gōdebaldo, fraternam ea res æmulationem & similitatem plusquā ciuilem excitauit. Tertius erat frater Childepertus, vir trāquilli animi: nec sic tamen fratris Gondebaldi gratiam promeritus. Nam regni auidus occupādi, fratres de medio tollere constituit: idq; aggressus primū in Childepertū peregit. Nam eum nihil tale à germano metuētē oppressit, & crudeliter extinxit, vxorē eius ligatō in collum saxo in profluentē abiecit, duos filios gladio peremit. Totidem filias amici subduxere morti: quarū natu maior Sedeolenita Christo se deuouit. Iunior autē Clotildis ad nuptias Francorum regis Clodouei peruenit, mulier animo & corpore egregia: quæ virū suum Christo lucrata, ex infideli perfecit vt fidelis fieret. Gondephilus frater, vidēs Childeperti crudelem exitum ab germano, veritus exemplū similis

similis crudelitatis, ad Francos (nouam tum in Gallias gētem) è Germania profugit: cui iam Clodoueus post patrem Meroueam regnabat. Exceptus est autem per benignē, quod rex ille (vt diximus) neptem eius Clotildim coniugem teneret. Rex verò & vxoris instantia primū Christo credidit, quū magno prælio ab Alemannis vrgeretur, votum emisit, si victoriam, Dei quæ Clotildis coleret, auxilio assequeretur, eius se in reliquum tempus futurū cultorem. Vicit, & credidit, baptizatusq; est ab Remigio Remorum antistite. Quum autem vxor illi patris & matris indignam ab Gondebaldo necem sæpe ante oculos querelis reuocaret, Gondephilus quoq; fratris accusator accederet, simul Burgundionum inhians regno, facillè in sententiam trahitur Clodoueus, vt bellū suscipiat in regem Burgundionum. Non segnis illi Gondebaldus, iam præsciū futuri motus, illi paratus occurrit: sed commisso prælio Francis par esse nō potuit, quod multum in sua gente illum destituerent, fratrem sequuti. Itaque victus profugit: sed tamen in regis Francorum manus peruenit: vnde se multo auro (quo diues abundabat) redemit, pactus annua Francis dare tributa. Quibus inter se firmatis, Francus relicto satis valido ad frānandum impetum præsidio sub manu Gondephili, in regnum reuertitur. Sed vbi abfuerit Franci, Gondebaldus promissi oblitus, regnum pulso præsidio recuperat, tributa recusat. Vicinam vrbe, in qua frater cum præsidio confederat, occupat: fratrem extinguit, vxorem cum liberis incendio absumit: & Francis iam alteri bello implicitis, regnum suum Burgundiæ, per Wandalos (vt supra memorauimus) fundatum, in pristinam reducit, excusso iugo, libertatem.

SIGISMUNDVS & Gundibarus illi superstitēs fuere filii, patris regnum procerum voluntate suscipientes, in fide Christi eruditi, & sacris eius religionis initiati: imprimis Sigismundus Christo deuotus. Illustris enim puer, melior adulescens, quum adultam contigisset etatem, tanta illi incessit deuotio erga ecclesias aut sanctorum limina, vt dies ac noctes vigiliis atque ieiuniis frequens perageret. Patre autem rebus humanis exempto, gens Burgundionum, licet magna ex parte gentilitatis adhuc sorderet errore, in Sigismundū tamen regem Christianum consensere. Rem publicam sollicitè, prudenter, fortiter administrabat: principali semper oculo ad immortale dei regnum respexit, nihil intermittēs, quod ad dei gloriam & ad ecclesiarum honorem pertineret. Sortitus est coniugem filiam Theod. Gothorum regis, in Italia tum florentis: ex qua filiū sustulit Sigericum. Qua rebus humanis exempta aliā superduxit, nouercali odio infestantem eum puerum quem ex prima coniuge rex sustulit: perfecitq; vt pater, aliās vir integerrimus, stimulis actus vxoris, filium suum iuberet occidi. Sed ille ad cor cōuersus, plusquam dici potest indolens, emendandi criminis gratia multum sibi laboris spōte desumpsit, præcipua religione excolens locum Agaunum, vbi sancta Thebæorū militum corpora, pro Christo trucidata, quiescūt. Cumq; illis partem in Christi regno habere desiderās, magnis sumptibus tēplum primò, inde monasteriū erexit in loco: choros dei laudem assidue canentium instituens, ministris omnia prospexit ad victum necessaria. Clotildis autem Franciæ regina, quia paternam ac maternā necem Clodoueus maritus ad plenum nō vindicauit, post eius excessum atque Gondebaldi mortem, ad filios conuersa (quos Clodoueo quatuor peperit) vltionem in Burgundos efflagitauit. Clodomirus maior natu filius, matris querimoniis incitus, bellum suscepit in Burgundos. Sigismundus illi, vt poterat, occurrit. Magnis vtrinque viribus pugnatum est: sed cessit fortuna Franco. Sigismundus elabatur, & in solitudinem se confert, orationibus ac ieiuniis intentus: & ne agnosceretur, monachali tonsura deformatur & habitu. Frācus interim rex Burgundiam accepit. Burgundiones iam sibi conciliatos, regem suum perquisitum iubet adducere. Qui inuenere latitantem sub habitu regulari: tradūt hosti in manus, polliciti prius eum in tuta perducere. Clodomirus optimum regem Sigismundum iubet cum filiis & coniuge in puteum præcipitari: inde post triēnium extrahit, diui Mauricii monasterio redduntur tumulati. Ipse rex miraculis clarescens, ascribi meruit sanctorum catalogo prædentibus signis.

GUNDIBARVS frater regno succedit, ac regi Francorum statim rebellionem ostendit, defēsurus regnum & patriam libertatem. Ducit in eum Clodomirus agmine magno: nec impiger Burgundio venienti occurrit. Tanto ardore cœpta est pugna, vt ante alios elatus Frācorum rex fortiter pugnās, imprimis caderet. Ea tamen fuit Fran-

Franci Germani Frāci nominis in Gallia antea.

Imò hæc Burgūdia Sequanorū est, non Belgarū. Autorem homonymia nostri seculi fallit, qua Belgæ a Gallis Burgundiones vocantur.

Gondiacus Burgundionū rex.

Burgundiones ad Christum conuersi.

Atrorū fratris & nepotū cades.

Rex Francia fit Christianus.

Gondebaldus victus & tributarius, postea rebellat.

CAP. 9.

Sigismundus Burgundiarum rex pius.

Filius & nouerca impulsus necat.

Burgundus a Franco victus cucullam induit.

Crudeliter necatur.

CAP. 10.

Gundibarus rex rebellat Francis.

corum constantia, vt amisso licet rege, fortiter in pugna perstabant, Burgundionesque egerunt in fugam. Sequuti terram vastabant, vicos incendebant: & spoliis opimis ditati in sua redierunt. Ita peracta est vindicta de parentibus Clotildis, non sine impendio proprii sanguinis. Pene excidit institutum, vt contra animi propositum, regum successiones pollicitus, rerum in gente magnarum texere instarem annales. Sat fuerit initia regni tetigisse. Illud tamen adiciendum, quantum in ea gente semper religio & diuini cultus amor floruerit. Nam Trophinius rex ecclesiam in Auenione fundatam cum circumiacente agro, sedi tradidit apostolicæ. Guntramus rex fundauit Gimniacum, à quo prioratus Cluniacensis exiuit. Guntramus alter apud Cabilonem fundauit ecclesiam sancti Marcelli papæ. Iohannes rex in Lugduno fundauit ecclesiam cathedralem. Stephanus rex ecclesiam sancti Stephani, quod illi cognominis esset, instruxit regularem. Diocus rex fundauit Rezelai. Fuerunt deinde duo reges Sigismundi, post primum & secundum, tertius & quartus, qui multas ecclesias erexerunt. Sed & Rodolphus rex cathedralem ecclesiam apud Coloniam supra Rhenum fundauit, deinde apud Moguntiam, Strazeburgum, nunc vocant Argentinam. Deditque maiorem partem ditionis suæ sacro Romano Imperio, quum iam Cōradus I. illi præesset, paulum supra millesimum à Christo annum. Vnde vsque hodie perseverat illa imperialis Burgundia, quem comitatum dixere, in quo Vefontium metropolis. Cuius vrbis memoria à primo C. Cæsare perseverat. Ducalis autem Burgundia quum & illa traderetur Imperio per eundem Rodolphum, postea reuertitur ad regni Franciæ coronam, cui etiam hodie paret.

Mihi vltio, ego rependam.

Burgundiaro gumpitas.

Vide num sit Rezelai.

Burgundia dicitur bipartita diuisa.

CAP. II.

Ditatur ecclesia Rheni.

Rodolphus Italiæ tenuit.

Burgundia fit ducatus.

1191.

Burgundia dicitur cum enumeratione ad Carolū vsque nostre ætatis Pyrrhū

H V N C regem ferunt per germanam sororem, quæ regina esset Franciæ, vel maleficiis implicitum, vel aliis viis, ne gigneret, emasculatum. Id quum compertum haberet, odio Franci regis Imperio se subiecit, & ecclesias Rheni (quod Fræcis repagulum essent, ne in Germaniam irrumperent, Germanisque præsidio semper essent) locupletauit. Inde illæ Transrhenanæ Germanis opes, inde Treuerensis, quæ tota est in Gallicis finibus, opulentia. Habuit deinde domus Burgundiæ, præter Sigismundum I. (de quo diximus) & alios nonnullos, catalogo sanctorum ascriptos. Nam sanctus Claudius, Burgundiæ comes, archiepiscopus erat Vefontinus. Sancta Leonella, filia regis Burgundiæ, ducissa fuit Lingonensis, soror patris sancti Symphoriani. Clotildis regina his annumeraretur, si non cruenta patriæ bella concitasset, primum per maritum Clodoueam, deinde per filium Clodomirum, in quo periit sanctus Sigismundus, & deinde ipse superimpensus erat Clodomirus. Ex hoc autem ordine regum fuit & ille Rodolphus quem Itali contra Berengarium inuocauerunt: qui, quum Italiæ regnum cum filio tenuisset, rediit post aliquanta tempora in suam prouinciam, perfidiam detestatus Italicæ gētis. Hic est ille Rodolphus qui ad primi Henrici Ro. regis tempora pertinet: à quo idem Henricus lanceam dominicam magno munere promeruit. Insigne decus Ro. Imperii: cuius non contemnenda pars nunc Nurenbergæ, præcipua vrbe seruatur. Huic filia erat vnica Iohanna, quam Otto Morauicæ marchio, Palatinus comes, duxit vxorem. Hic filiam reliquit Alheidam, comitissam Burgundiæ, Matiscouicæ, Viēne. Eam accepit vxorem Iohānes de Cabilone, comes Salinensis, & princeps Arragoniæ. Interim rebellantibus Burgundis, de regno Rodulphi actum est, vt ad ducatum reduceretur: & Odo Campanensis, frater Roberti Fræciæ regis, filius Hugonis, primus dux Burgundiæ fuit, anno Christi M C X C I. Hic filiam reliquit Agnetem Franciæ reginam. Successit patri filius Odo, secundus dux Burgundiæ: qui genuit Iohannam & Endonem. Iohanna facta est Franciæ regina: Endo patri successit in ducatu Burgundiæ, qui filiū habuit Philippum: sed is ad successionem non peruenit, vulneratus in prælio Pictauiensi bello. Reliquit autem paruulum filium sibi æquiuocum: qui auo successit tam in Burgundiæ ducatu, quàm Aluerniæ comitatu & Boloniæ. Iohanna regina de stirpe Burgundionum, nupta Philippo Longo, Francorum regi, peperit ei tres filias, quarum prima fuit ducissa Burgundiæ, altera comitissa Marchiæ, tertia comitissa Flandriæ, iuncta Ludouico comiti, qui apud Tressiacum occubuit. Cui filius Ludouicus, quem illa peperit, successit in Flandria: & iure materno fuit comes Artesiæ & Burgundiæ, quum ex aliis fororibus propinquior hæres non extaret. Hic ergo nouissimus Ludouicus, cognomento de Malen (is enim erat locus natiuitatis suæ, non longè Brugis) solam fi-

Iam filiam reliquit hæredem: quam, vt inconuulsa manerent dominia, Philippus iuuenis dux Burgundiæ (de quo diximus) cepit vxorem. Quo intra metas adolescentiæ deficiente, Iohannes rex Francorum, ducatum Burgundiæ ad se reuolutum, dedit Philippo filio suo iuniori: qui relictam sponsam Philippi iunioris ducis duxit intactam, & perinde Burgundiam coniunxit Flandriæ, Artesiæ, Boloniæ comitatibus. Nam illæ ditiones erant sponsalitiæ, dotis nomine venientes ad Philippum, per filiam vnicam comitis Flandriæ Ludouici.

PHILIPPVS, cognomento *Lehardi*, regis Franciæ filius, dux Burgundiæ (qui primus tot ditiones cumulauit) tres filios, & totidem filias, ex vxore, comitis Flandriæ filia, suscepit: Iohannem, Philippi (quem pro virtute cognominauere Bonum) vsque ad ætatem nostram pertingentis, patrem: Antonium, ducem Brabantiæ & Limburgi: Philippum ducem Niuerniæ. Quæ omnia dominia partim in Iohannem, partim in Philippum eius filium confluxere, vt omnium principum titulatissimus fieret Philippus. Qui Karolum filium reliquit, ducem Burgundiæ, ætate nostra inuictissimū: qui etiam veterum laborem, & industriam, & bellicam gloriam ætati nostræ retulit. Operæ precium iudicauit paulisper his rebus, quæ ætatem nostram propius attingunt, immorari, quod & illustrem habet memoriā, & ad nostra tempora non parū momenti. Iohannes Burgundiæ dux, quum rex Franciæ Karolus VI. & corporis aduersa valetudine & mentis alienatione laboraret, administrandi sibi regni potestatem non putauit deserendam, quod auum numeraret paternū regem Franciæ. Obstitit Ludouicus Aureliani dux, vir armis & prudentia conspicuus singulari: quod eodem gradu coronam respiceret. Igitur grauissima inter duces memoratos oritur simultas, quanta solet de regni cōsortio & emulatione fieri: diuersi quisque in suam partem rem administrabant. Et quum ferueret bellum Anglicorū, non vno animo vtrique bellum gerebant. Rex conciliandi gratia duces ad se vocat Parisiū. Venerant: sed Ludouicus dux vesperi, quū ab puerpera regina, quam salutasset, domum repeteret, in ipso itinere mactatur: amputata prius dextera, quam ictui prætenderat. Turbati omnes qui affuere principes, de tanti nece viri. Iubent inquiri de cæsoribus. Inuenitur quod domū Burgundiæ petissent: & quum in cōcilio res præsentate Iohanne Burgundiæ duce ageretur, expalluisse est annotatus, & ab amicis clam admouit, conscientiam criminis visus ostendere. Qua de re, velut valetudinis causa concilio egreditur, velocissimo iumento impositus, nō prius cursum frænauit quam Atrebatum ciuitatem suam attingeret. Iam cunctis innotuit, Burgundum cædis authorem. Igitur crimina disseminari iussit & prædicari Parisius, de maleficio Ludouici, de perfidia in regem, de multiplici adulterio. Res in apertum bellum processit: aliquot leuia prælia committuntur. Burgundus Anglicis adhæret, quod tota illi domus Franciæ videretur aduersari: laceratur inter manus regnum.

CAP. 12. Philippus dux Burgundiæ, Francorum regis filius.

Burgundiæ & Aurelii de administrandis Franciæ rebus contentio.

Aurelio interfecto, Burgundus sceleris cōscius aufugit.

CAP. 13. Delphinus simulata amicitia & colloquiū fide Burgundum circumuenit.

DELPHINVS (sic enim vocant regis primogenitum) simulat abolitionem cædis. Burgundo palam properat conciliari, quod tēpus illud minimè (propter Anglicos) pateretur regni dissidium. Submittit qui suadeant Iohanni duci colloquium de rebus gerendis cum Delphino: nihil apud Delphinū residere indignationis, esse infensum Aurelianiensi parti, Burgundi fauorē captare. Huiuscemodi verbis peruincūt, vt Iohānes se fidei permittat Delphini, suafus potissimū cuiusdam, cui maximè fidebat, verbis. Monstreoli oppido & arci nomen est, in quo indicitur conuentus principum, vt de integro inter Delphinum & Iohannem fiat conciliatio. Procedit dux cum non contemnēda suorum manu: obuium habuit ex Delphini cōsilio hominem amicissimum, qui saluū deduceret. Præmisit tamen Iohānes in oppidum qui rumores exciperent, subauscultarentque quid ageretur. Persenserunt illi nō omnia esse pacata, subesse insidias: itaque duci suo occurrunt, hortantes sibi prospiciat: vereri se exitus non bonos, latere incertū quid insidiarū. Motus dux restitit. Tum is qui obuīa prodibat amicus, Nihil, inquit, te moueat, tuta esse omnia confide: me respice. Cui dux, Ego, inquit, tibi propemodum fidem habeo: sed tu vide quibus cōfidas, ne fortè mecum fallaris. Tum ille, Vana est trepidatio: ego vitam tibi meam pro tuo periculo pacifcor. Credidit dux, & cum procedente procedit, bos ad victimam. In arcem pōte vtrinque sublicio transitur. Vix introierat, & sublatus utroque latere viderat pontem. Conuenerat vt decimus vterque in concilio esset: reliquam multitudinem dux in oppido iussit mansurare: iungitur ex latere du-

ci, qui ei occurrerat. Vbi venire in conspectum Delphini, dux ex more gentis, regio iuueni inclinabat, penè ad genua volutus. Vbi assurgere conatur, qui proximus astiterat, gladio caput assurgentis magno vulnere findit. E suis quidam intercurrebat. Vbi vidit distringi gladium, proditorem domino suo incumbentem pariter trucidabat. Ita fide violata periit qui ante se perire fecit Aurelianum. Ad famam rei vix elabuntur ducales, aliquot cæsis, nonnullis etiam captis.

CAP. 14. PHILIPPVS Iohannis filius acrem paternæ necis vltionem parabat, Anglis fœdere coniunctus: eamq; vastitatem regno induxit, quæ hodie cernitur. Perpulit magno bello vt post aliquot annos ad eius nutum rex illi satisfaceret, alias illi terras in perpetuum, alias ad tempus permittens: ære etiam magno persoluto tot ecclesias ac monasteria rex construeret. Et quidē dominia accepit, quæ etiam Karolo filio reliquit: de aliis sunt continuata bella. Hic Philippus rebus demū constitutis, omnium ducum clarissimus & ditissimus euasit: fraternitatem cōstituit aurei velleris, in quam principes, multos comites & barones acciuit, hodieq; in eius posteritate continuatam. Rex nunc Ro. Philippi pater, in ea primatum tenet. Karolus Philippi filius in omnibus ditionibus successit, nostri æui maximum decus, incomparabilis animi ac roboris inuicti: qui Burgundos suos ita armis instruxit, vitibus exercuit, vt inuicti haberentur à Francis: ausus Ludouico Franciæ regi, Karoli v. r. filio, aciem opponere, quum adhuc ageret sub parente: cruentissimo cum illo confligit prælio ad montem Harri. Pares regni in societatem belli contraxit, regem Parisiis conclusit, quod cuncta non ex arbitrio Parium, sed ad propriæ frōtis in regno impetum constitueret. Inuenit causas quisque suas, quas regi opponeret. Sed tum exitus is erat, vt rex diuisis Paribus, penè singulos postea armis aut insidiis aut consilio perderet: Karolo etiam suum creditur exitum procurasse. Interea Karolus dux Burgundiæ victricia signa circumtulit: Dinantum præclarum oppidum euertit, Leodiū oppugnauit, & expugnauit, multis in eo millibus perditis: ad Nuffiam anno penè integro obsidionem tenuit, multis ac magnis oppugnationib. infestauit. Romanorum Imperator Fridericus totius Imperii viribus occurrit: sed res tractatibus, non armis, dirimitur. Is fuit exitus, vt vnicam filiam suam Karolus dux tum desponderet Maximiliano Imperatoris filio. Ex hoc bello Lotharingicum illi fatale suscepit: multa cepit oppida, terras vastauit. Prælia multa gessit. Sed magna Suitensium liga illi se obiecit: instituta pugna ad Nanseium oppidum illi fuit nouissima, ibi victus in fugam cæditur, Nanseio tumulatur, diu à suis viuere creditus & peregrinari: sed inter mortuos remansit.

CAP. 15. KAROLI vnica filia Maria Friderici Imperatoris filio Maximiliano desponsata nubit: administrationem terrarum dotalium ille subit. Rex Franciæ Ludouicus Burgundiam ad se, verum dominum reuolutam occupat: Maximilianus reluctatur. Picardiam quam tenebat Karolus Burgundus cum Artesia, idē Francus inuadit: Maximilianus defendit. Sed priusquam ille administrationem acciperet, Flandria à vicinis Gallis laborabat. Constituitur à Maria capitaneus bello Adolphus dux Gelriæ, quem Karolus Burgundus, capto eius ducatu, vincitū tenebat. Egreditur armatus in hostes: apud Tornacum prima congressione cadit, dum Flandrensibus prospicere conatur. Inde Maximilianus iam Mariæ iunctus quum administraret, postquam illa genuit primogenitum suum Philippum, quamuis acerrimum bellum gereret, noluerūt illū Flandrenses diutius rebus præesse: quamdiu tamen supereffet Maria, patientiam qualemcunq; præstant. Illa verò vbi Margaretam filiam enixa est, & filium alium Fraciscum (qui mox excessit) & ipsa concessit in fata. Tum verò eriguntur Flandrenses in Maximilianum. Brabantinos quosdam habuere confortes: sed illos præuenit, vt in fide contineret. Intestinum oritur bellum duci Maximiliano: sed ille domuit tumultuantes, vt malo suo edocti paterentur patrem filio præesse. Qui euere aliquandiu: sed quoniam bella in Gallos pro defensione terrarū filii suscepit, infinitos illa sumptus deposcebant. Exhaustos se questi sunt Flandrenses, filium patri abstraxerunt: filiā, reclamante patre, Karolo Francorum regi despondebant: dotem dixere terras de quibus bellagerebantur. Coegit tamen Maximilianus dux armis rebelles, vt filium redderent, & legitimam patri tutelam permitterent: filiam verò iam tenebat Francus. Deinde ex aliis quoq; causis noua bella confurgunt: de quibus pauca contingemus.

IAM auctus dignitate Romanorum rex erat Maximilianus, & per occasionem in Flandria constitutæ monetæ noua bella confurgunt. Aderat vbiq; motibus obuiaturus rex: venit Bruggas armatus, Francis se ex proximo obiecturus. Ibi malo ciuū consilio includitur, obseruatus arctissimè in libera custodia. Erant qui dedendum putarent regi Francorum: sed Bruggenses restitere. Interim Imperator immisit arma Flandriæ: iterum igni ferroque vastatur terra. Bruggenses in suos conciuces crudeli gladio sæuebant, quos malorum causam sunt arbitrati. Perierunt multi innocentes viri. Papa ac Imperator quisque suum gladium in contumaces Flandrenses exercebat. Rex interim Romanorum, pactionibus interpositis ac impunitate iurata, datis etiā fideiussoribus, dimittitur. Sed neque sic res quieuerant, nobilibus vindictam exercentibus in eos qui regem inhonesto mote incluserūt. Ibi Philippus de Rauensteen, ex domo Cluēsum, qui hæctenus fidelissimè regi militabat, quum videret fidem iuratam ab exteris nō impleri (pro qua ipse interuenit) iunxit se Flandrensibus: & in arce Slusis, quæ portum haberet apertissimum, sese communiuit: Bruggenses & reliquam Flandriam immisis frugibus alēs. Sed quum Albertus dux Saxoniz oppidulum Dam occupasset, interclusus erat à mari Bruggensibus aditus. Tum verò fame acri laboratum est Bruggis: necessitas subire adegit conditiones qualescunq;: quas idem Albertus dux Saxoniz cū memorato Philippo pepigerunt. Interim Philippus Maximiliani regis filius, Karoli Burgundi ex filia nepos, quum adulesceret, filiam Fernandi Hispaniarum regis coniugem accepit: Margaretam verò filiam, quam ad ea tempora Karolus Franciæ rex impubere tenebat, quum filiam ducis Britanniz, dudum Maximiliano regi desponsatam, satis rapuisset (nullo obstante publicæ honestatis impedimento) remisit in Flandriā: eam verò idem Fernandus rex filio suo coniugem accepit, facta vicissim puellarū quasi quadam permutatione. Rex Hispaniarum iuuenis non diu supererat: Margareta diu mansit vidua in regno. Philippus iam Brabantiz, Limburgi, Lutzenburgi Burgundiæq; dux, cum conthorali sua prolem excitauit. Interim ad Gallorum regem (mortuo Karolo) Ludouicum, pridem Aureliani ducem, pactiones interueniunt, vt Philippus, dimisso Burgundiæ ducatu, Arthesiam integram recipiat. De titulo adhuc ambigitur, rege inficiante deberi illum duci, & illo non omittente. Hic est in hodiernum status Burgundiæ: cuius decursum paucis annotandum putavi huic operi, quod origo Burgundionum (vt ostēdimus) Wandalia est, quā ex vetusta obliuione absterfam, in lucem qualemcunq; reponere contendimus. Ea verò in re quātum perfecimus, alii iudicabunt. Excitandos etiam putavi posteros, vt tali accepta commonitione, diligentius ipsi peruestigent quæ deesse nobis videbuntur, ne patiantur illustres patres æterna obliuione iacere sepultos.

QVIA verò per ea tempora quæ exequuti suprā sumus, attingimus annos, scilicet post natum Christum cccc. & circiter, plus minūse, tanta fuit per Europam gentium concursatio, facilè rerum scriptores (qui in nobis semper rari erant) cum Romanis & Gallis, cōmmemoratione magnarum rerum, quæ per Italiam, Gallias, Hispanias tum fuere à Gothis, Hunis, Wandalis, Alanis, Sæuis, Gepidis, abstracti, illisque rebus impliciti, neglexerunt interim quæ ad mare Germanicum ab eius regionis Wandalis agerentur. Nec Saxo noster in ea parte diligentior, qui & ipse multa suorum regum & tempora & nomina & res gestas transfiliit. Vnde etiam iacturam passi Wandali, qui per ea secula claruerunt, obliuione sunt sepulti. Sigibertus tamen Gallicus commemorat Winulos (sic enim corrupto vocabulo Wandali, maximè à Gallis, mollitiem linguæ sequentibus dicebantur) regnante iam Francis Dagoberto, circa sexcentimum quadagesimum annum post natum Christum. Hoc ergo tempore, Winuli, qui tenebant ea tempestate eam quæ nunc est Magdeburgensis & Halberstadenensis prouincia, magno agmine ingressi Turingiam, tum Francis parentem, vastauerunt, & omnia ferro & igni pessundedere. Sed quum Dagobertus expeditis copiis ad Rhenum vsque descendisset, hostibus obuiam iturus, Saxones ad eum mittunt, oratū vt tributo, quod patri filioq; hæctenus pependissent, leuantur: id erat quingentorum per annos singulos boum. Si id à rege impetrarent, suis se impensis atque armis facilè Wandalos repulsiuros. Vrebat indomitum populū ignominiz magis quàm tributorum onus. Cōditione admissa pensum est remissum Saxonibus. Illi quotidianos hostes aggrediuntur

CAP. 16. Maximilianū captiuum pater Imperator bello liberare conatur.

Fides regia.

Rex Maximiliani sponsam intercipit, & priorem repudiatur.

Burgundia titulus in conuersione est.

CAP. 17.

Wandalis scriptores deservunt.

Winulorum, qui Wandali erant, bellum.

Saxones Wandalis resistunt.

Wandalos: & à Turingia repullos in sua se recipere compellunt. Non tum contemnenda videbantur Wandalorum arma: quibus tantum erat fiducia, vt potentissimum Franciæ regem auderent laceffere. Sed hac breui commemoratione per transitum facta, libet alterius historici testimonio, latitudinem gentis & magnitudinem nationis ostendere. Quamuis enim in principio de antiquitate & magnitudine veterum testimonia induximus, non sunt contemnendi recentiores: adiuuat enim fidem vacillantem, & adiuuantur ipsi & emendantur, veteribus collati. Helmoldus is est, cuius testimonium aduocamus, sub Friderico I. nouellæ ecclesiæ Lubicensi retexens Wandaliæ (quam ille, vt cæteri, Sclauiam vocat) latitudinem & antiquitatem. Sclauorum, inquit, populi sunt habitantes in littore Baltici maris: sinus autem huius maris ab occidentali oceano, interposita Chersoneso Cimbrica (quæ vtrunque dirimit) orientem versus porrigitur: appellatus ideo Balticus, eo quod in modum baltei, lōgo tractu per Scythicas regiones tendatur vsque in Græciam. Hic patere vt bona venia interfari Helmolde liceat. Balteus ille qualis sit non profus intelligo: nam quod mare nostrum porrigitur in Græciam nō credo: nam descriptiones Geographorum & cosmographorum aliud docent, & commeantium contra te loquuntur testimonia. Nam ex Russia in Sueciam itinere pedestri perueniunt, & ex Liuania in Letuaniam, & rursus Poloniam: nullum mare. Vbi est ergo balteus in Græciam? Balticum autem mare dicitur à Baltia peninsula, quæ tria cōtinet aquilonis regna, Daniam, Sueciam, Norwagiam. Testis est Plinius, qui suos introducit authores. Non ergo à balteo, quem tu fingis, sed à Baltia peninsula appellatur mare Balticum. Prosequitur nūc testis noster. Idemque mare Barbarū, seu pelagus Scythicum appellatur, à gentibus, quas alluit, barbaricis. Addo, appellatur & Germanicum, Suxuicum, & Sarmaticum. Testis est Cornelius Tacitus, diligentissimus Germaniæ lustrator.

CAP. 18. Hoc mare, inquit Helmoldus, multæ circumfident gentes atque nationes. Dani siquidem, & Sueones (quos Normānos vocamus) septentrionale littus & omnes in eo continent insulas: at littus australe Sclauorum incolunt nationes. Quorum ab oriente primi sunt Russi, deinde Poloni, habentes à septentrione Prussos, gētem moribus & lingua discrepantem: ab austro Bohemos, & qui dicuntur Morahi (nunc Moravi) inde Carinthe atq; Sorabi. Quod si adieceris Vngariam in partem Sclauoniæ, vt quidam volunt (quia nec habitu nec lingua discrepat) eousq; latitudo Sclauicę linguę excrescit, vt penè careat æstimatione. Hæc sunt omnia Helmoldi. In quibus lector attēde, quod de Vngaris ait, fidē non meretur: testantur enim omnes lingua discrepare Vngaros à Sclauis. Tenemus tempora profectiois Vngarorum ex Scythia sua: Sclauis autem ab omni memoria suam regionem ad Sarmaticos campos tenuerunt. Nullam igitur de Vngaris admittimus mentionem, quum de Wandalis loquimur. Prosequitur testis, Omnes, inquit, hę nationes, præter Prussos, Christianitatis titulo decorantur: diu enim est ex quo Russia credidit. Russia autem vocatur à Danis Ostrogard, eo quod in oriēte posita, omnibus abundat bonis. Ea etiā Cunigard dicitur, eo quod ibi sedes Hunorum aliquando fuerit: huius metropolis ciuitas est Chue. Quibus autem doctoribus ad fidem venerit, minimè compertum habemus, nisi quod in omnibus obseruantis suis Græcos magis quàm Latinos imitari videntur. Prussi necdū ea ætate lumen fidei acceperūt: homines multis naturalibus bonis præditi, humanissimi erga necessitatem patientes: qui etiā obuiam tendunt iis qui in mari periclitantur, vel qui à piratis infestantur, vt eis subueniāt. Aurū & argentum pro minimo ducūt, pellibus abundāt peregrinis: quarū odor lethiferum nostro orbi superbię venenum propinauit. Et illi quidē vt stercora hęc habent, ad nostram credo damnationem, qui ad marturinam vestem anhelamus quasi ad summam beatitudinē. Itaq; pro laneis indumentis, quos nos appellamus Faldones, illi offerunt tam preciosos marturos. Multa poterant dici de hoc populo laudabilia in moribus, si haberent solam fidem Christi: cuius prædicatores immaniter prosequuntur. Apud illos martyrio coronatus est illustri Bohemiæ episcopus Adelbertus. Vsq; hodie profecto inter illos quū omnia cætera communia sint cum nostris, solus accessus lucorum & fontium (quos autumant pollui Christianorum accessu) prohibetur. Carnes iumentorum illis pro cibo sunt: quorum lacte & cruore vtuntur in potu, ita vt inebriari dicantur. Homines cærulei, facie rubra, & criniti, præterea inaccessi paludibus: nullū inter se do-

Helmoldus historicus reprehenditur.

Balticum mare unde, & quæ nomina hab. at.

Prussi Chuei

Prussorum huiusmani mores sed ferinus vitus.

se dominum patiuntur. Vngaros transeo: quorum aduentum in hasterras, quas Pannonias dixere veteres, compertum habemus. Solita mansio exterarum nationū. Ibi Gothi, Huni, Gepidæ: ibi Heruli, Lōgobardi, & iterum Huni confedere: donec à Magno Karolo oppressi, sedes venientibus Vngaris vacuefecere. Carinthe proximi sunt Bauaris, homines diuino cultui dediti: nec est vlla gens honestior, & in cultu Dei & sacerdotum veneratione deuotior.

PROSEQUITUR deinde testis noster. Bohemia regem habet, & viros bellicosos: plena est ecclesiis & religione diuina. Polonia magna Sclauorum prouincia (cuius tertium in Russiam regnum dicunt protendere terminum) diuiditur in octo episcopatus: nunc ducibus gubernatur. Seruit & ipsa (sicut Bohemia) sub tributo Imperatoriæ maiestati. Est autem Bohemis atque Polonis eadem armorum facies, & bellandi cōsuetudo. Quoties enim ad externa bella vocantur, fortes quidem sunt in congressu, sed in rapinis & mortibus crudelissimi: non monasteriis, nō ecclesiis, minus cœmeteriis parcunt. Sed neque alia ratione peregrinis bellis implicantur, nisi conditionibus admissis, vt substantiæ quas sacrorum locorum tuitio comprehendit, direptionibus publicetur. Vnde etiam contingit vt propter auiditatem prædarum, amicissimis sepe abutantur velut hostibus: ob quod rarissimè ad quaslibet bellorum necessitates asciscuntur. Hæc de Bohemis atq; Polonis & cæteris orientalibus Wandalis, omnia ad verbum sunt Helmoldi, præter illud quod de Vngaria inserui. Quæ ideo repetenda putauit, vt illorum temporum statum agnoscamus, & vnus gentis Wandalarum latissimam nationem illius testimonio comprobemus. Fecimus verò loqui testem ante ortum suum & vera tempora, quod firmare oportebat multis testimoniis fidem de vna latissimę gentis natione: quod etiam hodie difficulter multi in fidem accipiunt. Adiūgit etiam hoc: Vbi ergo Polonia finem facit, peruenitur ad amplissimā Sclauorum prouinciam, eorum qui antiquitus Wandali, nunc autem Wini seu Winuli appellatur. Horū primi sunt Pomerani, quorū sedes protenditur vsq; ad Oderam. Est autem Odera ditissimus amnis Sclauicę regionis: & oritur in profundissimo saltu Morahorum, qui sunt ab oriente Bohemiæ, vbi & Albis sortitur principium. Nec longis inuicem distant spatii: sed diuerso currunt meatu. Albis enim in occasum ruēs, primo impetu Bohemos alluit cum Sorabis: medio cursu Sclauos dirimit à Saxonibus: nouissimè Hamburgensem prouinciam diuidens à Bremenfi, victor oceanum ingreditur Britannicum. Odera autem vergēs in Boream, trāsit per medios Winulorum populos, diuidens Pomeranos à Wilsis. In huius ostio, quæ Balticum alluit pelagus, quōdam fuit nobilissima ciuitas quam Winetam dixere. Nam inde riuo nomen coniectura est remansisse, vt Diuinow appelleretur, nullo extāte flumine cui respōdeat: quo modo Panis & Suxuus suum ad exitum, post magnū lacum nomen recipiūt quod pridem habuere, sed in lacu amisere. Diuinow autem ex lacu riuus nisi ab vrbe nomē sortiatur, non apparet vnde enascitur: præsertim quū dicat Helmoldus, ad exitū Oderæ in mare fuisse illā ciuitatē: vt responderit riuus Oderæ, sed nomē ab illo flumine non teneat. Cæterum verisimile est ab ea quondā florente vrbe tenuisse: cuius hodie ne vlla remansere vestigia. Mirum autē quod Saxo noster, antiquissima repetēs tempora, nullā illius facit mentionē. Hæc interiecta sunt testimonio Helmoldi, qui deinde subsequutus prosequitur. Fuit ciuitas, inquit, olim nobilissima Wineta, præstās celeberrimam stationem barbaris & Græcis in circuitu. De cuius præconio vrbs, quia magna quædam & vix credibilia recitantur, libet aliqua commemorare digna relatu.

F V I T sanè maxima, inquit, omnium quas Europa claudit ciuitatum, quam incolūt aliis permixti gentibus Græci cum barbaris (nam & aduenæ Saxones parē cohabitandi licentiam acceperunt) si tantū Christianitatis titulū ibi commorantes non publicarent. Omnes enim ad excidium eiusedē vrbs paganis ritibus aberrarunt: cæteris moribus & hospitalitate nulla gens honestior aut benignior potuit inueniri. Ciuitas illa mercibus omnium nationū locuples, nihil non habuit iocundi aut rari. Hanc ciuitatem opulentissimam quidam Danorum rex maxima classe stipatus, funditus euertisse memoratur: præsto sunt adhuc antiquę ciuitatis illius monumēta. Ibi cernitur Neptunus triplicis naturæ. Tribus enim fretis alluitur ea insula: quorū aiunt vnum esse viridissimæ speciei, alterum subalbidæ, tertium motu furibūdo perpetuis sequit tempestatibus. Eam urbē dixere Winetā, ab gēte (cuius solo tenebatur) Winitorū: siue gentē ab vrbe traxisse cognomē

Pannonia multas aduenas patuit.

CAP. 19. Polonorum regio & mores.

Pomerani Winuli seu Wandali sunt.

Fluminum Albis & Oderæ cursus.

Wineta vrbs quondam amplissima, hodie nomen solum habet.

CAP. 20.

dicatur. Subuersam autem ciuili discordia: quæ omnium vrbiū pestis est perniciosissima. Sic enim perierunt maxime vrbes quæ à seculo floruerūt: nam Gothi, Wandali, Saxones, quiq; alii eam incoluere, in se versi, dum sibi quisque primatū vendicaret, effecere vt opulentissima vrbs bello pressa vastaretur, & solo equaretur. Nam Gothi qui habitauere, gentis suæ in Suecia regem Haraldū implorauere: ille autem in societate belli euocauit Hemmingum Danorum regem, qui tempora contigit vicina Karolo Frācorum & Germanorum regi, post etiam imperanti. Qui reges iunctis armis impugnatā ciuitatem expugnarunt, militibus diripiendam tradiderunt, & deinde solo æquarunt. Quod autem huius expeditionis nullam faciat Saxo Danicus scriptor mentionem, ab incuria temporum venit, quæ minus sunt in eius historia explicata. Huius excidio ciui-

Wineta vrbs quo tempore euerſa.

Wisbu Wineta succedit florenti & ruēti.

Alii populi origine Wandali.

tatis excitatam crediderim in Gothlandiam eam quæ nunc uisitur Wisbu, olim (vt cerni potest) opulentissimam, & post Winetam euerſam: Emporium vniuersarū in circuitu nationum, Gothorum, Danorum, Wādalorum, Russorum, Saxonum, Semborum, Prufforum, Estonum, & si quæ tunc alix florebant. Nam Græcos (quos commemorat Helmodus) ad hoc maris brachium quomodo pertingere potuerint, prorsus nō video: longè enim ad Mediterraneum Græcia recedit, ad littus Europæ boreale, quod est nobis in aquilone morantibus meridionale. Testantur nobilem antiquitatem vrbis Wisbutestudinatę domus, ianux ferratę, ex cupro fenestrę, & quod ius maritimum etiam hodie inde ferunt expectādum. Sunt & alii Wandalorum populi, qui intra Oderam & Albim degunt, longoq; sinu in austrum protendūt: sicut Heruli, vel Eueldi, qui Habelā fluium & Doxam incolūt: Lembusi & Winuli Stoderani, cum multis aliis. Post Oderam ergo leuem meatum, & varios Pomeranorum populos, ad occidentalem plagam occurrit Winulorum prouincia, eorum qui Tolenzi siue Retharii dicūtur. Ciuitas eorū vulgatissima Rethere, sedes idololatrię. Templum ibi magnum dæmonibus constructum, quorum princeps est Radegast: simulachrū eius auro, lectus eius ostro paratus. Ciuitas ipsa nouem habet portas, vndique lacu profundo inclusas. Pons ligneus transitum præbet, per quem tantum sacrificantibus aut responsa petentibus via conceditur. Deinde venitur ad Circipanos siue Kiffinos, quos à Tolēzis & Retheris separat flumē Panis, & ciuitas Wineta, Kiffini, & Recipani: cis Panim Tolenzi, & Retheri trās Panim habitant. Hos quatuor populos à fortitudine Wilfos siue Luticios appellāt. Ultra illos sunt Lingones & Wernaui, hos sequuntur Obotriti: ciuitas eorum Mikilinborg. Inde versus nos Polabi: ciuitas eorum Racisborg, nunc Razeburgum. Inde transitur fluuius Trauenæ, in nostram Wagriensem prouinciam: quæ (vt supra diximus) iam appellatur Holfatia. Ciuitas huius prouincię quondam fuit Aldenburgum maritima.

CAP. 21. *Insule quas Sclauu incolūt*

Wandalorum limites, hodie à Saxonibus occupati.

SUNT & insulæ Baltici maris, quæ incoluntur à Sclauis: quarum vna Fimbre vocatur: ego Cimbriam autumo ab antiquo dici. Hæc est opposita Wagriis, ita vt videri possit ab Aldenburgo. Altera insula longè maior contra Wilfos posita, quam incolūt Rani (qui & Rugiani) gens fortissima Sclauorum, qui soli habēt regem: extra quorum sententiam nihilagi de publicis rebus fas est. Adeo metuuntur propter familiaritatem deorum (vel potius dæmonum) quos maiori præ cæteris cultura venerātur. Hi sunt omnes Winulorū populi diffusi, per regiones, & prouincias, & insulas maris. Omne hoc hominum genus idololatrię deditum, vagum semper & mobile, piraticas exercēs prædas, ex vna parte Danis, ex altera Saxonibus infestum. Sæpius ergo multisq; modis magnorum Imperatorum & sacerdotum solertia tentatum est, si gentes illæ rebelles & incredulæ, possēt aliquatenus ad agnitionem diuini nominis & credulitatis gratiam adduci. Hæc sunt ad verbum Helmodi super hac gente testimonia. Vellem limites ad austrum quoque dixisset, quos signauit ab oriente in occiduum & aquilonem. Certa sunt tamen & euentia documenta, quod ex Polonia in Slesiam, & inde in Marchiam, nouam & veterem, per Magdeburgensem & Halberstadensem dioceses, vsque ad Hercynios montes, & inde ad Visurgum fluuium, in occiduum, omnē eam prouinciam fuisse Wandalorum. Sed Saxones descendentes montibus à meridie, & transeuntes Visurgum ab occidente, paulatim pulsus Wandalis suam fecere prouinciā: donec per incrementa temporum idem facerent in Marchia memorata, & in omni prouincia maritima, quæ hodie & linguam & mores præfert Saxonum tota.

CAP. 22.

DE ciuitatibus autem præcipuis, quas in gente fuisse memorat Helmodus, Aldenburgum

burgum nouimus in Wagria, nunc Holfatia: Racisburgum quoq; iam (vt aliam quoq; memoratam) cernimus ad rusticam vilitatem posita ciuilitate degenerasse. Mikilinborg transit in vicinam Wismariam. Sed Rethre ac Wineta quæ fuerint ambigimus. De Rethre metropoli mediterranea, suspicarer olim ibi fuisse vbi nunc Brandenburgū, septā paludibus & riuus: nisi iam per tempora Helmodi dudum illa mutasset & religionem & linguam. Primus enim Henricus Romanorum rex eam fecit Saxonum coloniam, constituto ibi marchione: quod dicemus. Hic autem testis noster loquitur de vrbe, quæ illius tempore maneret in paganismo. Ergo Rethram in ea terra quæ nūc Stargardia dicitur, ad lacum magnum & locum Rabele fuisse crediderim (quod nomen Starigard Wandalicum, appellatiua denominatione insinuat) magnam & antiquam ciuitatē, cui proprium fuerit nomen Rethre. De Wineta quærimus, illustri quondam vrbe: quā (vt testis noster commemorat) olim florentissimam, & omnibus Europæis vrbus incomparabilem, nisi ad exitum riuu Diuinow in mare fuisse dicamus, Archō aut Iulinū extitisse dicemus: quas ambas Danorum reges exinanierunt. De nomine autem hoc compertum habemus, quod præclaras Wandalię vrbes alia Dani, alia Wandali nūcupatione habuere. Quā enim Wandali dixerunt Starigard, Saxones Aldenburg, Dani vocauerunt Brānesiam. Ita fieri potuit, vt quam Danicus scriptor appellauit vel Archon in Rugia, vel Iulinum in cōtinente, Wandali dixerint sua lingua Winetam. In rebus enim obscuris cōiecturæ fit locus. De Archō prompta est cogitatio, quod ea fuerit in insula Rugia, quæ diuerso latere variis alluitur fretis: quod ille commemorabat in vrbe mirabile. Hæc fuerit non iniucunda cum teste confabulatio, quod eruēdis antiquitatibus (vbi deficiunt annales) ad coniecturas recurrere venia est & licentia.

Nomina ciuitatum Wandalię.

Eadem oppida variè à variis populis appellantur.

Locus cōiectura.

CAP. 23.

HANC gentem, præsertim maritimam, assidua cum Danis bella geffisse tradit Saxo, Danicę gentis historicus. Ad quam etiam fertur penetrasse Magnus ille Imperator Karolus, domitis per multa tempora Saxonibus: postquam Tassilonem Bauarię ducē, post Longobardorum in Italia subactionem, bella pro Desiderio (cuius Tassilo teneret filiam) renouantem compressisset: & post primam deditioem in perfidia deprehensum, reum læsæ maiestatis iudicasset, & ad vitam monasticā cum filio tonsurari iussisset. Priusquam Huos Bauaris suppetias ferentes attingeret, Wilfos gentem Wandalorum qualicunq; occasione oppugnare aggreditur: vno sed grandi prælio ita eam gentem perdomuit, vt in reliquum tempus imperata se facturos pollicerētur. Wilfos autem ad Hanelam fluuium habitare, nomine ipso prodit oppidum Wislenacum. Erat tum post natum Christum, datamq; mundo salutem, annus DCCCLXXXIX. quū (vt diximus) Karolus mortuus in Wilfos, pontes duos strauit super Albim fluuium, & vtrinq; firmavit præfidiis, ne ab hostib. ad intercludēdum reditum occuparentur. Ingressus autem prouinciam, latè omnem terram populatur: nullo fidente ex aduerso aciem regi potentissimo opponere, sperantibus terrę habitatoribus, quum ipsi in inuis paludibus tuti consisterent, breui futurum vt abiret. Ille autem nō segniter oppugnationibus insistens, coegit hostes ad deditioem. An autem religionis ab illo in pactis mētio sit habita, annales non præferunt: nisi quod promptum est perpendere, non tam breui populum ad religionem cogi potuisse: recolentibus quantū temporis atq; laboris sit impensum in subigendis ad salutis sacramenta Saxonibus. Quo tempore Obotriti querimoniam regi super congenitilibus detulerunt, quod iam illi ducibus Karoli in Saxonia belligerantibus conciliati, regno Franciæ confederati haberentur. Ad quod prælium pro Obotritis euocati à ducibus eiusdem regis Saxones, aderāt quidem corpore, sed non satis fidam operam præstitere, quod iniquis adhuc animis iugum Gallicum paterētur. Nam antè nō quieuerunt, quam abacto iugo temporalis imperii, episcopis permitterentur, & diuina solum religione cōstringi viderentur: quamuis & illis temporalis etiam gladii potestas non deesset. Sed suffecit Saxonibus ad speciem exhibita libertas, quod regem & exactorem tributorum nō paterentur. Longus quidem labor in edomandis ad iuga Christi Saxonibus: sed longè maior ad subigendas Danorum, Normannorum atque Suedorum nationes: quod in Metropoli nostra satis ostendimus.

Wilfi à Carolo Magno deuicti.

789.

Obotriti.

Wandalorum limites, hodie à Saxonibus occupati.

CAP. 24.

INDE verò Magno Karolo iam per mortem subtracto, quum filius eius Ludouicus Imperio & regno succedens, Francfordiæ conuentum haberet Imperii, venire in eum locum principes Wilforū duo fratres, ætate iuuenes, fiducia fœderum, ad Imperatorē,

eumq; arbitrum inter se de paterna successione & regno elegerunt: quum amborum pater moriens, ætatis iura sequutus, præfisset maiorem: sed is per ignauiam regno impar, à populo improbatur, præferente ad omnia minore. In tanta autem disceptatione Ludouicus Imperator arbiter factus, quum studia populi cognosceret, minori regnum adiudicauit, seniore aliis in locum conditionibus quietato: datisque muneribus, eos ad propria pacatos remisit. Sed de religione nihil tum actum est. Nam inter omnes borealium nationum populos sola Wandalarum prouincia remansit ceteris durior, & ad credendum tardior. Sunt autem multi (vt ostendimus) Wandalarum populi: quorum qui dicuntur Winuli, magna ex parte respiciunt parrochiam Hamburgensem. Nam præter honorem metropolitane sedis, (qua omnes nationes siue regna complectitur aquilonis) habuit Hamburgensis ecclesia præscriptos terminos suæ parrochiæ, vltimam videlicet partem Saxonie, quæ est trans Albim, continens tres populos, Thietmarfos, Holfatos, Sturmarios: inde extenduntur termini ad Winitos, eos qui dicuntur Wagri, Obotriti, Kiffini, Circipani, vsque ad flumen Panim & urbem Demy. Ibi erat limes Hamburgensis parrochiæ. Nō caret ergo admiratione, quod dignissimi præfules & euangelici prædicatores, Ansgarius, Rembertus, & sextus in ordine Vnni (quorum ad conuersionem gentium ingens efferebuit studium) Wandalarum curam tantopere dissimulauerint, vt nec per se nec per ministros aliquem in eis fructum fecisse legatur. Effecit hoc (vt existimo) populi illius inuincibilis duritia, non prædicatorum torpor: quibus animus & erga gentium salutem ita ardens fuit affectus, vt nec opibus nec vitæ pepercerint, si qua vnquam spes salutis affulisset.

CAP. 25.

Monachi è Corbia Picardorum ad Rugianos veniunt.

TRADIT antiqua veterum relatio, quod temporibus Ludouici II. (is erat rex Germanie, filius Imperatoris Ludouici) egressi de Corbeia monachi sanctitate insignes, gentium sitientes salutem, impederunt seipfos ad subeunda pericula pro diuulgatione verbi diuini: peragratisq; multorum Wandalarum prouinciis peruenerint ad Rugianos maritimos, vbi fomes errorum & sedes fuit idololatriæ. Prædicantes igitur verbum vitæ cum omni fiducia, omnem illam insulam lucrati Christo feruntur: vbi etiam oratorium fundauerunt in honorem Domini Saluatoris & in memoriam Sancti Viti, Corbeiensis patroni. Postquam autem permittente Deo, mutatis rebus, Rugiani à fide defecerunt, statim pulsus sacerdotibus atq; Christicolis, religionem verterunt in superstitionem. Nam beatum Vitum, quem nos sanctum martyrem & Christi seruum electum cõfitemur, ipsi pro Deo cœperant venerari, creaturam anteponentes creatori. Suante vit appellarunt. Nec erat postea aliqua barbaries sub cœlo, quæ Christicolas ac sacerdotes magis

Martyri Christi templum & simulacrum superstitiosè dedicatur.

exhorreret. Solo nomine sancti Viti gloriabantur: cui etiam templum & simulacrum amplissimo cultu dedicauerunt, illi primatum deitatis specialiter attribuentes. De omnibus quoque prouinciis Wandalarum inde responsa petebantur, & sacrificiorum annua libamina persoluebantur. Sed neque mercatoribus qui fortè illas sedes appulerunt, fuit vlla facultas sua distrahendi, aut alia comparandi, nisi prius sacrificium Deo suo de mercibus persoluant. Flaminem suum non minus quam regem venerabantur. Ab eo ergo tempore quo fidei Christiane primùm renūciauerunt, hæc superstitio apud Rugianos perseuerabat. Sanè populis Wandalarum, & ceteris gentibus fide imbuendis, magnum præstitit impedimentum ea bellorum tempestas, quæ Normannis tumultuantibus in omni littore maris desæuiit, ad Gallias vsque portendens. Porro Normannorum exercitus collectitius erat de fortissimis Danorum, Sueonum Norwagiorumq;: qui vno prædandi affectu, primò omnium Wandalos (qui proximi videbantur) misere sub iugum: deinde cetera finitima regna mari terraq; vexabant: quibus de rebus & in Norwagia plenè & in Saxonia ex parte explicuimus. Quibus profectò non parum addiderat virium ea Romani Imperii diminutio, quæ post tempora senioris Ludouici, prius quidem inter finis bellis est exorta, postea in quatuor diuisa portiones. Omnis primi Karoli latissima ditio, quatuor regulis subdita regebatur. Constat ergo illo tempore Normannos, per Liguriam Turonos succendisse, per Sequanam Parisios obsidisse, Karolum Gallie regem, adactum armis, vexationem regni auro penso redemisse: vastata deinde ab illis Lotharingia, & Phrisia subacta. Ludouicus autem rex Germanie Normannos fœderibus sine prælio, hoc modo retinuit, vt quum Fraciam totam vastauerint, regno eius minimè nocuerunt. Post cuius mortem omnia turbati cœperunt. Nam Bohemi, Sorabi, Sufi, & veteres

teres Wandali (quos ipse tributarios tum habebat) seruitutis iugum excusserunt.

POST temporum interualla, regnante Conrado, orta est Vngarorum grauis irruptio: qui non solum Saxoniam aliasq; cis Rhenum prouincias, verum etiam trans Rhenum Lotharingiam & Franciam demoliebantur. Dani quoq; Wandalos auxilio habentes, primò Transalbianos Saxones, deinde flumine transmissis, magno Saxoniam terrore quatiebant. Sed tamen de Vngaris aliquanto nobis repetendum est altius. Zuátocopus ea tempestate Morauorum rex, ditione tenebat Bohemiam, Slesiam Poloniamq;: & animis sublatis de magnitudine ditionis, Imperatori Romano Arnulpho fortissimo principi tributa soluere (quæ aliquãdiu soluisset Ludouico Germanie regi) pernegabat. Magno bello petitur: magnis ille nihilominus viribus reluctatur. Varia fortuna sæpe fuit in acie collatæ manus: nulla parte constitit victoria, æquis viribus diceffu erat. Sederat tum Vngari, gens noua, ad repagula quæ illis Morauorum rex obiectasset: nec erat vlla transcendendi facultas. Imperator, qui in animum induxerat non nisi victor redire ab Morauis, vndecunque circumsperxit auxilia. Audiuit gentem magnam consedis ex latere Morauorum, quæ transitus tempora opportuna demoraretur. Misit in eam gentem virum fidum, qui de pactis cum illa loqueretur, gerendi belli in regem Morauorum: quibus ex sententia Cæsaris constitutis, ipse cum agmine suo profectus transitum Vngaris aperuit: immisitq; hostilem Christianis populis gentem, qui infinitis postea malis prouinciis affligerunt. Sed tum opera illorum vsus Imperator præfente in Morauorum regem, bello confligit magno prælio tãtis auctus copiis, supprimitq; regem: & multis pessundatis atque captis, in fugam vertit hostem. Ille elapsus, in profundum solus se recepit saltu: & proiectis armis regioq; apparatu, ad solitarium quendam se contulit virum, Christo deuotum: cuius vsus contubernio sanctitatis, in finem vsq; vitæ eremiticam vitam impleuit. Moriturus iam de propinquo, primùm quis esset aperuit: & in Christi pace quiescens, meliora regna promeruit. Tum Bohemia, Polonia, & Slesia, suum quæque prouincia ducem constituit, liberè viuens: tributa tamè superioritatis agnitione vel modica pendebant Romano Imperio. Tempore ex illo Vngarorum gens Christianas prouincias malè habebat. Erat autem circiter nongentesimus à Christo nato annus.

QUVM autem ad Romanum Imperium Henricus dux Saxonie allectus esset, Romanorum rex, Vngarorum insolentissimus ausus magna parte repressus est. Nam gentem (quod in Saxonia diximus) maximo præliovicit, docuitq; intra suam consistere prouinciam. Bohemos quoque, & Wandalos, Sorabos, ab aliis regibus edomitos, & ceteros Wandalarum populos vno grandi prælio ita perfregit, vt ceteri, qui per pauci remanserant, & regi tributum & Deo Christianitatem vltro promitteret. Quo tempore urbem Wandalarum primariam Brandenburgum idem Henricus per brumam oppugnauit, castra figens in glacie: & labore magno expugnauit, arcemq; Misnæ firmavit aduersus insultus gentis: & præfecit illis viros industrios, qui ad imperata segnes compellerent, & in fide continerent. Quod initium fuit marchionum, nunc principum electorum. Per eadem tempora idem Henricus urbem quæ Delmborg vocatur, fundauit, in ea monasterium puellarum instituens: quod etiam grandi terrarum dominio locupletauit, donans terram quæ hodie dicitur Aduocatorum. Erant tum ministeriales monialium (qui nunc sunt Barones) quatuor: quorum hæc sunt nomina, de Gera, de Wida, de Plawis, de Rutze. Deinde cum exercitu Daniam ingressus Henricus, Gormonem regem primo statim impetu ita perterritus, vt imperata se facturum misso nuncio demandaret, & pacè supplex deposceret. Sic Henricus victor, apud Sleswicum regni sui terminos ponens, marchionem constituit, & Saxonum coloniam habitare præcepit: quod antea similiter fecisset in solo Wandalico, in vrbe præcipua Brandenburgo. Sed fœlicius cessit in Wandalia quam in Dania: nam apud Sleswicum cum eius vita finiuit & marchionatus. Quum enim ille finem viuendi fecisset, Dani iugum quod acceperant, proiecerunt: occiso Marchione coloniam Saxonum eiecerunt. Wandali quoque vicini Danis, in antiquam libertatem receperunt, proiecto tributo cum Christianismo.

A memoria autem Ludouici regis Germanie Bohemia magna ex parte erat Christiana. Nam illi rex memoratus arma intulit, perpulitque vt quatuordecim eius prouinciarum duces se præfente sacrum subirent lauacrum, & deinde tributa penderent. Quamquam in Bohemica Pius historia astruere videatur, Borfinoum regem primum in

CAP. 26.

Cæsar ut rebellem domaret, Vngaris Christi hostibus iter ad eruptionem aperuit.

Morauus prælio superatus in eremum secedit.

900.

CAP. 27.

Wandali ab Henrico superati Christiani sunt.

Monialibus dominatio amplius tribuitur.

Danorum ab Henrico subactorum non diuturna fides.

CAP. 28.

Boemi vici baptismum suscipere compelluntur.

gēte subisse lauacrum regenerationis, imperante iam Arnulpho, qui nepos erat Ludouici memorati, ex filio Karlomāno. Equidem fieri potuit vt antè quatuordecim copiarum ductores, barones aut comites, sub Ludouico baptizarentur: primus autem inter vniuersę prouincię generales duces fuerit iste Borsinous. Tempore ex illo Christi fides in Bohemia permansit. Borsinous ergo decimus erat dux, ex primo illo Zetho, à quo illorum annales sumunt principium: quanquam (vt antè monstrauius) longè vetustior sit Bohemorum in suis montibus incolatus. Iste autem Borsinous moriens filium reliquit Vratisslaum. Nam alius etiam filius Spitigneus natu maior, quum exili tempore regnasset, moriens fratri reliquit Bohemię principatum. Vratisslaus dux Bohemię rebus præerat, quo tempore III. Ludouicus Imperium iam teneret Romanū. Reliquit autē moriens filios duos, Wentzlaum & Bolisslaum, dissimili virtute adulescentes. Nam Wentzlaus incredibili deuotione fidem Christi ambebat: frater vix nomine ipso passus dici Christianus, seculi vanitates anteposuit religioni: iustitiam nō æquo & bono, sed armis metiebatur & viribus. Wentzlaus quotidie profecit in viis iustitię, vsque adeo vt cunctis amabilis pro modestia & religione videretur: tantumq; emeruit apud deum, vt signis aliquot viuens claresceret. Nata est inde fraterna ex virtute æmulatio: nā Bolisslaus, stimulante matre, dum elemosynarum largitorem prodigere paternas opes accusaret, insurgens fratrem oppressit. Ille ad meliora translatus, promeruit amplioribus etiam signis clarescere, vt breui sanctorum in catalogum transcriberetur. Bolisslaus sacrilegus quum post fratrem cæsum aliquandiu rebus præfuisset, moriens reliquit filios Bolisslaū & Stratiquatem. Bolisslaus filius, patruo quam patri similior, virtutem amplexatus, per vestigia patrum, Deo deuotus, hominib; iustus (vt erat) apparebat. Stratiquates ascribitur in clerum: & dum ad episcopatum eligitur, contempsit, quod non is quem deposceret, locus videretur. Inde verò quum pertinaciter locum alium ambiret, & pro generis dignitate repelli non posset, à Moguntino archiepiscopo tēatur consecrari. Sed venit illi pro benedictione maledictio: nam sub manibus consecratoris arreptus à dæmonio, diuq; tortus in ea vexatione, infœlicem animam exhalauit. Bolisslaus filium sui nominis reliquit tertium Bolisslaū. Rebus Bohemicis tum suberat insignis ciuitas Cracouia: vt solent limites regnorum, variante fortuna, vel protendi vel breuiari. Quum autem tertius Bolisslaus præfesset, Mescio dux Poloniae, cōtempta Bohemi adulescentia, Cracouia interceptit, suoq; iuri denuo cōsociauit. Venitur ob eam rem ad graue bellū, multa inuicem irrogantur ferro & flammis incommoda, multę pridem & hominum cędes: demū ex procerum alternæ ditionis instantia, fit colloquiū inter duces de legibus pacis. Dum illis Bohemus ex animo intendit, minus cauit insidias: ibi enim à Polono Mescione nihil tale timens opprimitur. Filios hic reliquit Iamirem & Vdalricū. Iamires natu maior patri succedit in ditione. Vdalricus externam amplexus militiam, Hēricum sequitur Romanorum regem, eum qui primus ex domo Saxonie conscendit hoc culmen. Quum audiret patriā à Polonis laborare, impetrata ab rege venia Bohemiam repetiuit: & magno labore repressis hostibus, fratrem regno non idoneum excecauit, ne quando ad resumendum conaretur: ipseq; præfuit cum plurima laude rebus Bohemicis.

Boemia ducis series.

Vratisslaus.

Frater fratre Cainica iniuria occidit.

Episcopus fieri recusans male perit.

Mescio Polonus patriam Boemico iugo liberat, & Boemum dolo interficit.

Frater fratre excecato dominatum occupat.

CAP. 29.

AD Poloniae deinde res introducendas cōuertamur, quæ vt Bohemiar, ita illar quoque nobis cum suscepto Christianismo inclaruerūt. Ex illo enim tempore cum principibus nostris versabantur, & cœperunt in clarescere: vt nomen haberēt, qui prius essent incogniti. Mescio dux præerat Polonis ea tempestate, quum Henticus Romanū teneret regnum. Sed ille armis intentus, minus ad religionem inclinabat: filium habebat Bolisslaum. nam hoc nomen tum erat in omni ea gente venerabile, vt & Bohemi & Poloni principes illo frequentius vterentur. Iuuenē hunc optimę indolis aggreditur Adelbertus Pragensis episcopus, vir in diuina religione feruentissimus: & agrum bonum nactus, in quo conderet diuini semen verbi, Bolisslaum in fide Christi erudiuit: adeoq; profecit, vt breui faceret consummatum Christianū. Interim patre mortuo, rebus gerendis præerat per Poloniam Bolisslaus. Adelbertus episcopus profectus in Gentes, Christum vbi que euangelizabat. Peruenit ad Prussos: illis quoque cœpit nomen Christi cum religione & promissione immortalis regni proponere. Sed quid vis apud barbaros? Modestia & mansuetudo viri aliquandiu eos à crudelitate frænabat: vbi verò incruduere, virum aggressi sacratissimum, trucidabant, martyrio coronantes. Bolisslaus vbi audiuit mactatū à sæuif-

Bolisslaum Polonum Adelbertus Christo lucrifacit.

à sæuissimis patrem optimum (cui hoc illè debebat quod esset Christianus) indoluit: missisq; muneribus, sacrum martyris corpus à perfidissimis mercabatur, transtulitq; in suā Ciuitatem: quo accepto, Cræsi opes & regna maxima sibi venisse reputabat. Venerat ex Italia nonnulli Christo dediti sacerdotes, qui in gentibus Wandalorum pro Christo cōtenderant euangelizare: sed linguam gētis vernaculam summo prius studio perdiscere constituerāt, ne interprete opus esset. Hoc in conatu diu laborantes, confederāt in cellis non satis à vi & iniuria tutis & communitis. Procurari iussit dux optimus viris bonis vitę necessaria. Aduerterāt nōnulli latrones, exteris illis viris cum duce esse crebra colloquia, nesciētes quid ageretur, dum illi de ratione seminādi euāgelii cum duce loquerentur. Arbitrati magnos esse apud peregrinos, qui longè abiissent à patria, thesauros reconditos, noctu aggressi cellas effringunt, viros opprimūt: & vix parū aliquid viatici (quod à duce illi meruerāt) auferentes, cum rubore discedunt. Dux autem religiosè tumulatos, qui in conatu sacri ministerii sunt oppressi, inter martyres (vt erant) pro Christo cæfos meritò illos deputauit. Interim signa multiplicantur ad tumulum Adelberti Episcopi, & martyris fama volat in orbem.

OTTO interim I. Henrici primi filius, pro rerum gestarum magnitudine cognominatus Magnus, erat in Imperio. Cōuersus ad Wandalos, tanta virtute illos contrinxit, vt tributum pendere & Christianismū subire pro vita & patria simul offerrent victori: baptizatusq; est magnus gētilium populus. Ecclesiarum tum primū in Wandalia cōstruētæ. Inde verò postquam reuersus est ab Italia, omne studium intorsit ad gentium vocationem, præcipuè Wandalorum, quod pro sententia illi euenerant omnia, Deo cooperante, & dexteram eius vbiq; roborate. Subactis autē & Christianæ fidei adactis Wandalorum gētibus, Magnus Otto inclytam urbem Magdeburgum super ripam Albis fluminis instaurauit: quam Wandalis metropolim statuens, Adelbertum, summę sanctitatis virum, ibidem consecrari fecit archiepiscopum. Is primus omnium in Magdeburgo ordinatus, duodecim annis strenuè pontificatum administrauit, multosq; Wandalorū populos prædicando conuertit. Illi autē archiepiscopatu subiecta est tota Wandalia vsq; ad Panim fluuium. Episcopatus suffraganei quinque: quorum Marsburgum, Cicensis, ad Salam conditæ vrbes, Misna super Albim, Brandenburgum & Huelbergum ad interiora recedunt. Sextus Wandaliæ episcopatus est Aldēburgum: hunc (sicut cæteros) Imperator Otto Magdeburgensi primū subicere decreuerat, propter gentis cognationem: quem tamen Adeldagus Hamburgēsis archipræsul, Imperialis cæcellarius, pro suo defendit, eo quod terminus suæ ecclesie antiquis priuilegiis Imperatorum esset comprehensus. Est autem Aldenburgum ea quæ Wandolica lingua Starigard (hoc est vrbs antiqua) dicitur, sita in occiduo Baltici maris, in terra Wagriorum: & est terminus Sclauiar (hoc est Wandaliar) in ea regione. Hęc autem ciuitas cum prouincia, fortissimis quondam incolebatur viris (eo quod in fronte totius Wandaliæ posita, contiguos haberet Danorum & Saxonum populos) qui omnes bellorum motus ipsi aut primi infererēt, aut aliis inferentibus primi exciperent. Tales enim in ea quādoq; fuisse reguli perhibentur, qui omnium Obotritorum siue Kiffinorum, & eorum qui longè remotiores sunt Imperio, fuerint potiti. Conclusa igitur ac subneruata omni horum natione Wandalorum ab Imperatore, vrbs quoque vetus Aldenburgum inter alias quoq; ad fidem Christi peruenit, & facta est numero fidelium copiosissima.

HVIC vrbi tum præcellentissimę gloriofus Imperator Otto pontificem primū dedit venerabilem virum Marconem, subdens ei omnem Obotritorum prouinciā, vsq; ad Panim fluuium & urbem Demyne: præterea ciuitatem opimatissimam Sleswig, quæ alio nomine Heidebu dicitur, eiusdem curæ delegauit. Eo enim tempore ea vrbs cum adiacēte prouincia (quę scilicet à lacu Sliā ad Eydoram fluuium portenditur) Romano Imperio à memoria Henrici, qui pater erat Magni Ottonis, subiacebat: habens terram spaciosam, & frugibus fertilem, sed maximè desertam, eo quod inter oceanum & Balticum mare sita, crebris incursionum iacturis attereretur. Postquam autē misericordia Dei & virtute Magni Ottonis matura pax omnia possedit, cœperunt habitari desertæ Wagriæ & Sleswicensis prouinciæ: nec vllus iā angulus relictus fuerat, qui non esset conspicuus vrbibus & vicis, & plerisq; etiā monasteriis. Diu superfuerunt antique illius habitationis clara vestigia, in sylua, quæ à vico Lutellēborg, per lōgissimos tractus vsq;

Adelberti pro Christo casti corpus magno redimitur.

Presbyteri Italia egressi in Polonia trucidantur.

CAP. 30. Wandali rursus ad Christum vici adducuntur.

Magdeburgū metropolis Wandalorum cum suffraganeis.

Et episcopis etiam suum est de imperii limitibus bellū.

CAP. 31. Marconem Aldenburgēsis episcopus.

Sleswicum pertrahitur. Cuius vasta solitudo, & vix penetrabilis, inter maxima sylvarum roborum fulcos præterdit, quibus iugera quandoque fuerant dispartita: vrbium quoque formam structura vallorum præterdit. In plerisque etiam riuis, qui propter molendina condendis aquis aggeres congesti sunt, ostendunt omnem illum saltum ab hominibus quandoque habitatum. Primus igitur huic nouelle plantationi Marco præfuit episcopus, qui populos Wagriorum & Obotritorum sacro baptismatis fonte lauit: quo defuncto, Sleswicum singulari pontifice honoratur. Aldenburghensem autem sedem suscepit regendam venerabilis vir Eguardus: qui multos quoque ex Wandalis conuertit ad Dominum. Ordinatus est à sancto Adalago Hamburgensi archiepiscopo. Creuit ergo populus fidelium: nec fuit aliquid quod nouelle ecclesie aduersaretur omni tempore trium Ottonum, qui omnes pari affectione in eius gentis conuersionem ferebantur. Et repleta est omnis terra Wagriorum, Obotritorum & Kiffinorum provincia, ecclesiis & sacerdotibus monachis, & Deo dicatis virginibus. Porro Aldenburghensis ecclesia dedicata fuit in honorem sancti Iohannis Baptistæ: Magnopolensis autem instructa fuit sub patrocinio sancti Petri, continens monasterium virginum. Fuerunt deinde Aldenburghenses pontifices, honorabiles regulis & principibus Wandalorum, eo quod munificentia Magni principis Ottonis, cumulati essent temporalium rerum affluentia: unde possent copiose largiri, & populorum sibi conciliare fauorem. Dabatur autem pontifici annuo de omni Wagriorum & Obotritorum terra tributum (quod pro decima imputabatur) de quolibet aratro mensura grani, & quadraginta resticuli lini, & duodecim numi puri argenti, ad hæc vnus numus, precium colligentis. Wandalicum verò aratum par boum & vnus conficit equus. De vrbibus verò & earum prædiis, ac currum numero, quæ ad possessionem pontificis pertinebant, non est huius operis explanare: eo quod vetera in abolitionem transferunt, & ecce noua sunt omnia. Hæc ad verbum translata ex annalibus, ad fidem legentium certiore.

CAP. 32.
Dani in regem Christianum autem eius filio rebellant.

PRINCIPIVM autem perturbationis rerum Christianarum erat ex Dania. Nam quum adhuc Magnus Otto superesset, Zuenotto regis Haraldus filius (quem ad sacrum baptismum Otto victor adegit) quum videret regni proceres leue iugum Christi portare cum murmure, indignantes & execrantes Haraldum regem seniore, quod id oneris regno & regnicolis imponi passus esset: simul sperans quod per eam occasionem ad regnum (cuius erat cupidissimus) perueniret, patri rebellauit coniuratione maioris partis procerum in senem regem Christianum. Igitur vbi inualuit conspiratio, concurrunt ad arma. Haraldus nihil minus quam hoc à filio metuens, matri Tiræ Christianissimæ feminæ (quæ filia fuit Anglorum regis) monumentum & perenne memorabile ad tumulum constituere parabat, defatigatis milites suos in opere rustico prouendi de terris immanissima saxa: quod ipsum militum suorum animos à rege auerterat. Quo in opere quum defudaret, affertur regi triste nuncium de filii & procerum in se conspiratione propter Christianismum, paratos ad arma venire in se cum exercitu ad illum improviso opprimendum. Vbi audiuit, intermisso opere, quæ pro temporis angustia potuit, arma contraxit: venientem super se filium expectauit, quum non aliud suos posceret, nisi vt filium illi seruantem in prælio (si fieri posset) incolumem. Facta congressione, pater vincitur: renouato rursum prælio eadem fortuna: quum tertia quoque pugna pararetur, interposito colloquio res tractatib. agi cœpit. Quum interim treuge constituerentur, quibus filius Haraldus incuriosè ambulabat in nemore: quo in loco ictus sagita lethaliter, in Iulium Wandaliæ oppidum (quod filio minimè fideret) se iussit deportari. Ciuitas quidem gentium idolis adhuc dedita, sed Haraldus tamè regi Christiano peramica: cui etià ille plus fidei tribuit quam filio, treugarum inducias violari passo. Nò autè diu rex vulneri superfuit: sed quum efflasset spiritum, reductus in Daniam, regio funere in Roschildiam tumulatur. Sed ad id, cuius rei gratia introducta est Danorum regis mentio, aliquando veniatur.

Rebelle certamine superiores.

CAP. 33. EGREGIÆ quondam vrbis Iulini, in Wandalico solo ad littus maris Germanici, nunc vilissimi oppidi speciem egrè seruantis, mentionem sine laude transire non debemus, vt mortaliu rerum specimen præcipuum in eius ruina intueamur. Tradunt Iulium ab Iulio Cæsare fundatore nomen habuisse: quomodo Wolgastum, Iuliam Augustam olim vocitari, & Demyn, quasi dominam mundi, & Tribuzesz, quasi tributum Cæsaris, & Robel, quasi rebellionem. Sed fuerint istæ consonantiæ in lingua Wandalica ad Latinam

Absurda etymologia ex quadam syllabarum similitudine sumpta

(quo

(quo modo & in aliis) fortuitæ: certè ab Iulio Cæsare imposita nomina certum est non fuisse. Nam ille bis transitu Rheno ex Galliis tetigit Germaniam: sed statim rediit reductis copiis per pontes quos in flumine strauit. Testis est ille ipse in suis commentariis. Nec Romani duces post illum tenuerunt terras vnquam ultra Albim, quem dedit Augustus limitem Romano imperio: testis Strabo. Si tamen memorata nomina contendis esse origine Latina, fieri potuit vt Wandalicæ nationis principes, cupidi visendarum regionum, Albimque transeuntes aliquadiu militauerint per Germaniam, Druso Neronis Augusti priuigno, & Drusi filio Germanico, aliisque præsidibus: qui regressi narrantes quæ viderint, & nomina Latina ad imitationem Romanorum, suis indiderint castellis. Eius transactionis testes sunt Strabo, Cornelius Tacitus, in Augusta historia. Erat Iulium præclarum illa ætate Wandalorum emporium, tantis opibus, tantis mercatorum negotiis frequens, vt vix aliud par illi tum Europa videret, Constantinopoli semper excepta, quæ tum florebat. Ibi Russi, Dani, Sembi, Saxones, & ipsi Wandali, singulæ quoque gentes suos vicos & plateas incolebant: nulli præclusum municipium, nisi qui de Christianismo sermones sereret. Hæc erat ingrediendum terra marique lex, vt omnia pacata intuerent, si non de religione verbum facerent. Iam Haraldus filius Zuenotto Daniæ regnum, proiecto populariter Christianismo, cognomine pariter, quod illi additum erat honoris gratia in baptismo, abiecto moderabatur: iam enim iniuriam ducebat, si quis illum de cætero Zuenottonem vocitaret. Ergo bellum ante omnes indicit Wandalis, patris sui, iam hostis, receptatoribus: nec illi segnes excipiunt, animo & opibus non impares. Fit pugna (vt frequenter) naualis: diu communi Marte volauit victoria: demum Wandalorum nauibus infedit. Captus rex in prælio abducitur in Wandaliæ: graui ère per interuallum persoluto, redimitur. Pristina bella renouat: eadem illum, quæ prius, fortuna insequitur, vindicæ Deo iniuriam reiectæ religionis. Iam pristina redemptione exinanitis regni thesauris, quum in promptu aurum non adesset, datis vadibus, & priorum in regno procerum filis obsidibus, regreditur, nec sic quieturus: nam tertio quoque belli sortem in eosdem statuit hostes experiri. Iam cautior futurus, omnia diligenter collustrabat. Nocturnis classem vigiliis, circumductis scaphis, iussit velut castra circui, ne quid intentet hostiles insidias. Viderant hanc regis diligentiam Iulinienses Wandali, & ex tempore consilium mutuantur. Nam quidam ex eis promptiores, vbi Danicæ vigiliæ iam ad quietem redibant, sub orituram mox lucem, insensa nauicula, quum haberent qui linguam Danicam callerent, prætoriam regis nauim adeunt: vigiles regii sunt ab omnibus crediti, idque assimulant: regis colloquium deprecant, velut magnæ opportunitatis rem allaturi. Rex arbitratus esse suos excubitores, qui aliquid magni contemplati celeriter differerent, nihil insidiarum veritus, caput è nauis protulit. Qui autem sermonem in aurem afferret, ait esse secretum non palam efferendum, ne etiam proximi audiant cauendum. Rex admoturus aurem pectore tenus inclinatus loquuturo: statim rapitur in scapham, & ore occluso, tacito remigio abducitur, priusquam arma quisquam expediat in nocte: nam stabat in ordine paratæ Wandalarum acies. Ita tertio captus rex Iulium perducitur: manifesta illum vindicta persequente, quod in parentem impius, & in omnium parètem Deum esset sacrilegus. Iam tertie redemptionis circumspectiuntur impendia, vacuato ærario, ac obsidibus pridem obligatis. Igitur feminæ locupletes in regno, regiam sortem commiseratæ, ipsæ de suis ornamentis aurum contulerunt pro illius redemptione. Qua pietate commonitus rex, iam redemptus, legem de successione feminarum (quæ iniqua pridem illis erat) maribus exæquauit. Impetitur inde Stuetico bello: & iterum vincitur, regnoque pellitur. Victus, in Norwagiæ regem respexit, & ad illum confugit: sed ab eo contemptus, sensit cum fortuna mutatos amicos. Angliæ regem adit: sed speculator potius quam exul habitus, cum contumelia dimittitur. Scotiæ quoque regem pertentat, ibi reperiens qui eius calamitatem miseraretur. Sed tamen septennio ibi habitus hospitaliter, medio tam longo tempore recogitauit quid pateretur, & unde malorum illi esset origo, de proiecta Christi religione. Eam ex animo complexus refumit, voto concipiens, si vnquam illi reditus esset in patriam, promulgare in populum. Deinde reuocatus in patriam, fidelis permansit Christianus.

INTEREA Wandali iam à temporibus Ottonis r. ex magna parte Christi fidem receperunt, illi præcipue qui in mediterraneis habitabant: instante à meridie Adelber-

Albis Romani imperii limites.

Iulium emporium.

Danus nominis Christiani hostis, à Iuliniensibus victus capitur, & bellum subinde renouat.

Rex per speciem colloqui captus abducitur.

Femina redimunt regem.

Rex regno pulsus, exilio monitus ad se redit.

CAP. 34.

to, primo Magdeburgensi archiepiscopo, qui iam (vt diximus) suos in Wadalia habere cepit suffraganeos, Brandeburgensem, Havelburgensem, cum cæteris quos supra memorauim⁹. Ab occidua verò parte Adaldagus, Hamburgensis archiepiscopus, strenuè suę legationis in gentes obibat officium, ordinatis episcopis in Aldenburgo Wagrię regione. Sed qui ad mare habitabant, ferociores semper erant, non passi ad se penetrare qui fidē Christi disseminaret. Iulinenses enim (quod diximus) lege lata vetuerūt ne aduenarum quisquam nouę religionis mentionem vllam faceret: quo factum est vt omnium illi nouissimi ad Christi fidem peruenirēt. Quanquā & mediterranei semel acceptam religionem non satis constāter seruauerant: quod quibus sit factum occasionebus, infra suis temporibus contingemus. Introrsus autem ad oriētem, Ottone tertio re-

Polonia dux Christianissimum armis promouet.

Danus non au det suos ad religionē cogere.

CAP. 35.

Boemorum regis filius Imperatoris filiam ex virginum monasterio rapit.

BOHEMIA per ea tempora ducem habuit Vdalricum, qui per magna tempora i. Ottonis rerum potiebatur. Filium is habuit Biticislaum audacem pariter & procacem iuuenem: qui ausus grande facinus, raptu sibi quæsiuit coniugem. Imperator Otto eius nominis ii. vnā ex filiabus suis commendabat sacris virginibus apud Ratisponā Deo seruiētibus, vt (si illi videretur) pariter & illa spōsum deligeret immortalē: alioqui suo tempore nuptui tradendam. Audiuit Bohemus virginem & nobilitate & forma præstātem in monasterio præcludi: irritatur magis ea re, quod minus licere videretur. Patrem virginis interpellare non ferebat, quod puellam monasterio à parente deputatam, arbitraretur sibi nequaquam permitti spondendam. Fretus armis paternis & Bohemię viribus, fidebat raptam defendere. Igitur aggressus magnum facinus, puellam (volētem an nolentem incertum, magis autem est augurari promptam non valde repugnantem) rapuit, & abduxit ad interiora regni, coniugemq; sibi legitimis nuptiis asciiuit. Pater incōparabile nefas detestatus, quod auderet vir Imperio subiectus tantam irrogare & Imperatori & domino suo iniuriam, statuit armis facinus coarguere: itaque magnis viribus duxit in Bohemiam Otto. Occurrit Vdalricus senior cum filio, & ipsi exercitum in armis ducentes. Sed tamen præmiserat Vdalricus viros ætate & moribus graues, qui indignationem Imperatoris verbis & obsequiis tentarent delinire. Venerat post illos Iutta filia, & (quando ita placitum videretur superis) obsecrabat patrem, vt quoniam factam rem ad infectū nemo reduceret, nō committeret vt sanguine innoxiorum nuptias eius commacularet: sumeret obsequia mariti, sumeret preces soceri, & post omnes placaretur lachrymis filiæ: iam nō posse vindicari in Bohemos quod illam intactam præteriret. Imperator iusta satisfactione cōstituta, precibus & lachrymis filię cessit: permissaq; Iutta Biticislaum pacatum reduxit agmen, iam placatus.

CAP. 36.

Imperator apud Polonos religionis ergo peregrinatur.

POLONIS per ea tempora præfuit Bolislaus dux Christianus, qui iustitia in subditos, & æqualitate in vicinos, & in Deum religione promeruit ab omnibus iustam venerationem. Audiuit Otto ii. Imperator, cognomento Rufus, famā sancti martyris Adelberti, de mirabilibus quę operaretur per illū Deus: voluitq; inuisere martyris sancti sepulchrum. insinuabat Bolislaum aduentum suum, vt illi permitteret in ciuitate pro dignitate hospitium. Gauisus ille (dignationem interpretatus, quod à tātō principe terra eius inuiseretur) non facile dictū est quanto honore, quo apparatu, quā magnifico instructū Imperatorem veniētem exciperet. Vidit Imperator in ciuitate ducis, & in mansione principis, eam quam nō putabat opulētiam, magnificū in omni ciuilitate apparatus: mirat⁹ ministrorū ordinem, vasorū poculorūq; ex materia & arte præstantiā, generosum principis animū, cūcta per hilaritatē largitatis maiora facientē. Non putabat Imperator in ea gēte tantū splendorē extitisse. Vnde cōuersus in suos, Deposcit huius in nos meritum

meritum viri, vt aliquo vicissim à nobis magnifico munere decoretur. Cernimus nihil deesse tantis opibus & regni amplitudini; quā vt maiori fulgeat nominis dignitate. Si regem appellauerimus, & amicū Romano Imperio ascribamus, nihil indignum & rebus & viro fecisse videbimur. Probant principes Imperatoris consiliū. Igitur euocatum Bolislaum Imperator his verbis alloquitur, Ostendisse nobis animi tui magnitudinem & obsequii diligentiam, tibi nobisq; gratulamur. Ideo te euocauimus in hunc cœtum principum, vt vicaria te remuneratione decoremus. Regium tibi nomen damtis & honorem, & te Romani Imperii sociū, amicūq; Cæsareæ maiestatis ex hoc die ascribimus. Et hæc dicens coronam capiti eius imposuit. Deditq; Imperator Bolislaum regi pro regalibus insigniis lanceam beati Mauricii, & clauum Domitii. Hæc autem regalia insignia, corona scilicet, & sceptrum, & lancea, ad multa tempora in armariolo Cracouiensis ecclesię ad memoriam posterorū conseruantur. Rex autem Bolislaus, ob reuerentiam Imperialis dignitatis, & in pignus alternæ amicitię & deuotionis, donauit Imperatori brachiū diui Adelberti martyris: quo assumpto ad propria ille reuersus est. Deinde quum ex hac vita subtractus esset rex Bolislaus anno Christi M X X V. i. o. 25. Mescio filius eius regnauit pro eo, longè impar paternæ probitati: sed sustinuit eum magni patris dulcis apud omnes memoria, vt filii degenerem animum minus odirent subditi. Duxit vxorem nobilem, filiam memorati Ottonis Imperatoris, sororem nihilo minus Ottonis i. i. Sed hic Mescio quum desidia & deliciis resolutus, propriis non communibus vtilitatibus intenderet, cœperunt exteræ nationes, quæ patri suo essent vectigales, minus honoris illi impendere, colla iugo subducere, & tributa regionum denegare. Contemptus ergo vixit non modò à suis, sed & ab exteris. Vt cunque tamen illo vivente vixit in cordibus hominum memoria patris: cuius etiam reuerentia filio seruabat qualemcumque obedientiam. Quum verò ille rebus exemptus humanis filium relinqueret Kasimirum, cognomento Karolum, mox insurrexere proceres, & filium cū Teuthonici nominis odio expulerunt regno.

Imperator laute acceptus Poloniam regem facit, & amicum appellat.

Poloni regem suum degenerem expellunt.

CAP. 37.

IAM erant Poloni sine rege, sine duce. Quum sibi quisque consuleret, & suis pro se commodis inseruiret, cœpit in longinquum & proceres & populum confusionis tēdere. Non supererat regia nobilitas: nec erat cui deferrent honorē pro paritate nataliū. Inuidebat quisque alteri regnum: nec tamen sine rege, sine duce poterant durare. Cœpit eiectus regno Kasimirus vehementer desiderari: & de reuocando in regnum magnus erat omnium consensus. Quæsitus per Germaniam inueniri non potuit, apud matrem, apud cognatos: nusquam repertus est. Transiens enim in Gallias longius (quò tutius lateret) monasterium Cluniacense ingreditur, habitum poscens fratrum, nec apertius cuius esset sanguinis. Suboleuerant vestigia qui quærebant: quibus cunque indiis innotuit quod apud fratres illos ignotus demoraretur. Venerāt eò missi in eam rem oratores: inuentus est iam annum septimum agēs in religione. Expositis autem itineris sui causis, vasa auri & argenti protulerunt, petentes vt regium illis sanguinem (in quo regni esset iusta successio) remitterent: magna in eo esse regni commoda, pauperum refrigerium, pacem temporum, finem bellis, diuinæ seruitutis gloriam inde prouenturam, nunciantes. Abbas id neq; sui neque ipsius Kasimiri esse potestatis respōdit, semel Deo oblatum, seculo remittere. Sed si tanta regni commoda in Kasimiro essent constituta, adeant summum pontificem, ab eo dispensationis gratiam poscentes. Illi non segnes Romanam petunt: Benedicto i. x. tum summum administranti pontificatum, rem apertunt, dispensationem apostolicam requirentes. Auditis autem Papa Benedictus Polonię desolationibus, Christiana compassus pietate genti ob tegem amissum, Kasimirum ad regendam Poloniam redire concessit: permisitq; vt inuito matrimonio, posteritati constituendæ operam impenderet. Ferunt, ob titulum huius dispensationis, indictū esse Poloniis, vt in tonsura rotunda capillorū diu se conformarēt ritibus religiosorum: quā postea ignominiam abolendo, supra cæteras nationes cœperunt nutrire capillum. Idq; ad nostra tempora durauit, vt scemineū in morem capilli dorsa virorum flagellent. Statutū nihilominus tum esse aiunt à Pontifice, vt pro alendo in perpetuum lumine, in ecclesia beati Petri Romæ, censum soluerent: quod in Polonica lingua *Snato Petre*, hoc est sanctum beati Petri vocatur. Igitur legati exequuti negotium, assequuti propositū, læti & alacres recipientes suum ducem Kasimirum, redeunt in Poloniam. Multa erant illi initio

Poloni regem, quæ excernunt, e Gallia repetunt.

Papa monachum voto solutum regem fieri & vxorē ducere permisit.

noui regni certamina: excreuit multorum & intus & foris per absentiam insolentia: cui reprimendę posteaquam diu laborauit, regno suo tranquillitatem reddidit. Accepit autem vxorem ex Russię principibus nobilem, nomine Debronegam, dignam pro virtute cognomine Marię: ex qua sustulit quatuor filios, Bolislaum, Verladum, Mesconem, Etnem. Quo tempore, quum iam ageretur XL. post mille annus, Aaron episcopum Cracouensem Benedictus Papa, quum in Coloniã Germanię descēdisset, consecrat archiepiscopum, hac quę seruata est forma verborum: Pro reuerentia principis apostolorum, sub cuius velamento te constitui, & pro amore diui Kasimiri regis vestri, coniugisq; Marię, amborumq; filii Bolislai, totiusq; regni, stabiliamus, benedicimus in perpetuum archiepiscopatum apud ciuitatem Cracouensem, qui hactenus erat episcopatus: cui etiam subiicimus omnium episcopatum parochias, quę in omni regno sunt Polonię, vt archiepiscopali more tu frater omnibus pręsideas. Tibi quoq; archiepiscopope concedimus pallium, diebus solennibus deferendum.

CAP. 38.

Wago episcopus sororem Obotritorum regi dat in matrimonium.

SEL ne longius a temporibus nostris excurramus, paulo nobis retrocedendum est. Florebant satis per trium Ottonum tempora res Christianę in Wandalia huius nostrę regionis. Nam Wago, vir nobilis, tertius Aldenburgenſi ecclesię pręfuit pontifex, successitq; Eguardo. Hic in summa prosperitate inter Wandalos degēs, sororem fertur habuisse speciosam: quam coniugem postulauit Obotritorum regulus Bilug. Quumq; interpellationibus crebris pontificem super hac re conuenisset, quidam familiarium episcopi petitionem incauta verborum iniuria repulerunt, dicētes iniustum esse pulcherrimam virginem inculto & agresti viro copulari. Quam ille contumeliam prudenti dissimulatione compressit, & amoris stimulo incitatus preces iterare non desistit. Timens autē episcopus ne ecclesię nouellę grauius inde aliquid, si pernegaret, oriretur, postulationi eius annuit, data illi sorore in coniugium. Procreauit autem ex ea filiam nomine Hodicam: quam pōtifex auunculus monasterio virginum contraditam, & sacris literis eruditam, abbatissam pręfecit virginibus in Magnopoli, quum tamen necdū legitimos peruenisset ad annos. Quod frater puellę Mizisla ægerrime tulit, odio (licet occulto) cōcitatus Christianę religionis: timens ne peregrinus mos ille latē per omnem serperet regionem. Patrem verō frequenter commonuit peracerbē, quasi qui mente alienatus superuacuas diligeret adinuēctiones, nec timeret patriis derogare legib⁹, prius quidem ducēs vxorem Teuthonicā, deinde filiam suam monasticę cōtradens clausurę. Quūq; his verbis patrem sepe exaceret, cępit ille sensim animō flecti, & iam cogitare de acceptę cōiugis repudio & rerum mutatione. Sed conatus eius timor repressit: eo quod grauium causarum introitus semper fuit difficilis, virtus quoq; Saxonum admodum esset formidabilis: necesse enim fuerit, repudiata sorore pōtifis, & diuinis rebus pessundatis, statim ad bella peruenire. Quadam die contigit episcopū venire in urbem Magnopolim visitationis gratia: quo etiā Bilug cum primoribus illi occurrerat, excepturus sororium siue propinquum suum simulata deuotione. Episcopum igitur publicis causis intentum læpe dictus Obotritorū regulus palam alloquitur, Magnas, inquit, pietati tuę pater venerabilis debeo gratias, quibus agēdis licet totus non sufficio (priuata enim beneficia quę mihi impendisti, quia multiplicia sunt, non facile numerantur) generalem prouincię salutem dissimulare non debeo. Sollicitudo enim tua super ecclesiarum instauratione & animarum salute omnibus manifesta est: sed nec latet quātas principum offensas tua prouidentia fregisti, vt cum pace & gratia in principum tranquillitate degamus. Honori ergo tuo, si expostulati fuerimus, & nos & nostra incunctanter impendemus. Petitionem autem paruulam apud te deponere, tua inuitat humanitas. Est apud Obotritos pontificale tributum quod pro decima imputatur, de quolibet aratro, quod duobus bobus & vno equo constat, mensura grani, & quadraginta restes lini, & duodecim numi probatę monetę, pręterea vnus numus pro colligente. Hęc me rogo sinas colligere, deputanda stipēdis neptis tuę filię meę. Quod ne fortē ad tui iniuriam &annonę diminutionem rogare videar, adiicio possessioni tuę in singulis vrbibus quę sunt in terra Obotritorum, villas, quas ipse elegeris, exceptis iis quę ad ius pontificale Imperatoria dudum concessione peruenerūt. Pōtifex non attendēs callidissimi hominis dolum verborum colorib. adumbratū, reputans etiā nihilofficere rerū permutationē, sine mora petitioni eius annuit. Ipse quidē villas opulētissimas accepit: tributum verō quod diximus,

Obotritorum regem filius a religionis studij abducit.

Obotritus tributum a pontifice recipit.

Pontifex circumuentus, alioquin nihil daturus.

diximus, sororio suo in manus filię eius collocandū resignauit. Aliquandiu apud Obotritos commoratus, prędia colonis exercenda distribuit: ordinatisq; omnibus, in terram Wagriorum ad ecclesiam suam est reuersus.

HABUIT autem pontifex, pręter alias, duas nobiles curtes, apud quas frequenter commanere solebat: vnam in via publica, quę dicitur Buza: alteram super fluuiū Trauenam, in loco qui dicitur Nezerma: vbi etiam fuit oratorium & concameratio murato opere facta, non longē a radice montis quem veteres Eilberg, moderni, propter castellum impositum, Zegeberg dixerunt. Post multos ergo dies, quum pōtifex Wago alias occupatus, terram Obotritorum rarius inuiseret, supradictus Bilug vnā cum filio Mizisla opportunitatem nactus, dolum quem erga Deum & pastorem sanctum conceperat, paulatim detexit: cępitq; possessiones episcopales (quas ille vt fideli & affini suo tuendas episcopus commendauerat) occultis variare latrocinis, & submittere seruos, qui prędam inde clam & apertē abducerent. Conatus eius ad id vsq; processit, vt episcopum sicut decimarum iure, sic possessionibus exueret, perturbatoq; capite cultus omnis facilius pateret exterminio. Pontifex admonitus quum veniret in prouinciam, cum colonis habita inquisitione, deprehendit ad liquidum quorum machinamentis tanta possessioni inmitteretur latrocinia. Permotus itaque (non mirum) stupore atque timore, quod atrocissimos insidiatores inuenisset eos quos putabat amicissimos, iamq; pręsentiens nouellę plantationi imminentem defectionem, multum cępit animo turbari. Recurrens ad id quod pro tempore tutius videbatur consilium, tentare cępit si fortē verbis suafilibus mederi possit morbo paulatim subrepenti. Multis fororiorum blāditiis cępit mulcere, vt a cęptis desisteret, ne possessiones ecclesiasticas latronibus depascendas exponeret: prouenturam sibi, nisi resipuerit, non modō Dei offensam, sed & maiestatis Imperatorię iustam censuram. Ille obiectis dolos pręstruens respondit, nunquam se erga dominum & patrem tantam admisisse imposturam, ad quem semper habuerit animum optimē affectum. Si quid autem inuito se factum sit, latronum insidiis esse peractum, qui de Wilis seu Rugianis commeantes, fortē nec illius prędiis parcerent, si sinerentur: se quidem ad illos cohibendos, consilio & auxilio semper affuturum. Facile ergo persuasum est bono & simplici viro, opinionem de affine conceptam deponere. Postquam autem accepta satisfactione pontifex abcessit, illi statim, rupta pollicitatione, ad cępta reuoluti sunt crimina, furtisq; villarum incendia miscuerunt: pręterea colonis omnibus qui ad ius episcopi pertinebant, nisi quātocyus prędia desererent, mortem sunt interminati. Sic factum est vt deserti agri, vacuefactę sunt possessiones. Accessit his malis, quod idem Bilug matrimonii sui iura corruptit, repudiata sorore pontificis: fuit hęc causa inimicitiarum pręcipua occasio. Cęperūt res ecclesiarum paulatim titubare, nec fuit vnde status nouellę ecclesię posset ad plenum conualescere: eo quod Magnus Otto iam pridem vita decessit, mediūsq; necnon Otto, bellis Italicis essent occupati. Ob quā rem Wandali temporis opportunitate freti, non solū diuinis legibus, sed & Imperatoriis iussibus cęperunt paulatim obniti: solus Saxonię dux Benno (filius hic erat Hermanni ducis, quem Magnus Otto sublimauerat: quod in Saxonia diximus) aliquam dominationis vmbram, licet tenuem, prętereendere videbatur: cuius solo respectu Wandalorum imperus sunt retardati, ne aut fidei Christianę palam renunciarent, aut arma corripērent. Wagone in hoc rerum statu facto de medio, Ezico successit in cathedram: iste suscepit ordinem a sanctissimo Adalrado, Hamburgensi archiepiscopo. Quatuor ergo pontifices ante excidium Aldēburgēsis ecclesię extitisse comperimus, Marconem, Eguardum, Wagonem, & Eziconem: quorum temporibus Wandali vtcunque in fide perstiterunt: ecclesię per prouinciam sunt erectę, monasteria virorum ac mulierum Deo seruientium constructa sunt pluri- ma. Sed hęc tandem sub Ezicone res inclinauere.

PRINCIPES eorum Wandalorum qui Winiti siue Winuli dicuntur, fuerunt eo tempore filii Bilug, supra memorati principis, qui per Christianismū primus ex hac gente nobis innotuit. Qui ad annum Christi nongentesimum octuagesimum, quum iam malē Christianus videretur, defecit moriens. Reliquit autem filios, Mizisla, Naccō, & Sederich: sub quibus pax continua fuit, & illi sub tributo Saxonibus seruiērūt. Sed Mizisla ille Obotritorum princeps, Christū palam cōfitens, clam persequebatur: sororem

CAP. 39.

Episcopales possessiones rex populatur.

Episcopus regem a latrocinis auertere conatur.

Prædedit ad ingenium.

Inclinatio religionis apud Wandalos.

Wandalorum regis filii.

confanguineam, Deo dicatam virginem Hodicam, monasterio virginum, cui præerat in Meklinborg, extraxit, & cuidam Bolislao inuitam scelerato iunxit cōiugio. Cæteras virgines, quæ ibidem sunt repertæ, aut militibus suis coniuges tradidit, aut in terrâ Wilforum seu Rugianorum transmisit: sicque monasteriū illud deperit. Siquidem in diebus illis (permittente Deo, propter hominum peccata) perturbata est apud Danos & Wandalos tranquillitas, & pulchris diuinæ religionis incrementis inimicus homo superferminauit zizania: nam eodem ferè tempore Zuenotto (quem diximus) res in ipsa Dania perturbauit. Quo tempore quum iam Dania bono rege indigeret, factæ sunt illæ grauiſſimæ Danorum in Saxoniam excursions, vastatis initio maritimis Hadeleriæ. Inde maritimam omnem terram Saxoniam ferro & igne deformatunt, pugnantibus apud Stadium foeliciter in Saxones. Sed per Visurgum ascendentes, ductore Saxone perueniant in difficilissima loca, cæsi que sunt ad vnum omnes: quam rem in Saxoniam diximus. Harwaro Saxoni nomen erat, qui ductu suo hostes perdidit: qua de re nomen eius carminibus patriis diu celebre permanſit. Sed priusquam ad sequentia tranſeamus, reddendus est antiquitati suus honor, vt successiones principum agnoscamus, quorum est memoria nostra tam clara posteritas: duces dico Pomeraniæ, Stetini, Wolgasti & Magnopolis. Aperuit autem primos nobis Christianismus: nam qui fuerint in paganismo prioribus annis, nobis sunt incompti. Ortonis ergo i. temporibus, in hac maritima Wandalia latissimè dominabatur princeps illustis Bilug, de quo supra memorauimus. Cuius ditionis latissimi termini à Wislao fluuio (quem veteres Vistulam vocant) per maritimos tractus, peruenere in vicina Cimbrorum, hoc est Lutici, in veterem urbem, quam Wandali sua lingua Starigard, Saxones vocauerunt Aldenburgum: in qua omni ditione olim floruerunt vrbes Wineta maritima, & caput religionis in gente, Rethre, Iulinū, Starigard, Wolgastum. Nonnulli arbitrantur Iuliam Augustam aliquando vocitatum: sed de his quid sentiam, non multo antè dixi. Demyn dominium putant tum appellari, Huelberg. Culin, Melchow, Kiffin. Rabel rebellionem vocari putant, Mekelinburg, Mersburg, Aldenburgum. Nunc rustica oppida, tum ciuilitate instituta ciuitates. Hic Bilug filios reliquit Mizislao (de quo statim supra) Naccon, Sederich: quibus est partitus ditionem.

CAP. 41. CIRCA quæ tempora impletus est annus à Christo MII. quo fortissimus Imperator Otto III. quum iam tertio Romam victor intrasset, immatura morte subtrahitur occubuit. Cui successit Henricus eius nominis II. per electionem prior assumptus, ad constitutionem quam de electoribus Imperii Otto III. cum summo pontifice Gregorio sanciuit. Quo etiam tempore, mortuo Bennone Hermanni filio, Bernardus filius, tertius eius stirpis, Saxoniam dux, rebus præfuit. Animosus iuuenis, parum memor auitæ humilitatis, & Imperatoriam in domum eius largitatis, rebelles animos Henrico Imperatori est ausus ostentare. Commouit multam nobilitatem sibi aduersus Imperatorem conspirantem: sed interuenere (quod in Saxoniam diximus) viri boni, pacis zelatores, qui iuuenilem frangerent impetum, & Imperatori illum reconciliarent. Sed interim Wandali, rebus à duce turbatis, de sua quoque libertate cogitarunt, quod tributis grauarentur. Bernardus enim dux omnes Saxoniam ecclesias terruit atque turbauit, illas præsertim quæ in rebellionem eius ad Imperatorem, illius malitiæ noluerunt subscribere. Accessit his, quod idem dux gentem Winulorum per avaritiam crudeliter opprimens, ad necessitatem paganismi coegit. Sanè eo tempore Wandalorum dominio potiti sunt Theodericus marchio Brandenburgensis, & dux Saxoniam Bernardus: illo quidem orientalem, isto occidentalem premente Wandalorum sub tributo prouinciam: quorum ignauia nescio an improbitas, coegit Wandalos fieri Christianæ fidei desertores. Rudes enim in Christi fide gentilium populos, quos optimi quondam principes cum summa lenitate fouerant, temperantes rigorem iis quorum insistebant salutem: isti verò tanta crudelitate insequuti sunt, vt excusso tandem seruitutis iugo libertatem suam armis defendere cogentur. Principes tum erant Wandalorum Mistiwoi & Mizzidrag, quorum ductu seditio est inflammata. Nam Mizisla horum pater, ad annum nonagesimum nonum moriens, hos filios reliquit successores. Proditum est veterum narratione, quod idem Mistiwoi postulauerunt sibi dari coniugem, ex neptibus quandam Bernardi ducis: quam etiam ille non negans, spem fecit poscenti. Imminebat tum expeditio Henrici Imperatoris

Dani Saxoniam populati caduntur.

Pomerania, Stetini, &c. ducum series.

Oppida olim celebra nunc rustica.

Bernardus Saxo aduersus Imperatorem rebellans, mortuus desistit.

Wandali duorum nominis dominationem excutiunt.

Wandali duorum contumeliose ad bellum imellit.

peratoris in Italiam: ad quam vocatus dux Bernardus se accinxit. Intelligens hoc memoratus princeps Wandalorum, vt futurum matrimonium aliquo in ducem obsequio mereretur, mille ex suis armabat in ducis comitatum, ipse quoque comes ibat duci proficiscenti. Quumque magna essent Imperatori prælia in Italia, præsertim Calabria, milites Wandali in prima semper pugnantibus acie penè omnes perierunt: qua ex re deuotissimum sibi suum se habere ducem arbitrabatur. Quumque rediens de expeditione pollicitam sibi puellam deposceret, Theodericus marchio fertur rem disturbasse, confanguineam ducis exclamans non dandam cani. Quo ille audito vehemèter indignatus, abcessit. Dux ista comperiens non probabat, angebaturque, suspicatus quod euenerat de rebellionem: missoque post eum nuncio reuocauit, vt optatis nuptiis potiretur. Ille amaricatus fertur respondisse reuocanti, Oportet generosam magni principis neptem nobilissimo viro copulari, non dari cani. Magna nimirum sanguini nostro gratia rependitur pro obsequio, vt iam canes, non homines iudicemur. Si ergo canis fuerit valens, magnos dabit latratus & morsus. Et hæc dicens reuersus est in Wandaliæ: & primò omnium abiit in ciuitatem Rethre, quæ est in terra Luticiorum, in dominatu (vt coniectura est) nunc Stargardensi. Nam vrbs tota deperit, nec de nomine quicquam remansit.

CONVOCATIS ibi Wandalorum principibus qui orientem habitant, causatus est de iniuria irrogata grauique contemptu, quod Saxonum æstimatione gens omnis inter canes deputetur. At illi, Merito, inquiunt, hæc pateris, qui spretis contribulibus tuis excoluisti Saxones, gentem perfidam & auaram. Iura ergo nobis quod deferas eos: & stabimus tecum. Quo iurante arma illi expediunt: & dum Bernardus dux abesset, bellicis intentus ad interiorem Germaniam, Wandali vastant Nordalbingiam: hæc est Holfatia, cum conterminis. Deinde reliquam peragrantes Saxoniam, omnes ecclesias incenderunt, & vsque ad solum diruerunt. Sacerdotes autem & reliquos ecclesiarum ministros variis suppliciis enecantes, nullum Christianitatis vestigiū trans Albim reliquerunt. Apud Hamburgum eo tempore & deinceps multi ex clero & ciuibus in captiuitatem abierunt, plures in odium Christianismi sunt interfecti. Narrant seniores Wandalorum, ait Helmoldus (cuius hæc sunt ferè ad verbum omnia) qui omnes barbarorum res gestas memoria teneret, Aldenburgum ciuitatem populosissimam ex Christianis inuentam. Sexaginta ibi presbyteri, cæteris more pecudum trucidatis, ad ludibrium sunt seruati: quorum maior loci præpositus Oddar nomen habuit. Ille ergo cum cæteris tali martyrio consummatus est, vt cute capitis in formam crucis incisa, ferro cerebrum singulis aperiretur: deinde ligatis post terga manibus, confessores Dei per singulas ciuitates Wandalorum sunt tracti, donec deficerent. Taliter illi spectaculum facti & angelis & hominibus, in stadio mediis cursus victorem spiritum exhalauerunt. Multa in hunc modum, per diuersas Wandalorum & Nordalbingorum prouincias facta memorantur. Omnes igitur Wandali, qui intra Albim & Oderam habitant, per annos LXX. & amplius Christianitatem coluerunt, omnium tempore Ottonum trium Imperatorum: hoc modo se absciderunt à corpore Christi & ecclesie, cui antè fuerant coniuncti. Hæc facta sunt vltimo tempore Libentii archiepiscopi Hamburgensis, sub duce Bernardo Bennonis filio, qui populum huc grauiter afflixit. Theodericus marchio, magnam antè tenens in Wandalico solo prouinciam (cui eadem fuit in gentem avaritia, similis crudelitas, qui occasione præstitit auersioni gentis) depulsus honore, exutus est à Wandalis omni suo principatu: præbendarius factus in Magdeburgo, miseram vitam in calamitate finiuit. Memoratus tamen Mistiwoi circa vltima tempora vitæ ductus factorum pœnitentia, & ad cor reuersus, quum nollet Christianitatem deserere, pulsus patria ad Bardos concessit: ibique fidelis consenuit & finiuit. Bardorum vicum appellant Bardewick.

DISTURBATUS rebus sacre religionis per Wandaliæ, Folquardus post Ezi-conem (qui ante tumultuationem rebus excessit humanis) in pontificatu erat Aldenburgensi, quum inundatio illa & euastatio fieret: vt cunque saluatus euasit periculum. Quumque videret nullam sibi superesse spem fructificandi in credito sibi populo, propter feruorem recentis crudelitatis, abiit in Norwagiam: ibique multos domino lucratus, cum gaudio rediit Bremam. Per absentiam autem eius, quum res ad quandam tranquillitatem

CAP. 42.

Saxoniam Wandalis vastatur.

Presbyteri ducis: mo supplicio afflicti.

Wandali in paganismum relapsi.

Wandali respicientia & mors.

CAP. 43.

denuo componeretur, & spes aliqua affulgeret admittendæ à populo prædicationis, ordinatus est à metropolitano Hamburgensi (quem Vnwanum fuisse conicio) in sedem Aldenburgensem, mortuo iam Folquardo, Reginbertus. Is tempora sua in prædicatione diuini verbi feruens consumpsit, quieuitque in pace. Vnwanus autem metropolitani quum Bernardum ducem iam Imperatori conciliaffet, prudenter apud ducem fecit, ut Wandali tributo moderato, ad ducis quoque beneuolentiam rediret. Ad matris autem Hamburgensis ecclesiæ restorationem, venerabilis metropolitani fertur post cladem Wandalicam, ciuitatem & ecclesiam fecisse nouam, simul ex singulis congregationibus suis, quæ virorum essent, tres eligens fratres (ita ut duodecim fierent) qui in Hamburgo canonica degerent conuersatione, & populū auerterent idololatriæ cultum. Ordinavitque in Wandalia, mortuo Reginberto, Bennonem, virum prudentem, qui de fratribus Hamburgensis ecclesiæ electus, in populo Wandalorum multum prædicando fructum attulit. Hic sanè magnæ deuotionis vir, cupiens Aldenburgenfis sedis diruta omnia restaurare, perquirere cœpit de possessionibus & redditibus, quos ad ius episcopale Magni Ottonis deputauerat institutio. Sed quia post excidiū Aldenburgenfis ecclesiæ, primitiua instituta & magnorum principum donationes venerant in abolitionem, & Wandalorum possessioni cesserant, memoratus pontifex in præsentia ducis Bernardi questus est, quoniam Wagrii, & Obotriti, ceterique Wandalorum populi debita sibi & ecclesiæ negarent stipendia: quid faceret? Ea de re principes Winulorum à duce sunt in colloquium euocati: & inquisitione habita quare pontifici legitimam subtracterent annonam, illi prætere de cœperunt varias exactio-
 10
 20
 30
 40
 50
 60
 70
 80
 90
 100
 110
 120
 130
 140
 150
 160
 170
 180
 190
 200
 210
 220
 230
 240
 250
 260
 270
 280
 290
 300
 310
 320
 330
 340
 350
 360
 370
 380
 390
 400
 410
 420
 430
 440
 450
 460
 470
 480
 490
 500
 510
 520
 530
 540
 550
 560
 570
 580
 590
 600
 610
 620
 630
 640
 650
 660
 670
 680
 690
 700
 710
 720
 730
 740
 750
 760
 770
 780
 790
 800
 810
 820
 830
 840
 850
 860
 870
 880
 890
 900
 910
 920
 930
 940
 950
 960
 970
 980
 990
 1000
 1010
 1020
 1030
 1040
 1050
 1060
 1070
 1080
 1090
 1100
 1110
 1120
 1130
 1140
 1150
 1160
 1170
 1180
 1190
 1200
 1210
 1220
 1230
 1240
 1250
 1260
 1270
 1280
 1290
 1300
 1310
 1320
 1330
 1340
 1350
 1360
 1370
 1380
 1390
 1400
 1410
 1420
 1430
 1440
 1450
 1460
 1470
 1480
 1490
 1500
 1510
 1520
 1530
 1540
 1550
 1560
 1570
 1580
 1590
 1600
 1610
 1620
 1630
 1640
 1650
 1660
 1670
 1680
 1690
 1700
 1710
 1720
 1730
 1740
 1750
 1760
 1770
 1780
 1790
 1800
 1810
 1820
 1830
 1840
 1850
 1860
 1870
 1880
 1890
 1900
 1910
 1920
 1930
 1940
 1950
 1960
 1970
 1980
 1990
 2000
 2010
 2020
 2030
 2040
 2050
 2060
 2070
 2080
 2090
 2100
 2110
 2120
 2130
 2140
 2150
 2160
 2170
 2180
 2190
 2200
 2210
 2220
 2230
 2240
 2250
 2260
 2270
 2280
 2290
 2300
 2310
 2320
 2330
 2340
 2350
 2360
 2370
 2380
 2390
 2400
 2410
 2420
 2430
 2440
 2450
 2460
 2470
 2480
 2490
 2500
 2510
 2520
 2530
 2540
 2550
 2560
 2570
 2580
 2590
 2600
 2610
 2620
 2630
 2640
 2650
 2660
 2670
 2680
 2690
 2700
 2710
 2720
 2730
 2740
 2750
 2760
 2770
 2780
 2790
 2800
 2810
 2820
 2830
 2840
 2850
 2860
 2870
 2880
 2890
 2900
 2910
 2920
 2930
 2940
 2950
 2960
 2970
 2980
 2990
 3000
 3010
 3020
 3030
 3040
 3050
 3060
 3070
 3080
 3090
 3100
 3110
 3120
 3130
 3140
 3150
 3160
 3170
 3180
 3190
 3200
 3210
 3220
 3230
 3240
 3250
 3260
 3270
 3280
 3290
 3300
 3310
 3320
 3330
 3340
 3350
 3360
 3370
 3380
 3390
 3400
 3410
 3420
 3430
 3440
 3450
 3460
 3470
 3480
 3490
 3500
 3510
 3520
 3530
 3540
 3550
 3560
 3570
 3580
 3590
 3600
 3610
 3620
 3630
 3640
 3650
 3660
 3670
 3680
 3690
 3700
 3710
 3720
 3730
 3740
 3750
 3760
 3770
 3780
 3790
 3800
 3810
 3820
 3830
 3840
 3850
 3860
 3870
 3880
 3890
 3900
 3910
 3920
 3930
 3940
 3950
 3960
 3970
 3980
 3990
 4000
 4010
 4020
 4030
 4040
 4050
 4060
 4070
 4080
 4090
 4100
 4110
 4120
 4130
 4140
 4150
 4160
 4170
 4180
 4190
 4200
 4210
 4220
 4230
 4240
 4250
 4260
 4270
 4280
 4290
 4300
 4310
 4320
 4330
 4340
 4350
 4360
 4370
 4380
 4390
 4400
 4410
 4420
 4430
 4440
 4450
 4460
 4470
 4480
 4490
 4500
 4510
 4520
 4530
 4540
 4550
 4560
 4570
 4580
 4590
 4600
 4610
 4620
 4630
 4640
 4650
 4660
 4670
 4680
 4690
 4700
 4710
 4720
 4730
 4740
 4750
 4760
 4770
 4780
 4790
 4800
 4810
 4820
 4830
 4840
 4850
 4860
 4870
 4880
 4890
 4900
 4910
 4920
 4930
 4940
 4950
 4960
 4970
 4980
 4990
 5000
 5010
 5020
 5030
 5040
 5050
 5060
 5070
 5080
 5090
 5100
 5110
 5120
 5130
 5140
 5150
 5160
 5170
 5180
 5190
 5200
 5210
 5220
 5230
 5240
 5250
 5260
 5270
 5280
 5290
 5300
 5310
 5320
 5330
 5340
 5350
 5360
 5370
 5380
 5390
 5400
 5410
 5420
 5430
 5440
 5450
 5460
 5470
 5480
 5490
 5500
 5510
 5520
 5530
 5540
 5550
 5560
 5570
 5580
 5590
 5600
 5610
 5620
 5630
 5640
 5650
 5660
 5670
 5680
 5690
 5700
 5710
 5720
 5730
 5740
 5750
 5760
 5770
 5780
 5790
 5800
 5810
 5820
 5830
 5840
 5850
 5860
 5870
 5880
 5890
 5900
 5910
 5920
 5930
 5940
 5950
 5960
 5970
 5980
 5990
 6000
 6010
 6020
 6030
 6040
 6050
 6060
 6070
 6080
 6090
 6100
 6110
 6120
 6130
 6140
 6150
 6160
 6170
 6180
 6190
 6200
 6210
 6220
 6230
 6240
 6250
 6260
 6270
 6280
 6290
 6300
 6310
 6320
 6330
 6340
 6350
 6360
 6370
 6380
 6390
 6400
 6410
 6420
 6430
 6440
 6450
 6460
 6470
 6480
 6490
 6500
 6510
 6520
 6530
 6540
 6550
 6560
 6570
 6580
 6590
 6600
 6610
 6620
 6630
 6640
 6650
 6660
 6670
 6680
 6690
 6700
 6710
 6720
 6730
 6740
 6750
 6760
 6770
 6780
 6790
 6800
 6810
 6820
 6830
 6840
 6850
 6860
 6870
 6880
 6890
 6900
 6910
 6920
 6930
 6940
 6950
 6960
 6970
 6980
 6990
 7000
 7010
 7020
 7030
 7040
 7050
 7060
 7070
 7080
 7090
 7100
 7110
 7120
 7130
 7140
 7150
 7160
 7170
 7180
 7190
 7200
 7210
 7220
 7230
 7240
 7250
 7260
 7270
 7280
 7290
 7300
 7310
 7320
 7330
 7340
 7350
 7360
 7370
 7380
 7390
 7400
 7410
 7420
 7430
 7440
 7450
 7460
 7470
 7480
 7490
 7500
 7510
 7520
 7530
 7540
 7550
 7560
 7570
 7580
 7590
 7600
 7610
 7620
 7630
 7640
 7650
 7660
 7670
 7680
 7690
 7700
 7710
 7720
 7730
 7740
 7750
 7760
 7770
 7780
 7790
 7800
 7810
 7820
 7830
 7840
 7850
 7860
 7870
 7880
 7890
 7900
 7910
 7920
 7930
 7940
 7950
 7960
 7970
 7980
 7990
 8000
 8010
 8020
 8030
 8040
 8050
 8060
 8070
 8080
 8090
 8100
 8110
 8120
 8130
 8140
 8150
 8160
 8170
 8180
 8190
 8200
 8210
 8220
 8230
 8240
 8250
 8260
 8270
 8280
 8290
 8300
 8310
 8320
 8330
 8340
 8350
 8360
 8370
 8380
 8390
 8400
 8410
 8420
 8430
 8440
 8450
 8460
 8470
 8480
 8490
 8500
 8510
 8520
 8530
 8540
 8550
 8560
 8570
 8580
 8590
 8600
 8610
 8620
 8630
 8640
 8650
 8660
 8670
 8680
 8690
 8700
 8710
 8720
 8730
 8740
 8750
 8760
 8770
 8780
 8790
 8800
 8810
 8820
 8830
 8840
 8850
 8860
 8870
 8880
 8890
 8900
 8910
 8920
 8930
 8940
 8950
 8960
 8970
 8980
 8990
 9000
 9010
 9020
 9030
 9040
 9050
 9060
 9070
 9080
 9090
 9100
 9110
 9120
 9130
 9140
 9150
 9160
 9170
 9180
 9190
 9200
 9210
 9220
 9230
 9240
 9250
 9260
 9270
 9280
 9290
 9300
 9310
 9320
 9330
 9340
 9350
 9360
 9370
 9380
 9390
 9400
 9410
 9420
 9430
 9440
 9450
 9460
 9470
 9480
 9490
 9500
 9510
 9520
 9530
 9540
 9550
 9560
 9570
 9580
 9590
 9600
 9610
 9620
 9630
 9640
 9650
 9660
 9670
 9680
 9690
 9700
 9710
 9720
 9730
 9740
 9750
 9760
 9770
 9780
 9790
 9800
 9810
 9820
 9830
 9840
 9850
 9860
 9870
 9880
 9890
 9900
 9910
 9920
 9930
 9940
 9950
 9960
 9970
 9980
 9990
 10000

Ecclesiæ apud Wandalos instaurantur.

Episcopi decuprandis operibus cura.

Operarius mercede, qua dignus sit, contentus esto.

Quod satis est cui contingit, nihil amplius optet.

Hominis avari intolerabilis dominatio.

Sic Macedones Paulo apud Corinthios egenti subueniunt. 2. Cor. 11.

gaut. Consummata igitur ad votū basilica, ad denūciatum dedicationi festum conuenit immensa multitudo, ubi sinistrum ecclesiæ latus Berno episcopus quum dedicaret, à populo cōpressus & attritus, post paucos dies ingrauescēte morbo vita functus est. In aquilonari eius ecclesiæ regione honestam obtinuit peregrinus pontifex sepulturam, in ecclesia quam ille rogatus benedictionis munere consecrauit.

MEINERVS illi in Aldenburgenfi ecclesia succedens, benedictionem & consecrationem episcopalem obtinuit à Libentio secundo, Hamburgēsi archiepiscopo, nec amplius præferunt annales de gestis eius: unde coniciimus breuē fuisse eius præsulatū. Abelinus post illū ordinatur ab Alebrādo metropolitano. Quo tempore pax solida fuit in Wandalia. Hoc tamen testis noster asseueret, pacem fuisse solidam per Wandaliam, ita accipimus, quia nulla tenuerunt arma, soluere proceres cōsuea Saxonibus tributa, rustica plebs (pro sua consuetudine) impositum censum non recusabat. Cæterum, in quo maior vis erat, non erat pax ad Deum: abiecta erat Christiana religio, redierunt ad vomitum canes. Nec id dux Saxonix magnopere curabat, tributis & censibus contentus: & si obniteretur, non suppetebant vires aduersus tātam nationem. Regū opus erat & Imperatorum, reponere iugum quod ab initio imposuere genti. Nam primus Otto Imperator adegit post Danos & Wandalos suscipere Christi iugum: quod (ut diximus) per tempora trium Ottonum tenuerunt, & proiecerunt per occasionem contemptus principis Mistiwoi: nec antè receperunt, quàm armis Henrici Leonis ducis Saxonix (qui potentia reges equabat) à terra & à mari, pressaris Walde mari primi Danorum regis adigerentur: quod sequentia tempora monstrabunt.

SEDP paulo ante hæc tempora Henricus Imperator in Bohemiam parabat expeditionem, armis adiutus inter alios principes etiam Bernardi ducis Saxonix. Belli autem gerendi hæc suberat ratio. Quum Poloni Bohemiq; Romano parent imperio, orta inter eos simultate, & perinde bello, Imperator suarum esse partium duxit de legibus pacis tractare, imperauitq; utrique ut ab armis discedant, iustitia & æquitate, non bello decertent. Contumacia videbatur apud Bohemos, quod Biticeslaus dux insolentior esset Bohemorum, ex numero filiorum ad arma valentium, animos ducens. Quinque enim sustulit ex Iutta natos, Spitigneum, Conradum, Wladislaum, Jarimirum & Ottonem. Iam antea victor Vngariam quoque peruastabat. Duxit ergo in Poloniam, vlturus aui iniurias, quod ille oppressus esset à Polonis, quū etiam illi Cracouiam adimerent. Imperator iterum Bohemo mandat, quæ abstulisset Polonis, reddat, alioqui armis adigendum. Duxit ille leuius, & mandata & minas remandans Imperatori, se tributa debere annua Imperio, boues centum viginti, talenta centum quinquaginta: ea se paratum exhibere quotannis: supra id si quid posceret, Imperatorem ab æquo discedere. Imperator magno agmine ducit in contumacem: densis syluis magno exercitu difficulter ingreditur Bohemiam. Ingressus autem excipitur insidiis, multis suorum captis ac trucidatis. Sed tum nihil salubrius quàm retro pedem ducere. Parte ex altera Bernardus Saxonum dux victor ingreditur, & vastato solo quod erat in conspectu, ubi casum Imperatoris accepit, onustus præda regreditur. Sequenti tamen anno reuersus cum copiis Imperator, perpulit ducem ut se dederet. Imperator autem, rebus ex sententia inter Bohemum & Polonum compositis, reduxit exercitum. Huic duciam rebus excedenti, successit maior natus filius Spitigneus. Is omnes Teuthonici nominis excedere iubet prouincia: nec matrem Teuthonici sanguinis passus est intra limites consistere ditionis. Nec mitior in fratres, quos etiam bello persequitur. Wladislaus ad Andream regem Vngariæ profugit: cæteri se fratri permittunt. Reuocatus inde Wladislaus ex Vngaria, pace inter fratres sequuta recepit quæ sua essent, & unde ad bonum modum pro rerum qualitate se sustineret. Nec enim passi sunt dirimere paternam ditionem, rectè sentientes. Quod si seruassent in hunc diem Germaniæ principes, res multo florerent per Germaniam pulchrius. Stetitq; sub hoc duce diu quieta Bohemia.

CONRADVS Sueuus Romanum tenebat Imperium, qui insolentiam Wandalarum à Christo & Imperio deficientium non tulit. Quo factum est ut Winulos frequentibus bellis attereret. Verumtamē Christiana religio & cultus domus Dei paruum recepit tum per arma incrementum, præpediēte avaritia ducis Saxonū: tributis immani-

CAP. 44.

Pax in Wandalia, sed religione vera abiecta.

Imperatorum & regum officium.

CAP. 45.

Bohemus Polonis bellum infert.

Imperator Bohemum aggressus subigit.

Regnorū amplitudinem seruandis ratio.

CAP. 46.

Conradus Wandalos armis non potest Christo lucrifacere.

ter inhiabat. Didicere præfeti quod principi gratum cernerent: nam omnia corradētes, nec ecclesiis nec sacerdotibus quicquam sunt passi esse residui. Principes Wādalorum tum fuere filii Mistiwoi, qui deficiens moriendo ad annum Christi xxv post mille, successores reliquit filios, quorū hęc nomina, Anatrog & Gneus, tertius Vdo malē Christianus: unde etiam pro crudelitate sua, à quodam Saxonum transfuga improvisē confossus est: cuius filius Godscalcus nomine, apud Luneburgum scholasticis erudiebatur disciplinis. Qui morte patris comperta fidem reiecit cum literis: amneque transmissio peruenit ad gentem Winitorum, congregataque multitudine latronum, percussit in ultionem patris omnem terram Nordalbingorum. Ibi semper prima Wandalarū palēstra in exercenda sæuitia, quod nulli ibi protectores viderentur. Tātas autem strages fecit Christianæ plebi, vt crudelitas omnem modum excefferit: nihilque remansit in Holfatorum ac Sturmatorum prouincia, siue eorum qui Thietmarfi dicuntur, quod manus eius effugerit, præter notissima illa præsidia, Etzeho & Bokelenborg. Illò enim se quidam armati contulerunt cum vxoribus & paruulis, & substātiis quæ direptioni superferuerant. Quadam igitur die, quum memoratus princeps Godscalcus latrociniali more per vicos & campos vagaretur, videns regionem viris & ecclesiis pridem refertā, nunc redactam in solitudinem, exhorruisse fertur propriæ crudelitatis opus, & tactus dolore cordis, intra se deliberauit, à nefariis cœptis tandem cohibere manus. Auulsus ergo parumper à fociis, & quasi ad insidias exiens, inopinatè offendit quendam Saxonem Christianum: qui quum armatum venientem eminus fugeret, ille clamore sublato hortatur vt subsistat, iurat se illi nihil nociturum. Quumque vir timidus recepta fiducia substitisset, cœpit percunctari ex eo quis esset aut quid nosset rumoris. At ille, Ego, inquit, sum homo pauper Holfatia natus. Sinistros autē rumores quotidie experimur: quia princeps iste Wandalarum Godscalcus multa mala infert populo & terrę nostræ, sitimque crudelitatis suæ satiare quærit sanguine nostro: tempus autem esset vt vindex Deus vlcisceretur iniurias nostras. Cui Godscalcus, Multum, inquit, coarguis virum illum Wandalarum principem. Reuera enim multas ille pressuras excitauit populo & terræ vestræ: vindex tamen paternæ cædis est ardentissimus. Ego sum qui tecum loquor: propera, vt loquamur apertius. Doleo vicem vestram, mihiq; impositum esse tantum sumere ultionis in Deum & Christicolas, veruntamen iam vehementer cupiens redire in gratiam eorum quibus tantum ultionis irrogauit. Accipe ergo verba mea, & reuertaris ad populum tuum: annuncia vt ad locum illum (significabat autem quem vellet) mittant viros fideles, qui mecum agant de fœdere & pacis conditionibus. Quo facto, omnem hanc turbam latronum, quæ mihi magis necessitate quàm voluntate alitur, dimittam. Quum autem venisset ad præsidium homo rusticus, in quo Saxonum reliqui magno timore delituerunt, intimauit senioribus verbum absconditum, suggerēs omnimodè vt mitterent viros ad præfinitum colloquium. At illi non intenderunt, reputantes dolum insidiis opportunum.

Godscalcus Wandalus patris mortem vlciscitur.

Pius dolor Godscalci, & respicientia.

Pacis conditio nes querens credulos non reperit.

CAP. 47. Godscalcus captus, fœdere inito dimittitur.

Rex Danorum in Iulineses eadem paternā vlciscitur.

10

20

30

40

50

cans, ista peregit quæ commemorauimus. Magnis inde rebus gerendis Kanutus rex Godscalcum semper adhibuit: erat ille inter regii corporis custodes vir semper habitus fidelissimus. Post multa autem reuersus in patriam, quantum prius in euertenda, tantum tūc in reducēda Christi religione impiger laborauit: nec quieuit, donec omnem qui per illum defecisse videbatur populum, cum multis aliis, ad diuinæ religionis iura reduceret. Et prosperatum est opus in manu eius. Erat tum (vt diximus) in Romano Imperio Conradus Sueuus, qui Henrico filio vxorem accepit memorati Kanuti filiam, potentissimi Danorum regis: qui etiam cum Imperatore Conrado ad percipiendam Romæ coronam profectus est per Italiam, memoriam renouans patrum suorum, Gothorum diu ibi regnantium. Inde verò egressus Kanutus filiis suis regna viuus dimisit. Sed Sueciæ & Angliæ regibus filiis pater superstes, solum reliquit Knutonem, sui sanguinis heredem. Is Norwagiam inuadens, pactus est cum Magno, diui Olauis regis filio, vt qui ex duobus alteri fieret superstes, alterius regnum suo coniungeret, & teneret vtrunque: eaque pacta iuramento regum & procerum sunt firmata. Quumque Knuto Daniæ rex prior decessisset, Magnus ex fœdere iurato Daniam possedit, proceribus regni iusiurandum præferentibus sanguini. Iam Magnus duobus regnis insignis, mouit expeditionem in Wandalos itinere terrestri, ex Iutia ducens per Holfatiam in Wandaliā. Occurrit illi magno agmine princeps Winulorum Ratibor, & manu conferta cum Danis, cadit in acie ductor. Filii autem eius, quos ille octo reliquerat omnes ad arma validos, bella cum Danis renouant, & ipsi omnes ad interuersionem cæduntur. Winuli tamen, obseruantes tempora quibus Magnus rex, aliis implicitus bellis, eis occurrere non posset, magno agmine vastantes Iutiam, vsque Ripam oppidum tum florens peruenerunt. Sed rex præoccupatis illis, apud Sleswicum demoratur egressuros: ibique prælio excipiens redeuntē, multa ex his millia strauit. Pax inde firmatur vtrinque. Godscalcus etsi iam in Wandalia ageret, tamen quia in principatu non agebat, permisit rem suo Marte decurrere: nec suæ vicis esse dicebat, se rebus ad se non spectantibus cum magna partium multitudine immiscere. Igitur ad omnia quietus exitum demorabatur.

Magnus Dania regnū vt obtinuerit.

Winulus cum octo filiis à Dano deletur.

30

LIBRI SECVNDI FINIS.

ALBERTI KRANTZII WANDALIÆ LIB. III.

GODSCALCVS interea reuersus in Wandaliā, quum inuenisset hereditatem suam ab aliis inuasam, dimicare constituit, & comitante victoria possessiones cū principatu ex integro recepit. Statimque ad conquirendum sibi apud Deum magni meriti locum intendens animum, Wandalarum populos (quos Christianitatis ab olim cepit obliuio) ad recuperandam fidei gratiam, & ad recipiendam religionem quam abiecerant, excitare cōtendit. Infinita autem gentilium multitudo, per instantiam eius ad baptismi gratiam peruenit, & reedificatę sunt per vniuersam Wagriorum prouinciam ecclesię, necnon Polaborum, Obotritorum, quondam dirutę ædes sacrę. Iamque missum est in omnes prouincias pro sacerdotibus ac ministris verbi, qui rudes gentilium mentes fidei doctrina erudirent. Gratulabantur vbique fideles de nouellę plantationis incremento, factumque est vt prouincię replerentur sacerdotibus & ecclesiis. Sed & Kiffini & Circipani, & quæcunque gentes citra Panim habitant, receperunt verbum dei. Est autem Panis fluuius, in cuius ripa sita est Demyn, vrbs earum partium olim nominatissima: illuc enim quondam protendebat limes Aldenburgenfis ecclesię. Igitur omnes Wandalarū populi, qui ad Aldenburgensem pertinebant curam, toto tempore Godscalci Christi fidem deuota mente sunt amplexati. Sanè memorabilis ille princeps tanto diuinæ religionis amplificandę studio

CAP. I. Godscalcus hereditatem recuperat, & religionem Christianam promouet.

Nonella plantationis fidei creuit.

Godscalci pietas.

56

A L B E R. K R A N T Z I I

exarfit, vt sermonem exhortationis frequenter ad populum in ecclesia ipse faceret: ea scilicet quæ ab episcopis & presbyteris mysticè dicebantur, cupiens Wandalicis verbis reddere planiora, explicauit. In hac omni prouincia nemo vnquam princeps surrexit potentior, & tam fecundus Christianæ religionis exequutor. Etenim si vita illi longior extitisset, omnes paganos congenitales suos ad Christianismum pertrahere meditabatur, quum ferè tertiam partem reducerit eorum qui sub auo eius Mistiwoi relapsi sunt in paganismum. Tunc quoque per singulas vrbes cœnobita aut instaurabantur diruta, aut de nouo à fundamentis erigebantur: sanctorum virorum canonicè viuientium, item monachorum, atque sanctorum congregationes instruebantur in Lubica, Aldenburgo, Racisburgo, Leontio (nunc Lentz vocant) & aliis ciuitatibus. In Magnopoli vero (quæ fuit inclita Obotritorum ciuitas) tres fuisse congregationes Deo seruientium referuntur.

Instaurantur
pissim cano-
bita.

CAP. 2.

Motus belli in
Wandalia ob
primatum.

PER quæ tempora factus est magnus motus in orientali Wandalia populorum inter se ciuili bello dimicatum. Quatuor autem sunt populi eorum qui Luttici siue Wilsii dicuntur: quorum Kissinos atque Circipanos citra Panim, Riaduros siue Tolenzos, vltra Panim habitasse constat: Riaduci (qui & Retherii) à metropoli Rethre denominati. Inter hos quatuor populos cœpit æmulatio grauis confurgere, de prioratu dignitatis. Siquidem Riaduri (siue Tolenzi) propter antiquissimum illud templum & fanum cū celeberrima vrbe (in qua simulachrum Radigast omni genti cultissimum erat) cæteris imperare volebant: asscribentes sibi nobilitatis hoc stemma, quod ab omni natione ibi peterentur responsa, & annuas sacrificiorum pensiones cæteri debebant. Porro Circipani atque Kissini seruire detrectabant: imò libertatem suam armistueri statuerunt. Crescente ergo paulatim indignatione in alterutrum, res in apertum bellum peruenit, prælioque commisso Riaduri & Tolenzi victi fugantur. Igitur secundo ac tertio inter partes prælio instaurato, eadem victos fortuna consequitur, vt fusi fugatique cederent hostibus. Multa sunt hominum millia hinc atque inde prostrata: Circipani tamen atque Kissini, quibus bellum necessitas indixit, victores. Riaduri & Tolenzi, qui pro gloria certabant, deiectionis suæ pudore vehementer afflicti, accersierunt in auxilium fortissimum regem Danorum Zuenonem (hunc accipio magni Kanuti ex germana sorore nepotem) & ducem Saxonum Bernardum, & Godscalcum principem Obotritorum, singulos cum exercitibus suis: alueruntque tantam militiæ multitudinem magnis impendiis per mensem ac dimidium. Inualuitque prælium aduersus Circipanos atque Kissinos, nec satis illis erat virium ad resistendum. Superati armorum & agminum multitudine, cæsaque est ex eis nō parua manus, plures abducti captiui. Ad extremum quindecim millibus marcarum pacem sunt mercati: principes inter se pecuniam partiuntur. De Christianismo nulla tum fuit mentio, vt Christiani principes ne Deo quidem, qui contulit victoriam, darent honorem. Sed præponderauit in Saxonum præsertim gente avaritia: qui quum inter gentes cæteras barbaris contiguas præpolleant armis & vsu militiæ, semper proniores sunt tributis augendis quàm animabus Deo querendis. Decus enim Christianismi sacerdotum instantia iam dudum in Wandalia conualuisset, nisi præpediisset Saxonum avaritia.

Saxonum a-
uaritia.

CAP. 3.

Adelbertus e-
piscopus va-
riis locis consti-
tuit.

E A igitur tempestate (qua misericordia Dei & virtute religiosissimi principis Godscalci, status ecclesiæ & sacerdotii cultus in Wandalia decenter viguit) defuncto Abelino Aldenburgenfi pontifice, ea ecclesia diuisa est in tres episcopatus. Quod quidem Imperiali minimè factum ferunt ordinatione, sed magni Adelberti Hamburgensis archiepiscopi adinuentione: quod in metropoli diximus. Ille enim vir magnificus ac præpotens in omni regno, quum fortissimum Henricum Cæsarem Conradi filiū, nec non summum pontificem Leonem haberet propicios, atque voluntati suæ per omnia consentaneos, in omnibus borealibus regnis, Daniæ, Sueciæ, Norwagiæ, functus auctoritate episcopali & legationis apostolicæ ministerio, ex prædecessorum priuilegio. Nec his contentus, patriarchalem honorem assequi contendit, eo scilicet ordine, vt in tra terminos suæ parrochiæ duodecim consisterent episcopatus: de quibus in eadem Metropoli. Quæ illius animosa constitutio sapientibus pro deliramento est habita. Cōfluebant tamen in curiam eius multi sacerdotes & religiosi, plerique etiam episcopi, qui sedibus suis exturbati mensæ eius erant participes: quorum sarcina ipse alleuari percipi-

Patriarcha e-
piscopus exu-
les alit.

piens, transmisit eos in latitudinem gentium: quosdam locans certis sedibus, quosdam immisit nationibus ad sedes incertas. E quibus Ezonem surrogatum Abelino, in Aldenburgenfi, Aristonē quendam ab Hierosolymis venientem, in Racisburgo esse cōstituit: Iohannem in Magnopoli destinauit. Ille Iohannes peregrinationis amore Scotiā egressus venit in Saxoniam: & clementer (vt omnes) acceptus ab archiepiscopo, non multo post in Wandaliam missus est ad principem Godscalcum: apud quem commoratus illis diebus, multa paganorum millia scribitur baptizasse. Pax tum certa & firma fuit in omni regno: quia fortissimus Cæsar Henricus III. Cōradi filius, Vngaros, Bohemos, Wandalos & omnia finitima regna potenti manu coercuit. Cuius temporibus restitutam ad integrum Brandenburgensem Marchiam crediderim, qua in re & ipse Conradus plurimum laborauit. Quo I I I. Henrico trāsato ad meliora, filius eius Henricus I I I. successit in scepra, puer annorum octo: statimque ebullierunt perturbationes in regno, eo quod principes, contentiones amantiores quàm pacis, contemnerēt ætatem regis. Surrexit ergo vnusquisque aduersus proximum suum, & multiplicata sunt mala in terris, de prædationes, incendia, clades mortalium. Verba sunt annalium.

10 Kara quis pueru rege.

A C C E S S I T perturbationi rerum in omni regno etiam mors Bernardi ducis Saxoniam: quæ Wandalos respicere fecit ad libertatem, quod graui iugo tributorum onerati, vita chariorem duxere patriam libertatem. Quadraginta annis præfuit dux iste rebus strenuè: sed in virga ferrea direxit genus Wadalicum: arbitrans hoc genus hominum duræ ceruicis, nisi in manu forti non posse sub iugo contineri. Bernardo autem duci in ditione successere filii Ordulphus & Hermānus, inter se partiti ditionem, vt maior Ordulphus ducatur, Hermannus verò comitatui præfesset. Ordulphus quidem militiæ vsu satis ad arma strenuus, sed patri nequaquam similis. Vix quinq; transierunt à morte patris anni: iam Wandali freti temporum opportunitate, quod rex puer non formidaretur, duci suo rebellionē ostenderunt: principium autem malorū à capite ordiuntur. Nā religiosum principem sui generis Godscalcū, dum conuersioni & saluti gentis cum episcopo Iohāne vigilantissimus instaret, Wandalarū primores, inita conspiratione, in ciuitate Leontio (Lentze vocant) crudelissimè trucidarunt, vtrum omni æuo memorabilem, propter fidem Deo & principibus seruatum. Sic enim conceperāt, liberius se duci rebellare, si domi non esset qui vrgeret à tergo. Ergo à congētilibus suis, quos ad salutē inuitauerat, vir fidelissimus opprimitur. Passus est autem alter ille Machabæus in loco memorato, in ripa fluminis Albeæ, v I I. Idus Iunii, cum presbytero Ippone, qui super altare fertur immolatus, cum aliis multis tam clericis quàm laicis: qui diuersis pro Christo suppliciiis interempti, transierunt ad regna melioris mundi. Ansuerus monachus, & cum eo alii multi, in Racisburgo lapidati sunt, Idibus Iulii. Fertur idem Ansuerus, quū ad passionem venisset, efflagitasse persequutores, vt prius socii (quib⁹ timebat) lapidarentur: quibus coronatis, ipse gaudens cum Stephano suscepit lapides, genuaque posuit, & orabat. Iohānes episcopus senex cum cæteris Christianis in Magnopoli captus, feruabatur ad triumphum. Ille igitur pro confessione Christi, fustibus cæsus, deinde per singulas Wadalorum ciuitates tractus est ad ludibrium, quum à Christi cōfessione flecti non posset, truncatis manibus & pedibus, corpus eius in plateam est proiectum: caput verò defectum barbari conto insigentes, in titulū victoriæ, deo suo Radigast immolauerunt. Hæc in metropoli Rethre gesta sunt III. Idus Nouemb. Eam nunc interpretor ciuitatem Starigard, vltra Panim. Appellatiuum est enim Starigard, & insinuat magnam, nobilem & antiquam ciuitatem.

CAP. 4.
Bernardo Sa-
xone mortuo
Wandali de
rebellione cogi-
tant.

Godscalcus à
Wandalis in-
terfectus.

Christi marty-
res mortem op-
petunt.

CAP. 5.
Godscalci vi-
dua habetur
ludibrio.

Godscalci filii
pateram ne-
cem vlciscun-
tur.

F I L I A regis Danorum relicta Godscalci principis, apud Magnopolim, ciuitatem Obotritorum, ludibrio habita est. Nam rebus omnibus expoliata, vestibus etiam detractis, nuda est dimissa cum aliquantis Christianis mulieribus. Hanc enim (vt prædiximus) Godscalcus regi Kanuto militans in Dania, meruit vxorem: ex qua filium ille suscepit Henricum, virum à nobis præcipua cura memorandum: nam maior eius filius Buthue, ex priore natus est illi matrimonio: magno vterque Wandalis exitio genitus, sed maiori Henricus. Exarfit inde grauissimum bellum, quum filii immeritam patris necē iustis doloribus vindicarent. Wandali exeuntes, turmatim omnem Hamburgensem prouinciā ferro & igne sunt demoliti. Sturmarii & Holsati fere omnes aut occisi aut in captiuitatem ducti. Arx ea quæ Bernardus dux in Hamburgo ad lacum Alstria cōmu-

nierat, funditus excisa est: & in derisionem Saluatoris etiã cruces à paganis sunt trũca-
 tæ. Quo etiã tempore ciuitas Sleswig (quæ à Danis Heydebu dicitur) sita in confinio re-
 gni Danici, opulentissima & populosissima, per eam tempestatem ex improviso Wan-
 dalorum incurſu funditus est euerſa. Huius autem clãdis auctor Pluffo quidam ex pri-
 moribus fuiſſe dicitur, qui ſororem Godſcalci teneret coniugem: domumq; reuerſus
 & ipſe eſt obtruncatus. Omnes igitur Wandali, facta generali conſpiratione ad paga-
 niſmum denuo ſunt relapſi, occiſis omnibus qui perſitiſſent in fide. Dux Ordulphus in
 vanum sæpe contra Wandalos dimicans, per annos duodecim (quibus patri ſuperſtes
 rebus præerat) nullam vñquam potuit ex illis conſequi victoriã, totieſq; victus à Wan-
 dalis, etiã à ſuis eſt deriſus. Accidit autem perturbatio iſta generalis in prouincia an-
 no Chriſti milleſimo ſexageſimo ſexto, anno regni Henrici quarti octauo, quum Ham-
 burgenſi eccleſiæ præeſſet Adelbertus, vir in omni regno primarius. Ex hoc autem die
 vacauit Aldenburgenſis ſedes annis octoginta quatuor.

1066.
 erat Henrici
 III. octauus

CAP. 6.
 Godſcalci fi-
 lii patria pel-
 laur.

CAP. 6. GODSCALCO, Chriſtianiſſimo principe, iam rebus humanis exempto, ad filium
 eius natu maiorem, Buthue, legitima ſucceſſione peruenit principatus. Timentes au-
 tem ij qui patrem eius interfecerant, ne fortè vltor paternæ necis ſæuiret in eos, concitauerunt
 tumultum in populo, dicentes, Non hic dominabitur noſtri, ſed Crito filius
 Grimi. Quid enim proderit nobis, occiſo Godſcalco libertatem armis recuperaffe, ſi
 iſte extiterit hæres principatus? Iam enim iſte plus nos affliget quàm pater, exaſperatus
 in nos illius cæde, iunctuſque Saxonibus nouam inferet terræ calamitatem. Statimque
 erexerunt Critonis principatum, excluſis filiis Godſcalci, quibus omni legitimo iure
 debebatur. Quorum iunior, Hêricus nomine, profugit ad Danos, quòd maternã inde
 ſtirpẽ duceret: ac ſenior Buthue declinauit ad Bardos. Sic enim eſt in annalibus, quo-
 rum verba libuit ex fide ponere. Saxones autem vult dicere, quibus hoc nomen indidit
 propter inſigne oppidum Bardewick, quod illa tempeſtate videbatur in gente Saxonũ
 eminere. Apud nullum tamen cæterorum lego Bardorũ nomen: niſi quòd Latini Bar-
 dos vocant (pro inſcitia) barbaros. Crediderim Bardoni nomen fuiſſe viro qui primus
 id oppidum fundauit, à quo nomen remãſerit. Senior autem filiorum Buthue declina-
 uit ad Saxones, quærens auxilium ab eorum principibus, quibus pater eius ſemper de-
 uotus fidelisq; fuit: qui etiã rependentes fidei illius gratiam, ſuſceperũt pro eo præ-
 lium, multoque labore reſtituere penè illum in principatum paternum. Status tamen
 eius ſemper fluctuabat, nec ad plenum potuit reparari: eo quòd Chriſtiano parente na-
 tus, & amicus Saxonũ, apud gẽtem ſuam velut proditor libertatis haberetur. Poſt eam
 cladem, qua primũ oppreſſo Godſcalco Nordalbingia vaſtata eſt, Wandali ſeruitutis
 iugum armata manu ſubmouerunt. Tãtaque animi obſtinatione libertatem defende-
 re ſunt anniſi, vt mori mallent quàm recipere Chriſtianiſmum, aut tributa pendere Sa-
 xonum principibus: hæc enim cohærere arbitrabantur, vt alterum ſine altero non eſ-
 ſet. Ibi fuit cauſa & radix odiorum. Tantum enim ingrauata ſunt tributa, vt exinde per-
 tinax Chriſtianiſmi odium naſceretur. Hanc ſanè contumeliam ſibi met parturiuit in-
 fœlix Saxonũ auaritia, qui quum adhuc virium ſuarum eſſent compotes, & crebris at-
 tollerentur victoriis, non recognouerunt quia Domini eſt prælium, & ab ipſo victoria:
 quin potius Wandalorum gentes (quas præliis aut pactiõibus ſubegerant) tantis ve-
 ſtigalium penſionibus vexauerunt, vt diuinis legibus & diuinę ſeruituti refragari ama-
 ra neceſſitate cogentur.

Exulem de Sa-
 xones quidem
 reſtituere poſ-
 ſunt.

Wandali im-
 modicu tribu-
 tu vexati alie-
 nãtur à Chri-
 ſtianismo.

CAP. 7.

LVI T hanc noxam Ordulphus, Saxonum dux, qui dereliãtus à deo, quãdiu pa-
 tri ſuperuixit, nulla in Wandalos victoria eſt potitus. Vnde etiã contigit vt filii God-
 ſcalci, qui ſpem ſuam in ducem poſuerunt, ſuper baculum arundineum atq; conſractũ
 inniti videbantur. Ordulpho autem poſt annos duodecim factò de medio, ſucceſſit in
 principatum filius eius Magnus, natus filia Danorum regis. Statimq; in ipſo ſui princi-
 patu exordio ad ſubneruandos Wandalorum rebelles animum & vires intendit, exa-
 cuate eum ad id filio Godſcalci Buthue. At illi vnanimiter refragari cœperũt, ſequen-
 ti Critonem filium Grimi, qui capitale odium in nomen Chriſtianum præ ſe ferebat. Et
 primò quidem quum ſe Magnus dux, Ordulphi filius, patre iam qui eſcete commoue-
 ret, Wandali Buthue principatu expulerunt, diripientes præſidia in quæ refugiebat. E-
 iãtus conſugit ad ducem Magnum, qui tum fortè Luneburgi agebat in arce quam
 Herman-

Hermanus abauus eius communierat. Alloquitur his verbis ducem, Noſti dux inclyte,
 qua fide quaque integritate parens meus tibi tuiſque ſit ſemper obſequutus, nihil præ-
 mittens eorum quæ ad cultum Dei & fidem principum pertinerent. Ego quoq; pa-
 ternam imitans modeſtiam, omni fide & deuotione mandatis principum obſecunda-
 ui, infinitis me obiiciens periculis, vt mihi vel vacuum honoris nomen, vobis verò fru-
 ctus proueniret. Qualis autem merces & me & patrem meum exceperit, neminem la-
 tet: quum illum quidem vita, me patria exuerint hoſtes noſtri ditione. Si igitur hono-
 rem tuum tuorumque ſalutem tueri duxeris in animum, viribus & armis eſt vtendum:
 denique fortuna noſtra in extremo ſita eſt. Qua de re maturandum, ne hoſtes progref-
 ſi etiã Nordalbingorum prouincia (quod ſolent) abutantur. Cui dux, Non poſſum,
 inquit, hac vice ipſe in arma venire, quòd detinear (vt noſſe potes) magnis impedimen-
 tis. Sed dabo tibi Bardos, Sturmarios, Holſatos atque Thietmarſos: quorum auxilio
 fretus, hoſtium imperus ad tempus excipere & reprimere contendas. Ego quam pri-
 mum his nexibus expeditus videbor, adero maioribus ſupplementis. Porro conſtituta
 illi dies nuptiarum in præſens ducem detinebat. Aſſumptis ergo Buthue fortiffimis Bar-
 dorum tranſiit Albim, & peruenit in terram Wagriorum. Nuncii quoque ducis, per-
 currentes omnem Nordalbingorum prouinciam, vrgebant ad arma populũ, ad præ-
 ſtanda Buthue auxilia: nam hoſtes perurgebant. At ille præibat ſexcentis ſtipatus: ve-
 niẽſque ad Plunenſe præſidium, portas oppidi præter ſpem apertas & vitis vacuum re-
 perit. Quò quum introiſſet, mulier Teuthonica, quæ fortè obuia fuit, ingrediẽti loqui-
 ta eſt illi, Prædare, inquit, ſi voles, & onuſtus abi celerius: hoſtes enim in inſidiis ſunt: ſi
 moram feceris, circumfundi vrbem, & desperabiliter te cernes obſideri. Qui leuius
 pendens mulierculæ verba, nocte illa permanſit in præſidio. Eſt verò oppidum (vt ho-
 die cerni poteſt) lacu profundiffimo vndique cinctum, & commeantibus aditum pons
 præbet altiffimus.

Oratio Buthue
 principis
 Wandalorũ.

Reſponſo Ma-
 gni Saxonis.

Buthue in præ-
 ſidio occupato
 a nũ diuino
 ratur obſide-
 tur.

CAP. 8.

ORTA luce poſtera, infinita manus hoſtium vallauit oppidum. Prouiſum autem
 ab hoſtibus erat ne vlla vſquam ſuper eſſet nauicula, quæ ſpem daret obſeſſis ad abitum.
 Buthue igitur obſidionem cum ſociis magna rerum penuria tolerabat. Audito autem
 ſiniſtro hoc nuncio, Sturmariorum, Holſatorum Thietmarſorumque collecta manus
 accelerabat, vt obſeſſis ferret opem. Quumq; turmatim perueniſſent ad riuum Zuale,
 diſterminantem Wandalos à Saxonibus, præmiſerunt virum Saxonem, gnarum Wan-
 dalicæ linguæ, qui exploraret quid apud hoſtes ageretur. Miſſus ille peruenit ad obſi-
 dentes, qui pro multitudine cooperuerant faciem campi, præparãtes varias oppugna-
 tionis machinas: à quibus intercipitur nuncius, vbi ſe incautè prodidit. Ductus ad Cri-
 tonem tentatur, ſi accepto præmio prodat illi ſecreta ſuorum. Ille & vitæ ſuæ timens, &
 præmio inuitatus, aperuit ducem non ad eſſe: cæterũ agmina quæ venirent auxilio-
 rum, facilè ſe auerſurum, ſi modò promiſſis ſuis fidem iungant. Illi pollicentur quã-
 certiffima fore præmia, conſtituto loco, quo proditiõis mercedem accipiat. Reuerſus
 ille ad ſuos, falſò renunciat Buthue eſſe extra omne periculum, nullos ſe in obſidione
 reperiſſe: vanum eſſe rumorem aſſerit, qui illos exciuerit: proinde reuertantur in ſua
 quiſque, ſi ſapiant. Illi facilè accipiunt laboris remiſſionem, in ſua reuerſi: Buthue in
 afflictione & periculo remanſit. Ita vnus perfidi hominis dolo ac proditiõne tantus eſt
 proditus fortium virorum cuneus. Portentum execrabile, in vltimas terras exportan-
 dum. Reperi & aliam narrationem, eiufdem tamen exitus: ſed quam dixi, veri longè ſi-
 milior eſt. Adiciunt hunc proditorem, à Wandalis perſuaſum, tranſiſſe pontem, & ob-
 ſeſſis verba feciſſe. Cõſule, inquit, ò Buthue ſaluti tuæ virorumq; qui tecum ſunt: quia
 Saxones, in quibus tu habebas fiduciam, non venient: hac vice ſuccurre tibi. Tunc ille
 cõſternatus animo fertur exclamaſſe, Heu me inſœlicem ab amicis deſertum! Siccine
 Saxones ſupplicem ſui & auxilia implorantem, in tribulatione deſtituunt? Malè deluſus
 ſum, qui Saxonibus bona ſemper inniſus fiducia, nunc in extrema neceſſitate peſſun-
 dor. Ad quem ille, Venit, inquit, diſſenſio in populũ, & tumultuantes inter ſe reuerſi
 ſunt in ſua quiſque: alio ergo conſilio tibi eſt vtendum. Confuſis taliter rebus, nuncius
 ille proditor ad ſuos relabitur. Vbi ille abierat, Buthue conuerſus ad ſuos deditiõis cõ-
 filium inierat: tum verſus in obſidentes paciſcitur, ſi deditiõnem fecerint quid ſperent?
 Quibus illi, Nos, inquiunt, aurum & argentum à vobis non expetimus, vitam tantũ

Explorator
 interceptus,
 eos prodit à
 quibus miſte-
 batur.

Buthue in ho-
 ſtis poteſtatem
 deditiõne ve-
 nit.

incolumem & membrorum integritatem pollicemur, armis traditis, vt inermes abeat-
tis. Durus hic sermo est, ait Buthue in suos conuersus: sed quia fames expugnat, etiam
hostibus non fidentum, quid facimus? Quæ sit Wandalis fides expertus scio: tutius e-
rit extrema pati, quàm illorum nos fidei permittere. Quis scit vnde fortasse auxiliū aut
spes salutis affulserit? Socii contra, Conditionem, inquit, quæ nobis ab hostibus af-
fertur, ambiguum plenamq; formidinis esse fatemur: nec tamē reiiciendam putamus,
quum alia via nulla sit exeundi à periculo. Quid enim dilatio proderit, vbi nemo est qui
soluat obsidionem? Atrociorē autem mortem fames quàm gladius affert: meliusque
compendio vitam finire, vbi moriendum est, quàm diutius excruciaci.

*Durum cum
fame certamen.*

CAP. 9. CERNENS Buthue sociorum animos obfirmatos ad egrediendum, cultiora sum-
psit indumenta, & positis armis (vt conuenerat) egreditur cum sociis: transferuntque
pontem biniac bini, arma quæ manibus gestarent, ibi tradentes: atque in hūc modum
perducti sunt in conspectum Critonis. Erat scēmina in oppido, non mediocris inter
Wandalos nominis, quæ mandauit per nuncium Critoni atque proceribus obsiden-
tium, Perditē, inquit, pessimos, qui hac nocte vim plurimam intulerunt contribulibus
vestris scēminis atque puellis, quibus sunt abusi pro libidine. Ea res exasperauit iam cru-
deles, factōq; impetu trucidauerunt facilē inermes armati. Sic periit Buthue cum Bar-
dorum fortissimis: inualuitq; Crito, & prosperatum est opus in manibus eius, obtinuit-
que dominium in vniuersa terra Obotritorum: & attritæ sunt ex illo die vires Saxonū,
& omnis Nordalbingia seruiit homini sub tributo, Holsati, Stormari, Thietmarfi. Quo
tempore ferunt sexcētas familias terra egressas fastidio rerum Wandalicarum, nec an-
tē quieuisse quàm attingerent quem vocant Hartonem, Herciniæ olim syluæ terminū.
Ego quidem, quia in annalibus ista reperio, cum cæteris retexo: sed apud me res fidem
tenuem habet. Nisi familiam dixeris non totam cognationē, sed vnam domum: & hoc
quidem magnum fuit, tot patres cum vxoribus & paruulis & mancipiis emigrare. So-
lebant hoc magnæ nationes, magnis agminibus populariter egredientes occupare no-
uas sedes: quomodo Longobardi, & ante eos Gothi, Huni, Gepidæ Alani, nouissimē
Vngari, & nunc Turci, demum Tartari, & Wandalorum natio suis temporibus fecit in
Aphricam. Sed sexcentæ familiæ ad arma breuis numerus, ad pacatam emigrationem
magna multitudo. Quis verò tam promptē cesserit locū habitaturis in Turingia, quan-
do suis agris quisque inhiat? Poterat tam vasta & syluosa videlicet prouincia, multis in
locis ad cultum, factis noualibus, redigi: vt etiam gauderent incolæ, inuenisse nouos co-
lonos, qui augendis censibus aduenissent.

CAP. 10. HÆC rerum in Wandalia perturbatio magna quidē fuit, sed non erat ea sola: quippe
in omni Romanorum Imperio furens Bellona scēiebat. Rex ipse Henricus III. vbi
ex ephebis euasit, omnia tumultu & vi permisit. Ottonem Bauarum, origine Saxo-
nem, ex genere Ottonum ducatu exiit: omnem Saxoniam, propter illum oppugna-
uit. Quæ res lentiores fecit Saxones ad occurrendum Wandalis: quippe vbi maior vis
ingruebat, eò potissimum sunt conuersi. Pugnam grandem, quam eo tempore inie-
rant Saxones cum rege, ad flumen Imstroth (iam Saxonibus quietis ad tempus, inter-
uentu tractantium de pace, rex autem improuisis illis imminebat) quia in Saxonia scrip-
psimus, eò remittimus lectorem, contenti hoc loco Wandalorum res peragere. Sed ta-
men hoc nobis silendum non fuit: quia vndique erant impliciti rebus Saxones, minus
poterant edomandæ & ad iuga reducendæ Wandaliæ intendere. Quocirca pacem ma-
lam consequuti, in sua duritia perstiterē per omnem fere ætatem qua illis Crito prin-
ceps præerat. Dum tamen à terris pacem experiuntur, à mari non omnino quieue-
runt. Ericus rex Daniæ præerat, Zuenonis naturalis filius, qui auunculo Magno Ka-
nuto (post Knutonem eius filium, & Magnum Norwagiæ regem) successit in Daniæ
regno. Zueno autem quum multos haberet ex concubinis filios, ex legitimo coniu-
gio nullum, eam dedit inter filios moriturus legem, vt à seniore ad proximum transi-
ret regnum, sine respectu (si quos procreassent) liberorum. Igitur maior illi natu inter
filios successit Haraldus: quo per mortem deficiente Kanutus subrogatur, vir iustitia
& sanctitate insignis, in sanctorum etiam numerum post mortem (pro virtute & me-
ritis, quæ miraculis declarabantur) relatus. Hunc excepit Olauus frater alius: cuius
tempora infelicitate quadam insignia fuere per æcis intemperantiam, durante
fame.

*Saxoniæ Hen-
ricus III. ve-
xat.*

*Wandalis cū
Danis res est,
quum Saxoni-
bus eos doma-
re non vata-
ret.*

*Zueno filios
dimittat ex
concupinis ha-
redes reliquit.*

fame. Ericus deinde frater alius, regnum excepit, mortuo per dolorē animi Olauo. Hic
rex proceritate & robore corporis insignis, bellum intulit suis temporibus Iulino clarif-
simo Wandalorum oppido ad mare: quòd Daniæ regno proscriptos foueret, & inde pi-
raticam in Danos cum proscriptis exerceret. Arcta cinxit rex obsidione oppidum, ad-
egitq; habitatores dedere profugos & Dania proscriptos: in quos insigni iussit scēuire
supplicio, quòd patriam impugnarint, & quosdam nobiles in mari captos peremissent.
Nam deligatos ad palum nudari iussit, vētrem in longum nouacula scindi, viscera pro-
fundi, & cor extractum viuentibus ostendi. Pacatæ hoc modo res paucorum suppli-
cio videbantur. Sed Wandali obsidionem suam vlturi, quum rex aliis bellis implicaretur,
Daniā vastant, obuios obtruncāt, & hostilia cuncta scēuientes exercent. In quos se-
cundò ac tertio rex ducens, ad æquas pacis condiciones rem tandem finit peruenire.

*Danus Wida-
los bello cogit
proscriptos de-
dere.*

*Crudele gē-
nus mortis:*

CAP. II. PER ea tēpora Bohemis dux præerat Vratisslaus, patre natus Bitisslao, & matre Iu-
ta, filia Ottonis I I. Præfuit autem post fratres multo tempore, peruenitque ad tempora
Henrici III. Imperatoris: cui tam erat commendatus, vt de prouectione honoris eius
Imperator cogitaret. Moguntia tum cœtum agebat Imperii: aderant frequentes Impe-
ratori regni principes, inter alios & Vratisslaus dux Bohemiæ, iam Bohemis, Morauis,
Polonis, Slesitis Lusatiisq; præfidens. Eam magnitudinē ditionis perpēdens Imperator,
simul & virtutem principis honorans, ad decus etiam Imperii respexit (cui magnificum
erat etiam regibus imperare) decreuit illi regium nomē cum honore: missōq; Gilberto
Treuerorum archiepiscopo coronam tradidit, vt in sua sede, in medio populi, inūctum
& coronatum regem consecraret. Idq; ex dignitate perfectum est: quum tamē ille non
diu superesset honori regio: nam moriens omnia reliquit in manu germani fratris sui
Conradi. Sed iste Conradus, iam annis grauis & quo maturus, delatum quidem regnum
à proceribus & fratris filiis non recusauit, quòd senectū in gente venerabilis habe-
retur, & ob memoriam imperialis sanguinis omnes per ordinem Bitisslai filii (non habi-
tatione liberorum) ducali honore decorarentur. Equanimiter ergo tulere Vratisslai
filii patrum sibi honore præferri, imò & ipsi per modestiam deferebant, quòd illo diu
per ætatem frui non posset. Abstinent tamē regio vocabulo, quòd illi oneris plusquam
honoris inesse iudicaret: moriensque nepotibus, filiis Vratisslai, permisit ditionem: qui
& ipsi regio nomine abstinerunt (incertum qua potissimum ratione: nisi quòd seruitu-
tis sibi iugum sub honoris specie impositum interpretarentur) redieruntq; ad antiquam
ducis appellationem. Quæ ex hoc die perdurauit in quartam generationem, vsque ad
tempora primi Friderici: qui renouato honore, iterum imposuit coronam Bohemorū
duci: quod suo tempore commemorabimus.

CAP. II.

*Dux Bohemia
creatur rex:*

*Regis fratres fi-
lius in regni
successione præ-
fertur:*

CAP. 12. POLONIÆ verò per ea tempora (anni post Christum millesimi quinquagesimi
octau) rex Casimirus, ex monacho princeps, vita decedit: & Bolisslaus filius eius regno
succedit. Proximo autem anno episcopus Cracouiensis Aaron in fata concedit: cui Lā-
bertus (qui & Sula) succedens, insignia archiepiscopatus petiuit. Sed rex Bolisslaus à pa-
tris virtute nimis degenerans, abiit in profundum malorum omnium, religionis con-
tēptor, iustitiæ negligens, qui de omnibus malè mereretur. Sanctum Stanislau, archie-
piscopum Cracouiensem (qui inaudita virtute mortuū exciuit de sepulchro, ad feren-
dum veritati testimonium) rex ad mortem persequutus, martyrio coronauit. Antea ta-
men pro recuperandis terminis regni Poloniæ, quos amiserant patres sui post tempora
Magni Bolisslai proauis sui, suo stipatus exercitu prouincias peragravit, & exteras natio-
nes circuibat, & contra rebelles prælia multa consumpsit. Iam septimus decimus annus
voluebatur, quo rarius in patria, continuus in castris, semper verò apud hostes moraba-
tur. Cōmixtus inter gētes, didicit opera eorū, & seruiuit immūditis eorum: intermisso
virtutū studio, factus est sentina omnium vitiorum. Dumq; audis victoriæ diutissimē ex-
tra patriam moraretur, mora quantū ampliandæ reipublicæ cōmodi afferre videbatur,
tantū postea ingessit discriminis, nobilibus Poloniæ cum rege bellorū occupationib. im-
plicitis. Nam domesticis rebus per absentiam dominorū dilabētib. in vxorib. & filia-
bus sensere detrimēta pudicitie. Nobiles enim Poloniæ, qui cum rege multis erant an-
nis in castris occupati, audita fama domesticorum malorum, zelo acceptæ iniuriæ vin-
dictam meditantur. Inuito rege, nulla impetrata venia domos repetunt, noxios suppli-
ciis excruciant: scēminas, quæ vltro seruis consenserant, pœnis atrocissimis peremerūt.

*Poloni à seruis
idē quod olim
Lacedæmonii
ab Helotis ex-
periuntur.*

Rex verò Bokslaus, post multas strages quas fecit in hostes, elatus in superbiâ, beluâq; ferocis indutus seuitiam, efferatis animis rediit in Poloniam, & in suos bellum ab hostibus intorsit. Fingit desertores suos non in plebē suas esse vltos iniurias, sed regiâ in plebe potestatem ostētas. Ait enim viros sibi non placere, quibus sint magis cordi scēmi-
Poloni in nobiles regni immanitas.

CAP. 13.

VIDENS ergo Stanislaus, Cracouiensis archiepiscopus, quòd crudelem regem ab immani seuitia & sua crudelitate insigni nō posset paterna suasionē reuocare, sed quasi lupum rapacem & beluam scēuiem, in dominicas oues magis ac magis videret desequire, & gladium tyrānidis eius in omnem ordinem digrassari: ascendens ex aduerso, se pro domo Domini murum opposuit, & vt pastor bonus pro ouibus suis animam ponere non refugit. Prēmisa igitur monitione secundum normā ecclesiasticę discipline, primò illi regni per iniustitiam (ni conuertatur) excidium futurum Deo vindice comminatur: deinde, vbi hoc non proderat, anathematis suum distringit in eum micronem, ecclesię quoq; denegat introitum. Sed quid vis apud induratum cor? Corripere potuit, emendare non valuit. Nihil omisit pontifex integerrimus, si qua posset via ad sanā mentem redigere: sed magis exasperauit quàm emēdauit. Quæ res pōtifici fuit exitio. Priusquam tamē exitum attingamus, proderit sanctissimi viri infigne miraculum inferere, omni commemoratione dignissimum. Emerat ille ecclesię & pauperum vsibus prædiū à iusto domino, pretiumq; numerauit, adhibitis (pro cōsuetudine regni) testimoniis, & possedit. Interea vēditor rebus excessit humanis. Hæredes illius post interuallum, apud regē instituta in pōtificem querela, quòd hæreditatis suæ partem teneret occupatam, litem mouent. Pontifex iustam interuenisse emptionem pretiiq; solutionem obtendit: illi pernegant exolutam pecuniam, credere recusantes. Circūspexit pontifex testimonia quibus vteretur ad veritatis ostensionem. Nonnulli ex iis qui affuere, iam mortem obierant: alii malignitate aut timore se subtraxerant. Stabat solus pontifex: iussus testes cum documentis producere, aut prædio cedere, postulat paucorum inducias dierum, cogitabūdu quid faceret: nam ecclesię & pauperum causam omittēre graue duxit: inuitos ad testimonia pertrahere non potuit. Fiducia iustitię suæ respexit in Deum, & oratione cum lachrymis profusa tumulum adiit ante quadriēnium defuncti venditoris, & emoueri iubens cum terra lapidem, quasi præsentem & viuētem alloquitur, Quia, inquit, Petre (hoc illi nomen erat) periclitatur te absente ecclesię & pauperū causa, surge & perhibe veritati testimonium. Affuerūt multi exitum præstolantes. Nulla interposita mora surgit mortuus, & vt erat vix linteo cinctus, palatiū cum archiepiscopo petit: & aduocato aduersario, apud regem, ad quod venerat perhibuit testimonium, accepto se à pontifice iusto pretio, ecclesię prædium tradidisse. Stupore conterriti qui viderāt & audierūt, inaudito antè miraculo. Pontifex peracto testimonio, testem suū reducit ad tumulum, & commēdato precibus homine, redeundi vnde venerat permittit licentiam. Ille compositus tumulo iterum obdormit. Aduersarius cum rege, maleficiis deputauit diuinam quæ apparuit virtutem, nihilo facti mitiores.

CAP. 14.

TALEM actantum pontificem rex tum non solū increpantem contempsit, sed ad mortem est vsque insectatus. Nam paternæ correctionis tyrannus impatiens, quasi lignum tortuosum & aridū, facilius frangi quàm dirigi potuit: ad deteriora conuersus, maiori vāsanā induitur. In ecclesia igitur sancti Michaelis de Rupella, sancto pōtifice diuina celebrante, & patrociniā sanctorū aduersus pericula implorante, iuxta aram, in infulis, non ordinis, non diuini officii, non loci, nō temporis, non diuinæ maiestatis habitatione, nec reueritus vbiq; videntis Dei præsentiam, ab ara iubet antistitem trahi. Ad quem satellites atrocissimi quōties irruere tentāt, diuina virtute retropulsi retrocedunt, tertio prostrati mansuescunt: quos tyrannus ad fores ecclesię fremens obiurgat, indignantissimè dicens, O degeneres & ignaui ad vnum trahendum sacerdotem! Deinde irruens ipse in christum Domini, manus iniicit violentas: mox irruūt sequuti dominum

minum milites, frustatimq; cæsum discerpunt, foras mittunt partes corporis canib. vorandas. Sed Deus omnipotens, qui in sanctis suis semper est mirabilis, ad declarāda sancti merita, conseruandasq; sacri corporis reliquias, cœlestes ac terrenas subito deputat custodias. Ex quatuor namq; partibus cominus Wislæ quatuor sunt visæ aduolare aquilæ, quæ sublimius locum passionis circūuolitantes, à contactu sacri corporis abigentes volucres aliasque aues sanguipetas. Hac verò nouitate miraculi adunati, ac zelo deuotionis homines plurimi accensi, sparsas membrorum particulas colligere gestiunt. Ad locum passionis properant miraculo magno, corpus antè discissum reperiūt integrum: multisque conditum aromatibus reponunt in basilicam. Erat autem annus post mille octuagesimus septimus. Bolislaus autem rex iam Deo hominibusque iuxta perosus, in Vngariâ expellitur: anno autem propulsionis suę secundo inaudito languore correptus miserabiliter interiit. Mescio autem filius eius cum eo actus in exilium, in primo pubertatis flore periit veneno: & perinde domus tota sanguinari principis corruit. Hæc de Polonia breui inserta hunc locum teneant: cetera vbi incurrunt, suis temporibus inferemus. Diligentiolem tamen narrandarum rerum curam Polonis de suis annalibus referuamus, quos iam credo apud illos constare plenissimos, & pro temporū ratione magis ac magis inclarescere. Iam enim diu Polonia cœpit inter illustria Christianitatis regna non in postremis numerari.

IN solo quoque Wandalico marchia Brandenburgensis fundata, à nobis præteriri non debuit. Eam quippe suo superius loco, & in Saxonia nostra, ab Henrico eius nominis I. institutam ostendimus, insignem nunc Germaniæ, & iam Saxonie connumeratam. Coaugmentata quippe est, & honore dudum electuræ honestata, incertum tamen à qua memoria. Nam quum de electione Imperatoris Otto I. cum Gregorio V. suo pontifice constitutionem illam edidisset, Brandenburgensis marchio angustè habitabat, nec erat magnus inter magnos: vt illi tum, contemptis Bauaris & Sæuis & Francis ducibus, electura deferretur. Saxonia verò inde nomen magnum habuit, quòd quatuor continua successione Imperatores edidisset, Henricum, & tres Ottones: nec voluit Otto ille I. domus suæ rationem intermittere. Sed de Brandenburgensi marchione non immeritò quærimus. Nimirum habuit princeps ille rationem eius principatus nō sine magna causa, quòd iam superioribus Alemannis pro sua dignitate consultum videretur, qui iam comitem Rheni Palatinum (vtique ducem Bauariæ) cum tribus archiepiscopis in sua natione tenere crederetur. Ducis Saxonie stabilire curauit authoritatē, iuncto illi marchione memorato, qui non contemnendum tum principatum tenebat in solo Wandalico: qui tamen sub Henrico II. (quod diximus) insigniter attereretur: vt Theodericustum marchio, omni per Wadalos exutus ditione, in Magdeburgo priuatam vitam & duceret & terminaret: inuisus nimirum cæteris principibus, quòd eius tumultuationis author diceretur, per contemptum principis Wadalorum (quem in honesto conuitio amaricauit) & esset tamen de principibus ille Saxonie optime meritus: quod suo loco supra ostendimus. Sed rerum gestarum in hac prouincia diligentiolem explicationem relegamus in eius prouinciæ habitatores, quos habet illa ciuilitate doctissimos: vt de annalibus suis (quos illos audio tenere copiosissimos) promant quæ que cognitu dignissima: ne tamen fabulas pro veritate edant, diligēter & ipsi curabūt. Nam primordia antiquitatum in hac gente (quod sæpe quæsi sumus) fabulis & inanibus anilibusque naniis sunt plenissima.

IVVAT intueri requirereque, vnde traductum sit nomen Marchiæ atq; marchio- nis. Qua in re ridiculus est qui feudorū vsus conscripsit. Pollicetur enim in titulo docere quis sit marchio: & vbi ad rem ventum est, ignotum per ignotum conatur ostendere. Marchio, inquit, est qui tenet Marchiā: at quæ sit Marchia, & vnde dicta, debuit explanare. Marchionis quidem vocabulum veteribus incompertū est: nisi quis modernorum renouans antiquitates, illuc inserat nouum vocabulum. In nostris quoque annalibus nullam eius verbi legimus mentionem ante primum Henricum Saxonem, Romanorum regem: qui primus domitis Danis ad oppidum Sleswicum, quum eò transtulisset Saxonū coloniam, imposuit regioni præsidem, quem appellauit marchionem: & illi regendos tuendosque regni limites imposuit prouinciam, quasi duci limitaneo. Indo quoq; quæ ordinata per illum prudentissimè Saxonia, constituisset qui agros colere,

Stanislai corpus eiecit ab aquilis defen- ditur, & inter- grū reperitur.

1087.

CAP. 15.

Brandenburgensis quando elector esse cepit.

Saxonia 4. continuos edidit Imperatores.

Theodericus Brandenburgensis ditione pulsus.

CAP. 16.

Marchia & marchio vnde dicantur.

Episcopus in regem improbum gladio sibi commissio pugnat.

Excitatur mortuus, & testimonio dicto tumulo reconditur.

Stanislaus in su regis maclatur.

qui sequi tenerentur in militiam (quum quintum quēq; quatuor in agris remanentes sumptibus & armis expedirent, illumq; durante militia alere iuberetur) vires quas perinde in Vngaros comparauerat, primum in Wandalos statuit exercere, tyrociniū hoc reputans maioris militiae: duxitq; in metropolim gentis Brandenburgum: eamq; obsedit per brumam in glacie, & oppugnauit constantissimè, & exhaustis obsessorum viribus, consumptisq; cōmeatibus etiam expugnauit: collocauitq; in ea primus marchionem, qui prouinciam tueretur armis quæsitam, & auferre contenderet in diem: & quam Romani simili ex causa dixere prouinciam, ille appellauit Marchiā. Mecum diu reputās, multaq; circumspectans, nihil reperio de nominis origine probabilius, quàm vt ex vulgari Saxonum ductum esse credam: vt fit in aliis quoq; nationibus, vt vernaculæ 10 linguæ quædam nomina inferantur Latinis, *Latiumq; beetur diuine lingua*. Marchiam autē vocant vulgò Saxones districtum vnius villicationis aut ditionis (inde *Veltmarke* nomē duxere) vt tum Marchiā dicerent Saxones, eam prouinciam quam sui iuris esse per arma sunt consequuti. Inde præfidi nomē inditum, vt marchio diceretur, qui illi ius diceret. Sic in Dania ad Sleswicum (vt diximus) marchionem constitutum, ita & in Wandalis per eundem Henricum regem, Marchiam illam suo marchioni deputatam: indeque fluxisse nomen, vt deinceps aliæ quoque prouinciæ hoc vocabulo in simili principatu vterentur, dicereturq; marchio Misnensis, Badensis, Stirie, Morauie in Germania: & in Italia, Teruifina, Anconitana, Mātuana, Ferratensis, & si quæ sint aliæ ibi Marchie. Soleo quoque Marcomannorum nomen ad eandem referre originem. Vocant enim vulgò 20 Marcomannos, gentem vndecunque confluentem in vnam ditionem. Mannos autem quid vocent Itali, per imperitiam linguæ Germanicæ, tenemus. Vocant enim burdones aut veredos (hoc est ex equa & asino natas bestias) mannos. Sic apud Horatium Acrō interpretatur. Sed docet Cornelius Tacitus (quod ex Beroso sumpsit Babylonio) Mannum esse Germanorum parentem Deum: quod tamen Berosus nō astruit, mortalem ex mortalibus deriuans. Mannus Tuiscone natus genuit Sueuum, Gambriuum, Marsum, Hunum, Wandalum, filios, Germanicæ nationis propagatores: mansitq; honor nominis in gente, vt bene marem & valentem virum *Man* appellemus etiam hodie Germani. Marcomanni autem tum pro suo robore dicti sunt Wandali, quū eos oppugnaret Imperator Marcus Antoninus: quod suo loco diximus. Hæc sine præiudicio 30 melioris sententiæ, candide lector accipe: & si quid habes probabilius, fac commune, vt mittatur in posteritatem. Nos enim luimus damna incuriosæ vetustatis, quæ nobis pauca reliquit ad memoriam suæ veritatis.

Incuriosa vetustas.

CAP. 17.

Marchionum Brandenburgensium origo inuestigatur.

Locus annaliū profertur.

COMMEMORANT præterea nostri annales, fuisse marchiones qui tenuerint comitatum Stadensem atque Thietmarsiam: qui si pariter fuerint quoque Brandenburgenses, non satis explicatur in annalibus. Tradūt enim Idam nobilem fœminam, natam fratre tertii Henrici Imperatoris, ex germana sorore Brunonis, tum summi pontificis Leonis I X. ex Sueuia in Stadensem comitatū per hæc tempora peruenisse, & in Elltorp habitasse, mortuo primo eius marito, Lupoldo, duob. post inuicem nupsisse comitib. Thietmarsie, Dedoni & Ethelero Albo, quorum vterq; in Thietmarsia comes, in eadē 40 gente cæsus occubuit: ex quibus nati filii magnam nobilitati posteritatem reliquerunt: inde natos comites de Aldenburgo, & de Lukow, multosq; alios. Sed Idæ hæreditas, ea moriente, peruenit ad Vdonem marchionem, qui comitatum tenuit Stadensem, & ab illo ad Vdonem filium, & inde ad illius filium Henricum. Secūdo Vdoni frater erat Rodolphus, qui Soltwedel teneret. Inde coniectura est, vnam fuisse familiam marchionū, quorum alter teneret Brandenburgum cum appendiciis suis, alter comitatum regeret Stadensem cum Thietmarsia. Ipsa annalium verba ad fidem ponenda sunt. Comes, inquit, Rodolphus, nimirum primi Vdonis filius, secūdi Vdonis frater, rem diu possessam (de comitatu hoc dicit Stadenis) leui testimonio non se permittens, quum in manu valida venisset, Fridericum (qui Stadiū peteret) abduxit, & Soltwedel incarceratione 50 nec Imperator (is erat Henricus V.) ne ignominiosè frustra datum ab Friderico aurum haberet, eum carcere absoluit: & multo tempore, quia reditus ad propria nō patuit, secum detinuit. Et infra, Quum igitur Henricus marchio (is erat secundi Vdonis filius) vacuum nomen principatus gestaret, & Fridericus tam domini sui rebus, quàm eis quas variis modis cōquisierat, afflueret: ex deliberato comes Rodolphus (is tenebat Soltwedel)

del) & nepos suus Henricus marchio iuuenis, cum multa militia Stadium properat. Sed Fridericus audito eorum introitu, ex altera parte oppidi fugit. Principibus ergo Staden 10 sibus quæcunq; in Friderici possessione fuerant, vendicantibus, Luderus dux Saxonie, postea Imperator, castrum Vorde ædificauit: & totius ducatus Saxonie vires ad Fridericum restituendum informat. Hæc sunt annalium verba: quæ quod requirimus produnt, eandem fuisse familiam marchionum in Soltwedel & Stadio: quorum originem ostendimus in Saxonia, quum de Stadio specialiter loqueremur. Quum ergo Henricus marchio puer sine hærede decederet, rediit comitatus Stadenis in Rodolphum. Is filios reliquit Rodolphum alium, in Thietmarsia cæsum, & Hartwicum maigrem Bre- 10 mæ præpositum, inde archiepiscopum. Hac autem marchionum stirpe in nouissimo Rodolpho finiēte, Thietmarsia venit per Hartwicum eius fratrem ad ecclesiam, quum ille vicissim ab ecclesia caperet Stadensem comitatum: qui & ipse quoque morte illius rediit ad ecclesiam. Sed tum Henricus Leo multa molitus, se de vtroque immiscuit. Soltwedel verò rediit ad Ottonem de Balenstede & Anholt comitem, Alberti marchionis, cognomento Vrsi, patrem: qui ab imperatore Conrado assequutus de Brandeburgo principatum, permisit Henrico Catulo, duci Bauaricæ, Leonis patri, Saxoniam: 20 quæ in Saxonia plenius sunt explicata.

Fridericus fugit.

Bremensis ecclesia Stadium et porro Thietmarsiam possidet.

Henricus Catulus.

CAP. 18.

SE D ad nostros inde maritimos Wandalos reuertamur. Crito enim per ea tempora Obotritorum, Wagriorum & magnæ partis reliquæ Wandaliæ princeps, rem gerebat plena in Wandalis potestate, ad cōtemptum vsq; Magni ducis Saxonie: qui diu frustra contra illū colluctatus, nihil profecit: quum oppresso (quod diximus) Buthue, maiore Godscalci filio, Saxonibus fœderato iunior Henricus ad Danos materni sanguinis sibi propinquitate deuinctos peruenisset. Interim Crito persequitur Christiani nominis acerrimus, imperiū in suis gerebat. Hic veteri Lubica ad Zuartow posthabita, paulo superius ad ripam eiusdem fluminis Trauenæ noua cœpit moliri fundamenta nouæ 20 vrbs, lōgè commodiori loco, inter lacum Wokenissæ & eundem fluuium, vt vtroque ab latere esset irrigua ciuitas. cuius loci opportunitatem iam ab antiqua memoria Cimber conspicati, quidam ex eius gentis ducibus ibi iecit nouæ vrbs fundamenta. Sed neque Cimber neque Wandalus multum sua molitione profecerunt, dilabentibus breui 30 & euanescentibus initiis cœptæ vrbs, per bella tonantia aut alias auersiones. Seruatum est hoc decus Adolpho, eius nominis I. de Scowenborg & Holfatia comiti: qui extructam ibi vrbs, renouatis veteribus fundamentis, ad ea perduxit incrementa, vt inuidiam faceret authori nouum opus in oculis ducis Saxonie, qui tum esset per omnē regionem & Saxonum & Wandalorum potentissimus. Cuius rei suo in loco & tempore meritam introducemus mentionem: nunc autem ad tempora quæ in manibus sunt reuertentes, exequamur Critonis Wandalarū principis facinora. Lucubatur ille assidue aduersus ducem Saxonie Magnum, & multis laboribus se defendit, ne rediret ad iuga Christianismi & tributorum. Facileq; fuisset religionē reparare, si in animum inducere potuissent principes temperare impositis oneribus. Sed dum illi inhiat tributis, Wandalis vno pariter odio & religionem & seruitutem refugiebant. Ita factum est, vt omni quo Critonis in duritia sua Wandali, Obotriti Wagriiq; permanerent. Adiuuit illam hominum pertinaciam temporis malitia, quod Romani Imperatores Henricus I I I. & 40 V. infensi Saxonibus illos persequerentur, & implicati ecclesiasticis turbationibus, quod à summis pontificibus execratione & maledicto laborarent. Vnde factum est, vt duplici illa de causa minus intenderent propagandæ inter Wandalos religioni. Poloni tamen Christiani principes, Bolislaus, & qui sequebantur eum, faterentur conterminos Wandalos in ditione Pomeranice ad iuga Christi cogere. Vnde factum est, vt ad orientem prius quàm in nostro occiduo ad Christum Wandali peruenirent.

Nouæ vrbs fundamenta à multis repetita.

Cur Wandali Christianismū fugerent.

Vtraq; causa hodieq; nimis vera est.

CAP. 19.

Henricus Wandalus in Dania exul.

Crito iam in suo principatu consenuit. Henricus autem, Godscalci filius, diu in Dania delituit, expectans si fortè Saxonie dux contribulibus suis edomandis conualesceret. Sed quum nihil inde cerneret procedere, ad amicos paterni generis, quos habebat in prouincia, & literas & nuncios crebrius missitabat. Vbi eam rem satis præparasse videbatur, egressus Dania reuersus est in terram patrum suorum: nec fidebat armis oppugnare hostem, dolo & insidiis aggressus est. Non enim vsque adeo caruit amicis,

quin superessent qui illum inuitarent in patriam: & si occasio bene gerendæ rei fuisset, aut certè periculū ei capitis imminere vidissent, pro illo suscepissent arma. Crito tamē sibi ab illo metuēs, introitum omnem illi intercludere pertentabat. Henricus autē colle-
In patriam vi reditum sibi parat.
 lectis de Dania atq; amicorum in Wandalia ope nauibus, Aldenburgum à mari oppugnans cepit: & omnem maritimam Wandalorum prouinciam vastans, infinitam inde prædam abduxit. Quumq; hoc secundò & tertio iterasset, factus est timor magnus ab illo omnibus vicinis Wandalorum populis infulas & littus maris habitatibus: adeo ut ipse Crito iam senex, iam armis defuetus, & laboribus impar, præter spem Henricū ad pacis æquas cōditiones videbatur admittere: & concessit regresso villas ei opportunas ad habitandum. Nec tamē sincera erat senis intentio: virum enim fortem & bellis in-
Critone interfecto ditionem occupatam recuperat.
 fuetum, quē vi nequibat, fraude conabatur opprimere. Vnde etiam per interualla temporum accuratis (de more gentis) cōiuiis animum eius explorabat, pertentans opportunum insidiis locum: at illi ad cauendum nec consilium nec doli deerant. Nam domina Sclauina, Critonis coniunx, affectior erat Henrico quàm Critoni par esset: perinde sepius hominem præmonuit, denunciāns collocatas sibi insidias. Deniq; maritum iam vetulum exosa, Henrico (si fieri posset) nubere constituit, si Crito esset de medio factus: nam Henricus cōiuge vacabat. Vnde factum est, ut instinctu eiusdem fœminæ, Henricus Critoni vicem redditurus humanitatis, inuitauit illum ad conuiuium. Quem multa potione temulentum, quum triclinium in quo sunt conuiuati, vir statura procerus, iam incuruatus egrederetur, Danus quidam securi percussus strauit: & eodem ictu caput
20
 auulsit. Mallem alia opportunitate perdidisset, nō deos hospitaes violasset. Sed incidit ille in foueam quam fecit: qui enim crebrius domi suæ Henrico tetēdisset insidias, quid mirum, si patiatur quod primus intentauerat? Et accepit Henricus, ut pacta erat, Sclauinam coniugem: & obtinuit principatum paternum in terra, occupauitque munitiones quas antè habuit Crito: & reddidit hostibus suis vltionem.

CAP. 20.

ACCESSIT autem Henricus ducem Saxoniarum Magnum, fretus cognatione quæ illis esset de maternis lineis. Natus est enim Magnus filia regis Daniæ atque Norwagiæ Magni, qui patrem habuit Olauū, in sanctos relatum. Et magnificatus est Henricus apud ducem, fecitq; illi iuramentum fidelitatis ac subiectionis, quod solebant Wandalicæ principes ab olim principibus Saxoniarum. Sed & Nordalbingorum populos, quos Crito
30
 vehementer attriuerat, iste conuocauit in vnum: & iniit cum eis pactum & fœdus solidissimum, nulla bellorum tempestate conuellendum. Et lætati sunt Holfati atque Stormari, cæteri q; Saxones Wandalis contigui, eo quod corruisset hostis eorum acerrimus atque infestissimus, qui cladibus & captiuitatibus terram vexasset diutinè: iuncti q; sunt Henrico iusto principi ex animo, cum illo & pro illo parati extrema subire, priusquam diuellerentur. Audientes ergo vniuersi Wandalorum populi ad orientem & austrum, quod surrexisset inter eos princeps qui diceret subeundas Christi leges, patrem habēs qui in eam causam periisset, indignati sunt: conueneruntq; omnes vna voluntate & eadem sententia, ut pugnarent aduersus eum, alium sibi principem statuentes de genere Critonis, qui erat nomini Christiano & Saxonum generi semper infestissimus. Nūcia-
40
 tumq; est Henrico quia egressus est orientalium Wandalorum exercitus ad prælium, ut illum denuo pelleret. Misit nūcios suos ad ducem Magnum, & fortissimos Bardorum, Holfatorum, Sturmariorum atque Thietmariorum: qui omnes occurrerunt prompti animo, & progressi sunt in terram Polaborum, in campum qui dicitur Smilow, vbi exercitus hostilis erat diffusus super latitudinem terræ. Videns ergo Magnus quia exercitus Wandalorum grandis est & armis instructus, dubitauit congregari. Protractumq; est pugnæ tempus à manè vsque in vesperam: eo quod internuncii tentarent prælium conditionibus dirimere, dux quoque expectaret manum validā militum, quos iam iamq; superuenturos sperabat. Factum est autē circa solis occasum, & ecce speculator ducis nunciat militiam armis instructam eminens accedere. Quo nuncio dux factus alacrior, exhi-
50
 larati Saxonum animi: sublatoq; clamore aggressi sunt hostes: & inito prælio interrupta est acies Wandalorum: dissectiq; fuga salutem quæsierunt. Et facta est victoria illa Saxonum celebris & memoria digna longæua: eo quod affuerit Dominus credētibus in se, & concluderit multitudinem hostium in manu longè minoris exercitus. Referunt qui interfuere prælio, quia solis splendor iam occumbentis Wandalorum oculos in cōgres-

Magnus Saxo paucioribus copis Wandalos profligat.

su adeo obtunderet, ut omnino cæcutierint, fortissimo Deo hostibus suis in minimo præbente magnum offendiculum. Seruieruntq; ex illo die omnes illæ orientalium Wandalorum nationes Henrico sub tributo. Factus est deinde in omni sua gente clarissimus Henricus, præcepitq; populo Wandalorum ut coleret quisq; agrum suum, extirpauitq; latrunculos & viros desertores à terra: cæterum de religione verbū nullum. Sciebāt obstinatissimos eorum animos, & inextricabile odium in religionem, quod grauis tributorum exactio, semper Christianismo sociata, exaggerabat. Nordalbingi autē, qui latuerūt hactenus in præfidiis, exhibant in terrā excolendam, diffusi per villas & antiquas possessiones. Et reædificatæ sunt domus & ecclesiæ in prouincia Christiana, bellorū tēpestatibus subuersæ per eam prouinciam. Porro in vniuersa Wandalia necdum erat ecclesia nec sacerdos, nisi in veteri Lubica, eo quod Hæricus cū familia ibi crebrius moraretur.

Religio curta egre apud Wandalos restituta.

CAP. 21.

QVVM autem dux Saxoniarum Magnus per ea tempora rebus excessisset humanis, nulla relicta prole mascula, sed duabus tantum filiabus: quarum altera nupsit Ottoni de Balenstede & Anehold ac Berneborg comiti (qui etiam magnā marchionatus de Brandeburgo possedisset partem) altera Bauariæ duci Welpo, quem Latine vocant Catulum: Henricus eius nominis III. (ad quem feudali iure ducatus est reuolutus) dedit Saxoniarum ducatum Ludero comiti, viro fortissimo, qui etiam postea peruenit ad Imperiū. Ad illum verò deuenit ducatus, quod iam magnam prouinciæ partē ex dote, & aliquantam paterno iure teneret: quod in Saxonia plenius explicuimus. Accidit autē in dieb.
20
 illis ut latrunculi Wandalorum venirent ad prædam in Stormariā, abegeruntq; iam captam de iumentis & hominibus, non longè ab Hamburgo. Dissimulasse vicinos Wandalos absente Henrico crediderim, ut ex interiore Wandalia (quam veteri nomine etiam nunc Prignissam vocant) prædam agerent: quo modo in hūc vsq; diem res eisdem locis est perpetuata, permanebitq; post ista secula: quia hoc cælum nō aliud genus quā confuevit, procreabit. Ad vocem autem clamoris surrexit comes eius ditionis Godfridus cum aliquantis suorum, & persequutus est latrones. Sentiēs autē quia multi sunt, substitit aliquantisper, ut colligeret manum militum paulatim sequētium, & accedentiū agmini. Obuium autem habuit virum rusticum, cuius vxor & filii capti abducebātur. Is dolore suo concitus comiti ait, Quid trepidas? quos expectas ignaue ductor? Cor tibi pauidum, non virile. Certè si te calamitas, quæ me, premeret, vxorem & filios in captiuitatem trahi cernentem, non ita cunctatio remoraretur. Propera, festina, siquid tibi est animi: libera captiuos, siqua in re famæ tuæ per reliquum vis esse consultum. His inflāmatu stimulus vir fidelis, concitò insequitur prædatores. At illi post se reliquerūt insidias, quum fugerent. Quas quum præterisset insequutus fugientes, surrexerūt, & interceptum virum in medio circumfusæ multitudinis oppresserunt: nec enim plures viginti erant in armis viri: & abierūt Wandali cum præda in viam suam. Prouinciales autem per interuallum insequētes, repererūt cadauer oppressi comitis, capite defecto: quod postea multo precio redemptum, in patriis reconditum est sepulchris. Comitatum autem vacantem dedit Luderus, dux Saxoniarum, nobili viro Adolpho de Scowenberg comiti:
40
 fuitque sincera pax & intelligentia mutua inter Adolphum memoratum, & Henricum Wandalorum principem.

Magno mortuo Ludero Imperatoris beneficio succedit.

Prignissā latronibus semper infamis.

Godfridus à Wandalis latronibus, quos insequatur, interfectus.

CAP. 22.

PER quæ tempora, quum sederet Henricus memoratus in veteri Lubica quietus, improuisus venit à mari exercitus Rugianorum: subuectiq; per Trauenam, obsederūt urbem. Rugiani autem populus crudelis & superbus, qui principatum sibi totius gētis arrogabat, propter fanum toti gēti celeberrimum, & propter locorum difficultatē ad eundorū: habitant enim in corde maris. Augebat eos recens Hærici memoria, & quod Christianus ipse Saxonibus Christianis esset coniunctus: hæc belli erant incitamenta. Gentes quas armis subigunt, fano suo faciunt censuales. Maior flaminis quàm regis apud eos est veneratio: quā fors ostenderit, mittunt exercitum. Victores, autē & argentum in ærarium Dei sui cōferunt: cætera inter se milites partiuntur. Venerāt igitur Lubicam, per eam transeuntes, Wagriam in suam potestatem reducturi. Henricus autem intrepidus præfecit ciuibus & populo virum fortissimum, ad defensionis incitamentū, ut propugnarent, & obsidionem paucis diebus tolerarent: ille auxilia contracturus, nocte media solis duobus comitibus egreditur, cōstituto termino quadridui, & designato loco in quo se videndum præberet: quod si fortè spes auxiliorum nulla esset ex Holfatia,

Rugiani idolo latræ Lubicæ obsident.

Henricus cum auxiliis Rugianos hostes adortus delet.

neq; se ad locum & diem ostentaret, tum sibi quisq; cōsuleret. Egressus in *Holsatiam* & conterminos populos, contraxit plurima equitum peditumq; auxilia: & ad præfinitum tempus & locum sese ostērans exhilarauit suos, qui antè mœrore tabescebant: audierāt enim vano rumore Henricum ab hostibus interceptum. Recreati, fortiter sustinuerūt oppugnationem. Henricus autem magna dissimulatione, quàm potuit occultissimè exercitum suum circumduxit, ne ab hostibus persentiretur: & à mari præmissis equitibus admouebat agmen, hoc quod acciderat animo voluens, ratusq; futurum. Rugiani cernentes à via maris procedere equites, suos arbitrati (quos expectauerant) gratulabūdi prodierunt de castris obuam, vt exciperent venientes cum lætitia. Henricus quadrato agmine lentus incedebat, vt pedites secum traheret. Vbi omnia constitere ex sentētia, turbidus irruit in hostes: & primis conculcatis, vbi ad arma peruenerāt, inito conflictu grauissimam cædem stragemq; peregit in Rugianos. Alii fugientes in nauium receptacula, demersi sunt: paucissimi fuga elapsi, nauigiis cladem nunciauere. Seruat mons nomine suo victoriæ memoriam, Raneberg etiam nunc dictus (nam Rugiani etiam tum dicti sunt Rani) ibi enim congesta cæforum cadauera tumulabantur. Magnificatus est Deus in manu Christianorum in die illa: statueruntq; vt dies Calendarum Augusti celebretur annua commemoratione eius victoriæ. Ex quo die Rugiani facti sunt Henrico tributarii, quo modo Wagrii, Polabi, Obotriti, Kissini, Circipani, Luticii, Pomerani, & vniuersæ Wandalorū vsque in Poloniam nationes, quæ sunt inter Albim & mare Balticum, & longissimo tractu ascendunt ad terram vsque Polonorum. Super omnes hos imperauit Henricus vocatus rex in omni Wadalorum & Nordalbingorum prouincia: quamuis ille per modestiam honorem sibi regium non arrogaret. Sed quid facies blandimentis subiectorum præsertim in barbarie? Hæc de Helmoldi sunt testimoniis ad fidem etiam verba posita, vt fidelius veritas videatur.

Henricus ditione amplifficata regio tamen nomine abstruet.

CAP. 23.

Brisani ex Stoderani in Henricum rebellant.

NEQVE tamen omnibus modis quietum erat Henrici in Wandalos suos imperium: nam Brisani atq; Stoderani, qui Huelbergum & Brandenburgum habitant, rebellionem ostenderunt. Visum est Henrico præuenire moturos in se. Ergo cōtractis Nordalbingorum auxiliis, suisq; perarmatis, concitò mouit in rebelles, & obsedit oppidum Huelbergum. Creuitq; obsidio assidue, accedentibus nouis supplementis ex omni ditione eius, præsertim Obotritorum, qui patrio illi iugo erāt obnoxii. Dum Hēricus obsidionem vrgeret, filius eius Mistiwoi, iuuenis impiger, quum audisset & ille laicos suæ gentis populos (qui & Ligones appellātur) umultuātes parare rebellionem, assumptis ducentis ex Holsatis armigeris, & trecentis Wadalorum agminibus expeditioribus auxilio, concitus mouit in eos: & per inuias paludes & loca nemorosa improuisus irruēs, magnam egit prædam iumentorum: quam quum educeret, conglobati indigenæ omni qua poterant multitudine, se obiecerunt egressuris ad locorum angustias. Ibi prælium inuenit: sed erat victoria Mistiwoi & tuorum. Nam cæsis plurimis aliquot etiam cepere captiuos, inter quos eius gentis principem: & cōtinuato itinere ad Henricum patrē victor filius cum ingēti præda regreditur. Grauatur inde oppugnatione, auctis viribus. Sed Brisani sibi diffidentes, quum Henrici semper vires auerentur, illorum semper decrederent, facto interloquio deditioem fecerunt: & datis obsidibus, Henrico se in reliquum imperata facturos sponderunt. Quo etiā tempore alius ex filiis Henrici Waldemarus, æmulatione fraternæ victoriæ incitus, quum fortè tributis exigēdis immineret grauior quàm illi ferrēt, Rugian⁹ populus infrenis & iugi impatiens (vt qui aliis imperare consueuisset) exactorem oppresserat. Pater iustæ vltionis iram colligens, magnū ex omni Wadalia armorum & exercitus fecit apparatus in Rugianos. Accessere mille sexcenti ex Holsatis Sturmariisq;, Henrico semper voluntarii. Henricus suo agmine præcessit, vt primus pericula pertentaret. Saxones memorati, trāsmissis amne Trauena, per Polabos, Obotritos, Kissinos, longo itinere (pacata tamen vbiq; sub Henrici Imperio terra) ad oppidum Wolgast, Henricum opperietem inuenere. Ille delectatus agmine instructo auxiliorum, compellendos putauit, hac aut simili vsus oratione.

Brisani deditioem faciūt.

Expeditio Hērici in Rugianos ob Waldemari filii cædem.

CAP. 24.

Henrici ad milites oratio.

MAGNA mihi semper, viri commilitones, fiducia de vobis creuit in hunc vsq; diem, quum vos ne longinqua militia pro me suscepta fatigarit. Quid vobis, quid generi vestro debeam, non ignoro: idq; libens, dum spiro, votis omnibus & viribus equar vicem reddere gratitudinis tantæ in me meosque alacritati. Sed quando vos

armorum

armorum præfides paratos habeo in pericula socios, cur non etiam consiliorum participes facio, viros integritate & fide præstantes? Hac quæ præterit nocte Rani me nunciis sunt adorti: pœnitentiam peractæ necis prætendentes, culpam in paucos sceleratos refundunt. Itaque mortem filii ducentarum marcarum pretio æquandam afferunt, in reliquum imperata facturi. Quid igitur fortissimi viri facio? Quæ animis vestris sententia sedet, quæso paucis edicite: oblatas cōditiones suscipimus, an minimè? Tum breui interim facto colloquio, Saxones præfectum suum iubent edicere, rem non obscuram in clyte princeps refert in consilium, nostræ non indigam discussionis. Arbitramur autem non tam te dubitare quid facias, quàm explorare quo in te simus animo. Nemini nostrum videri potest dubium, charissimam tibi sobolem nullo pretio licitādā: raceamus, vt ad exilem æris summam ab occisoribus sinas æstimari sanguinem nullo ære æquandum. Hanc enim facinorosorum æstimationem, irrisionis magis formam quàm veræ pœnitudinis satisfactionem, præferre arbitramur. De nobis autem quid sentias, sic habeto, Ad prælium pro te tuorumq; iusta vltione subeundum venimus, non ad hostium ludibria toleranda. Si nos consulis, aut sequeris præcedentes, iustam in contumeliosos hostes vindictam suademus, non verbo modò, sed facto iniuriā tuam vlturi. Pōtem tibi strauit vindex iniuriæ suæ atque tuæ Deus (erat enim brumale tempus, glacie vndique constricto mari proximo) vt ere & armis nostris, & deditissimis tibi semper manibus. Ille vbi gratias habuit fideli cōsilio, fortiq; promisso, & iustæ commonitioni, agmina sua prior ipse promouit, ducens in hostes.

Saxonum ad Henrici postulatam respōsio.

CAP. 25.

TRANSMISSIS ergo syluis atque arundinetis, in conspectu habuerunt hostilem terram, & mare subiectum oculis. Tum Wandalorum agmina, quos ad arma Hēricus deuocauit, in littore retenderunt: volitabāt signa militaria per singulorum cōhortes tribunorum & præfectorum. Egressi duces (sic enim Henricum regio dignabantur honore) regem suum salutauere, gētili more in terram inclinātes: peregrinumq; exercitum Saxonum demissis capitibus honorauere. Tum actum in concilio de rerum ordine gerendarum, & quorum primum agmen hostilem terram inuaderet. Saxones inde verbo sibi desumpto, Non patimur, inquit, optime princeps, gentis nostræ gloriā in nobis antiquari. Nostrum semper fuit primos in agmine pugnare, primam aciem inuadere hostium, redire nouissimos: pace tuorum, operam desumimus itineris tibi ad hostes instruendi, nec cedimus cuiquam in tolerando labore, aut periculis subeundis. Placuit supra modum Henrico Saxonum alacritas: eiusq; eliciendæ vocis gratia rem ponebat in medium, sciens consuetudinem fortium virorum. Accessit quòd neque genti suæ tantam habuit quantam Saxonibus fidem, quòd communi religione Christianismi cum illis teneretur: in suis autem congētilibus perfidiam duplicem est reueritus, quòd gens naturā fluxa, odiū execrabile Christianismi pateretur. Igitur leuatis signis Saxones præeunt, sequuntur agmina Wandalorum: suo quisque ordine per glaciem in terrā perueniunt hostilem. Ibi proximis incendia villis intenterunt, aperueruntque qui venirent. Misso autem exploratore Henricus intellexit non abesse longè hostes Rugianos, ad prælium paratos. Henricus structis ordinibus suos alloquitur, Cernitis, inquit, viri quid agatur: in conspectu sunt hostes pugnaturi, nos numero & virtute præstamus, cauēsaq; hinc iustior pugnat: vicimus, si modò viri sumus. Nam si quem (quod absit) ignauia comprehendit, vt in fuga sperarit, inanis fiducia illum vexat. In terra hostili aut vincere aut mori, ex duobus alterum necesse est. Nam vbi ignauiam detexerit in fugam respiciens, proximus fugientem gladio cōfodiat. Quin potius fiducia pleni in hostem irruite: cernitis dicto citius terga fugietum. Hæc loquutus vidit supplicem procedere flammam, poscereq; principis alloquium: ille non detrectat. Vbi venit in cōspectum, præfatus veniam, populum crimine purgat: in satisfactionem offert quadringentas argenti marcas. Vbi videt Henricum rugare frontem, aurem auertere, octingentas pollicetur. Sed neq; sic flecti videt iratum, murmurq; personat agminis progressum vrgētis. Procidit ad pedes, misericordiam implorans, Ecce, inquit, terra in conspectu tuo est: vt ere rebus omnibus, modò sanguini parcas. Intercipitur inde prælium tractatibus: & omnium iam animis ad pacem inclinatis, noluerunt Saxones refragari. Quatuor ergo millibus ac quadringentis marcis pacem mercati, bellum ablegarunt: acceptis obsidibus Henricus reduxit exercitum.

Dux salutatur rex.

Oratio Henrici sub pugna tempus.

Hostis supplicem veniam et pacem petit.

CAP. 26.

REBUS iam pace sedatis, misit Henricus in terram nūcium, qui numeratum afferret æs summæ antedictæ. Illa verò tempestate nulla erat in terra moneta: sed rebus res commutantes, vetustissimo more mercabantur. Hoc sciens Henricus, ut à barbaris aurum omne tolleretur (quo ad nullam pietatem vterentur) stateram misit dolosam: ad cuius pondus æquandum, omne aurum quod erat in ærario idoli sui (quod utiq; non paucum erat) quodq; in vxorum ac filiarum ornatibus inueniebatur, totum contulere, nec ad dimidium promissæ summæ poterat pertingere, fraudante eos statera dolosa. Igitur quod allatum fuit acceperunt nuncii, Henrico referentes. Quum reuera plusquam ex promissum erat teneret, ad iudicium stateræ dimidiū, quod deesse videbatur, exposcebat. Erant in Ranis qui dolum deprehendissent, & iam se explese promissa contēderent, etiam mensuram prætergressi debitam. Henricus contra acceptatæ semel stateræ esse ad extremum satisfaciendum. Hac controuersia durante obsides tenuit, proxima bruma iteras in eos, velut fidefragos, expeditionem. Luderum, tum Saxoniarum ducem, inuitauit certis conditionibus ad arma, & ad belli in Rugianos societatem. Ille aderat parato agmine: terram iunctis agminibus ingressi populatur. Sed tum gelu mare concretum ad laxationem glaciæ inclinabat: itaque ne repedandi via sustolleretur, festinantius regressi in sua se receperunt. Rani ex illo die quieti permāsere. Libet intueri quàm magnam tunc cerneret Henricus in gētem suam latissimam ditionem. Quam enim modò tres aut etiam plures imperio terram tenent duces & principes, eam tum solus Henricus gubernabat: tantus apud Saxoniarum ducem, ut illum pertraheret in belli societatem. Cui etiam postea ad Imperium sublimato, amicum suum Kanutum, Sleswici ducem, conciliabat: quod infra suo tempore à nobis commemorabitur.

CAP. 27.

Henricus Danorum bellum infert

IAM DVDM Henrico Wandalorum principi nata est in Daniæ regem iusta querimonia. Is erat Nicolaus, vnus ex Zuenonis multis filiis, qui invicē regno sibi successerant: quod in Dania sumus plenius exequuti. Henrico autem, materno sanguine prouenientem in regno Daniæ hæreditatis portionem, violentus rex (ut cætera omnia) occupabat. Quumq; iure nullo sæpe petitam assequeretur, armis expetendam putauit: Iuliamque ob eam rem crebrius incurabat, quum fœderatos haberet Nordalbingos: ad eoque infestam fecit regionem, ut iam nemo penè præfecturam (sic Dani vocant sub rege ducatum) Sleswici desideraret, cunctis refugientibus crebras & violentas Henrici incursiones. At Kanutus Erici regis filius, vir ad omnia integerrimus, hanc sibi prouinciam à rege deposcit, & impetrat. Crebrior illi cum Henrico conflictatio, leuia semper prælia agebantur: aliquando etiam ad iustos exercitus producendos res peruenit. Perurgebat Kanutum Henricus, & opimam de regione prædam crebrius auferbat. Vlciſci Kanutus, vicemque illi reddere adortus, Henricum fugabat in Lubicam veterē: quo in loco mansio illi fuit cum præsidio. Perurgebat sequens cum exercitu Kanutus Henricum, ut ne in præsidiis solitis sua fideret tueri. Aliquando tam de propinquo cōcurrerunt, ut iurgiis & conuitiis inuicem milites conflictarēt. Hac rerum vicissitudine diu perdurante, Kanutus (ut erat vir vbique integerrimus & fidens atq; cordatissimus) cogitabat Henricum ipsum inermem inermis pertentare, si forte malorum finem vel sic inueniret. Et quoniam fidelis vir nullas struebat insidias, nullas ab hoste itidem (ut sciebat) bono viro, metuebat. Tendebat Henricus in armis opportuno loco, & nihil expectabat quàm cum hoste de proximo configere. Adequitabat Kanutus, solis viginti comitatus: & præmissis nuncio, suam Henrico præsentiam denunciabat, quum ad amicū colloquiū aduenisset. Experrectus Henricus, vbi adesse audit Kanutum, ad arma respicit, iam penè captum se reputans. Nūcius quàm sanctè iurat adesse pacificum Kanutū, sine armis. Ille vbi sit rogat: in foribus altare responderet: & cum dicto Kanutus ingreditur. Mox ruunt in amplexus mutuos: erant enim consobrini: nam mater Henrici soror erat Erici regis, quem patrem Kanutus habebat. Miscetur lachrymæ: & post mutuas verborum querimonias, quum alter in alterum reiiceret culpam malorum, nullo interim mediatore causam belli dirimunt: pauca quidem vterq; in suæ partis purgationem, sobriè de alternis questi. In eam sententiam conueniunt, ut Kanutus Henrico argentum dependens ac numerans, eius (ut in Dania) ab rege suæ partis accipiat hæreditariam portionem. Memorabili inde exemplo, familiaritatem ineunt, quæ in germanis fratribus sincerior esse non posset: durabatq; ad amborum mortem.

Kanutus, regis legatus, querit pacem cum consobrino.

Hostes colloquio pacem ineunt.

CAP. 28

HENRICVS iam senescens, & filiorum suorum inertiam prospiciens, Kanuto ditionem suam omnem, siquid illi humanitus cōtingeret, commendauit: imò rogat, obsecrat, ut se præmortuo (quod ab annis eius verisimile fuit) sibi Kanutus desumat in gentem suam gubernacula: ab Imperatore Romano (is tum erat Luderus dux Saxoniarum) se rei totius confirmationem facillè impetraturū. Recusat Kanutus, prætendens non esse decorum, ex hæredes facere legitimos successores, sibi etiam sanguine nō alienos: neq; honori sibi futurum, si propinquos suos paterna detruderet successione: neq; illos quieturos, neque proceres facillè passuros imperiū externi hominis. Ille recusantem grauius perurget obsecrationibus, ne patiatur liberos suos indefensos. Kanutus se, quādoquidem tantopere Henricus precibus perurgeat, facturum spondet quod ex æquo bonoq; sit. Interim Henricus apud Lotharium (ita Luderum iam imperantem crebriores vocitabant, quod ab antiquo Imperatoriū id nomen haberetur) ut Wandalia, quæ iam dudum sub Ottonibus in ditionem concessit Imperii, Kanuto permittatur administranda procuret. Nec minus ipse Kanutus solenni dono pro fortuna (quæ ei fuit opulentissima) insigniter munerat Imperatorem, equum illi mittēs auro vndique circumfulgentē: nescio si & auro calceatum, sed auro non sufferratū scio. Imperator interposita auctoritate, postulationem Henrici non grauatus admittit. Hæricus non diu post in fata concedit, ad annum à Christo millesimum cētēsimum vicesimum secundum. Kanutus administrationem subit Wandalia pro nepotibus suis, Henrici filiis. Per eadem ferè tempora, quum Henricus Imperio teneret omnem prouinciā citra Panim, Warcislaus princeps erat in orientali Wandalia. Qui instante sanctissimo viro Ottone, Bambergēsi episcopo, sponte sibi prædicationis officium in Wandalos asciscente, fidem Christi cum proceribus & vrbibus accepit: perurgente hinc à mari Nicolao Danorum rege, inde à terra Bolislao Poloniarum duce. Perdurauitq; susceptum semel euangelium Christi in ea prouincia, quum in Henrici ditione diu post variis casibus fluctuaret, vsque ad tēpora Hærici Leonis Saxoniarum ducis: quod suo loco commemorabitur. Ab hoc ergo loco ducem initium commemorandi principatus in Pomerania & omni circum regione, quam (ut in aliis) Christianismus nobis aperuit.

DVM illa geruntur in occidua Wandalia, Nicolaus Daniæ rex ab oriente eandem bello premit prouinciam. Warcislaus princeps præerat superiori Wandalia, diuturnas cum Danis atq; Polonis fouens similtates. Mouit in eum Nicolaus Danorum rex, & à terra Bolislao Polonus, cui ad regem Danorum iam fœdus erat & affinitas: nam filiam suam Polonus Magno, Nicolai regis filio, desponderat vxorem. Vsuam Wandalia vrbem obsidione premebant amborum exercitus: & quum grauius oppugnaretur, in ditionē regis cōcessit. Ibi Bolislao Polonus, tradita regi filia, sponsa Magni, reducit exercitum in Poloniam. Mox Iulinum à Danis obsidetur, & expugnatur, magno nimirū ab utroque populo sanguinis impendio. Warcislaus autem, earum partium princeps, quum rebus quoque suis ab Danorum rege diffideret, pacem inire percipiēs, misso ca duceatore petit interposita publica fide colloquiū: iussusq; introire nauim regiā, nihil dubitat, vbi inerat, causam suā agēs. Suggestur regi à militibus, ut sublatis velis captum principem, velut pacis obsidem, abducant. Eam rem Kanutus Sleswici dux, quū adesset, valde in concione improbat: nam sempiternam regio nomini maculam inureret, quod fidem publicam Daniæ rex violasse diceretur: cæterum vniversæ nationi non mediocre futurum dedecus in omni gente, quod hominem, qui fidem regiā sequutus ad fœdera venisset, pro captiuo abduxissent. Omnis concio in sententiam ibat Kanuti. Decernitur ut cum honore Warcislaus in patriam remittatur. Eius rei occasione exarsit emulatio in Magno aduersus Kanutum, dissimulāte prudenter Kanuto, qui pro veritate & iustitia offensionem non recusabat. Nuptiæ interim Magni magno instruuntur apud Ripam oppidum apparatus: ibi cōuentus procerum omnium. Non de erat Kanutus, primus inter primos, qui fratruelis esset sponsi. Splendidus ostro fulgebat, in veste Saxonica, ut qui in ea gente plurimum versaretur. In eum cauillatus Magnus, Ostro, inquit, fulgidum latus ferro penetrari non potest. Ille nihil motus, placidè respondit, æquè peruium est si ouillis pellibus cōtegatur: nihil voluit asperius reiicere. Creuit tacita inter pares sanguine, & virtute dispares, æmulatio. Nam Kanuto semper primas dedere partes in omni opere virtutis: quod æquis auribus Magnus nūquam ac-

Henricus Kanuto liberos suos commendat.

I I 2 2.

Wandaliorum tales ad Christum qua ratione conuersi sint.

CAP. 29. Danus Wandalorum vrbes capit.

Wandalo cum rege colloqui per Kanutum tutò licet.

Kanutus Saxoni ob integritatem inuis.

cepit. Interim in præfecturam reuersus Kanutus, proximam Wandalorum prouinciã sibi commendatam reuifit. Ibiq̃ue rebus pro tempore ordinatis adiit Cæfarem Lotharium, tum Bardewico agentem, pro rebus quæ tum interuenerant in prouinciã procurandis, & apud principem ordinandis.

CAP. 30.
Kanutus rex
ab Imperatore
appellatur.

LOTHARIUS autem Imperator, perpenfis Kanuti natalibus, & maiori (quæ illis pulchrè responderat) virtute, conciliandum sibi beneficio cõstituit virum nobilem & potentem. Coronam ei regiam decreuit, & imposuit, regem appellans Obotritorum: ea enim prouincia in eius erat procuratione. Nec vna causa impulit Cæfarem, vt eo dignaretur honore virũ. Natalibus (vt diximus) magnis viri permotus est Imperator, quòd regis esset Erici filius: magna virtus accessit: deinde non contemnenda magnitudo di-

Cur Danus se
Wandalia re-
gem inscribat.

tionis, quòd à Sleswickensi ducatu, per Wagriam atque Magnopolim, magnæ prouinciæ dominaretur. Super omnia verò hæc erat amplificandi honoris causa, vt illustraret Romanum imperium: quod tum videretur illustrius, si regibus imperaret. Nam Otto II. illi adiecit coronam Poloniæ, Henricus III. Bohemiæ: quanquam in eis regnis sæpe renouatus honor regius, crebrius intercidit. Kanutus igitur Obotritorum rex apud omnes habebatur. Quæ res initium præstabat (vt est promptum coniectura) nostri seculi Danorum regibus, vt se Danorum Wandalorumque reges efferant in titulo: nam mo-

Kanuto,
quem Imperator
auxerat,
Magnus inui-
det.

riens Kanutus regium titulum transmisit ad posteros. Sed & multis deinde bellis magna pars Wandaliæ littoralis paruit regibus Danorum, vt inde quoque titulum mutuari credantur. Ea verò res coacti in Kanuto honoris in Dania, non vno ab omnibus animo accepta est. Qui bene voluerunt Kanuto, gratulati sunt principi magnifico de honoris accessione. Cæterum qui Magno eius æmulo blandirentur (quorum erat maior numerus, propter præsentem Nicolai regis maiestatem) rem sinistrorsum detorsere: asferentes regium honorem, de manu Cæsaris acceptum, ad hoc respicere, vt proximus illi gradus sit, iam regi, ad inuadendũ Daniæ regnum (ope Saxonum, quibus se totum permitteret Kanutus) simul & libertatem regni ab olim seruatam, vinculis stringat subiectionis ad Romanum Imperium. Qua in re cauendum Magno, ne patria illum successione depellat. Ingrauescebat mira indignatio in caput Kanuti. Ille vbi intellexit, vt erat terrore omni posito vir interritus & intrepidus, præsentem se facit mussitantibus: & in oculis omnium obambulans, expectabat si quis ea de re sermonem ineptaret. Cohibuit præsentia multorum pridem oblatrantium ora. Sed rex euocatum inter proceres, cum illo agebat, quid sibi vellet rumor volitans super nomine de regno à manu Cæsaris accepto. Aderat Magnus regis filius, vt cuncta perspiceret & audiret. Kanutus rogatus à rege, rationem facti reddit in hunc modum, Ego inquit, rex tua volũtate in Sleswickensi præfectura (quam à te nemo cupiebat diu) per insignem laborem versatus, aliquãdo Henrico Wandalorum principi, propinquo nostro, reconciliabar. Vbi mutua freti familiaritate & sanguinis coniunctione, multa communiter egimus, ille iam ab annis ingrauescens, me quàm sanctè rogat, tutelam filiorum eius suscipiam: non recusavi. Nam omnem in me prouinciæ principatum transferre volens, à me repellitur: pro filiis autem eius administrationem subii libens. Dum in prouinciã venio Saxonum, ibi crebrius diutinè diuersatus, gentis in eo familiaritatem, & ad Cæfarem ab illis pertrahor. Ille nescio quid in me perspicens, non roganti, etiam recusanti, coronam imponit ad regnum Obotritorum, credo imperii sui studens honori, vt etiam regem, cui imperet, habeat. Ita me regem suum Wandali vocant: cæterum in tuis prouinciis rex, nõ alium me gero ac debeo, Sleswici præfectum. Habes omnẽ de rumore veritatem. Rex vbi cognouit, æquum sumpsit animum in Kanutum, interpositaq; opera filio Kanutum & illi filium, quibus poterat modis, reconciliabar.

CAP. 31.

KANUTVS siam rex erat Obotritorum, noua Wandaliã illustrans dignitate. Igitur Kanuto Obotritorum rege, strenuè omnia circũspectante, obeunteq; prouinciã, filii Henrici, paulatim adulescentes, ad regimen terræ sub rege excreuerunt: vt quoniã ille & in Sleswici prouincia & Daniæ regno multis erat rebus implicitus, interim illi rebus præessent in suo territorio. Sed tum improuidi per ætatẽ iuuenes, absente Kanuto domestica bella conflantes, novos Nordalbingis parturiebant labores. Nam Zuenteplogus solus ambiens administrationem, Kanuto fratri multas irrogauit iniurias: ad extremum, sumptis Holsatis, eum in arce Plunensi obsedit. At Kanutus obsessus,

Frater quorũ
autor erat Ka-
nutus, bello
dissident.

obsessus, prohibens ne obsidentes iaculis sui incesserent, ascendens in propugnacula, alloquitur his verbis exercitum fratris, Quid causæ est, inquit, optimi viri Holsati, vt amicum oppugnetis, iræ fratris seruentes? Eundem patrem præferimus, Henricum vobis semper deditissimum: eodem sanguine creti, æquo de prouincia iure contendimus. Arbitros ego vos hodie constituo ad causam meam: videte quo iure oppugnetis, cuius ad omnem rem tenetis iustitiam in manibus. Apud fratrem vobis contendendum, vt ad æquas mecum conditiones descendat: mei iuris tradidi vobis potestatem. Vbi audiere Holsati, inter se fremunt, æquum postulat, dicentes, iste adulescens. Quid agimus? cur non potius eius germanum conuenimus? Igitur obsidione soluta, partes interponunt ad fratres reconciliandos. Qua re ex sententia peracta, Kanutus fratrum iunior non diu rebus superfuit. Nam contentione inita in oppido Lutkenborg opprimitur, incertum an fratris consilio, aut conuiuentia: quod facillè sibi persuasere, qui rem intuebantur. Soli perinde Zuenteplogo sub rege cedit paternus principatus. Ille Adolphum Holsatiæ comitem, iam inde sub patre notissimum, in societatem belli vocauit cum Holsatis & Stormariis: expeditionemque fecit militare in terram Obotritorum, obseditque urbem quæ dicitur Werlo. Contumaciam ostenderant principi suo, quòd maiori potestati fiderent, cui subessent, regi suo Kanuto. Ille autem ea fuit modestia, vt nisi inuocatus non adesset parenti Henrico, protestatus quòd filios eius exhæredes non faceret. Permisit ergo gubernacula Zuenteplogo. Ille verò ea tum vrbe in potestatem redacta, promouit exercitum in Kiffinæ urbem. Qua similiter ad obedientiam reducta, acceptis vndecunq; obsidibus reuersus est in Lubicã. Holsati quoque in suas sedes repedarunt.

10

20

30

40

50

Hoc erat illud tempus quo Vicelinus, religiosissimus in Christo sacerdos, mira institit opera ad reuocandam Christi fidem in prouinciã, vnde diu nimis exulauerat. Aduocatis fratribus, fauore huius præsidis in prouincia genti prædicabat. Sed quoniã impacata erat bellis tonantibus ea regio, parum initio profecerunt, iterum atq; iterum ineptabant repulsi: & per annos triginta, magno labore & instantia mirabili in hoc populo Vicelinus euangelizabat, verus Wandalorum apostolus. Cuius rei ordinem quia in Metropoli nostra explicauimus, inde requirat qui nosse volet. Zuenteplogus autem, princeps Henrici filius, non diu post est interfectus dolo Dasonis præpotentis in Holsatia viri. Reliquit ille filium, cui Porcello Zuinecke nomen erat: sed & hic interfectus est apud Erteneborg, urbem Saxonie transalbianam: defecitque stirps Henrici in principatu Wandalorum, mortuis filiis atque nepotibus. Prædixerat hoc Henricus dum viueret: solent enim diuinare morituri. Ille tamen, nescio quibus oraculis edoctus, prænunciavit stirpem suam de proximo perituram. Iam pleno iure principatus in Kanutũ demigrabat regem, virum (vt diximus) integritate & virtutibus insignem, Danis formidabilem, ceterum Lothario Cæsari in præcipuis habitum, cui iam (vt diximus) coronã regni donauit: quum interim vnã sub Danorum rege Sleswici præfecturã (hoc est ducatum) administraret. In qua procuratione tantus iustitiæ & veritatis cultor erat, vt pro his rebus neminem vereretur, nulli ignosceret. Deprehensi sunt in Merica suæ ditionis latrocinantes & insidiantes transeuntibus: quibus iam vltimo supplicio condemnatis, quum pœnam sumere carnifices iussisset, ex medio damnatorum grege quidam proclamauit, esse se de principis Kanuti cognatione, iure sanguinis impunitatem & vitam deposcens. Cognato (inquit) nostro, vt honoratior sit, sublimiorem parate crucem. Sic ille muneratus est, quòd cognatum se diceret principis. Occupauit autem omnium prior Kanutus montem Alberg, quem nunc dicunt Zegeberg: imposuitque mansiunculas, intendens aliquando communire castellum: quod postea Imperator impleuit Lotharius. Sociauitq; sibi Kanutus omnem virum fortem in Holsatia: fecitq; incursiones in terras contumacium Wandalorum, occidens & prosternens omnes aduersarios.

Zuenteplogus
fratre occiso
lus domina-
tur, & vrbes
quasdam ca-
pit.

CAP. 32.

Henrici poste-
ritas deficit.

Xenoph. in A-
pol. Socr.

Kanuti regis
amplificatio
& virtutes
præclare.

CAP. 33.

Kanutus con-
tumaces bello
domat.

PRIBISLAVS erat frater fratruelis Henrici principis, qui post filios Henrici ad principatum anhelabat. Sed & Niclotus, maior terræ, aduersus Kanutum erexit cornua, dedignatus alienigenam dominari in terra. Sed Kanutus duxit exercitum in vtrosque: diuisis copiis vtrique conflictatus, ambos capit in prælio, secumq; ducit in Sleswicum, manicis etiam ferreis astringens, quoad usque vadibus & pecunia redempti pacẽ discerent & facere imperata. Sæpius etiam in terra Wagriorum diuersatus, Falderensi

vsus est hospitio apud Vicelinum: nunc vocant nouum monasterium, à cœnobio quod idem sanctus ibi extruxit, nunc translatum in Bordesholm. Erat igitur Kanutus per familiaris beato Vicelino, viro per omnia sanctissimo, facileq; cōuenit virtuti cum virtute: pollicitus fratribus meliora omnia, si Dominus res eius in Wandalia direxisset. Veniens quoque in veterem Lubicam, dedicari iussit ecclesiam quam à fundamentis extruxerat Hēricus, astante venerabili sacerdote Ludolpho, & cæteris qui de Faldera eidem loco erant mancipati. Quo tempore vitam finiuit Adolphus, primus comes Holfatiæ ac de Scowenborg, reliquitque filios duos: quorum senior Hartungus, vir militaris, habiturus erat comitatum: at iunior filius Adolphus literarum studio deditus erat per omnia. Contigit autem per ea tempora Imperatorem Lotharium grandi expeditione ducere in Bohemiam: vbi prima in acie pugnans cecidit Hartungus cum multis nobilibus. Adolphus proinde accepit comitatū tam Holfatiæ quam Scowenborg, vir prudens, in diuinis & humanis rebus exercitissimus: præter facundiam enim Latinæ & vernaculæ linguæ, Wandalicæ nihilominus linguæ non ignarus erat. Quæ res ditioni eius amplificandæ non mediocriter profecit: quod deinde dicemus.

CAP. 34.

Reges ad colloquium.

KANVTVS Obotritorum rex in prouinciam Sleswici descendit: acceperat enim Nicolaū regem ex aduerso occurrere illi ad colloquiū. Gratulabundus ergo iussit Kanutus omnia regio cultu apparari splendescereque, vt patruum regem condigno exciperet honore. Erat in regia Sleswici locus instructus, cui præcipua cura institit Kanutus, vt honorem regium in patruo (quantum fieri posset) extolleret. Circumfusa corona procerum, militum ac populi vniuersi, regius confessus erat editiore loco insignis. Sedit ergo rex senior in throno suo coronatus. Ex aduerso sese collocauerat Kanutus, itidem coronatus. Id vitio datur viro aliàs integerrimo, quod in regno suo, superiorem regem non suspectaret. Ille verò, vt erat Saxonum generi deditissimus, fortè (vt erat olim) coloniam ibi Saxonum esse duxit, vt liceret, quasi in limite Romani Imperii, sedere coronatum. Vt cunque fuerit, rex patruus quum videret nepotem suum in fastu regio sibi non assurgere, nec offerri ex more gentis osculum, dissimulata iniuria, surgens cœpit transire ad Kanutum, oblaturus eis salutationem per osculum. Cui ille mox occursans ex medio, sese per omnia patruo & dignitate & loco visus est coæquare. Quod factum Kanuto lethale cōsciuit odium. Nam Magnus, Nicolai filius, huic assidens in pediculo cum matre, incredibile est memoratu quanta exarserit indignatione, dicente ad eum matre, Nōne vides quia fratruelis tuus iam sumpto sceptro regnat? Arbitrari cōuenit eum hostem, qui viuente adhuc patre tuo, patruo suo, nomen sibi regium vsurpare non timuit. Quod si longius dissimulaueris, scito te & vita & regno pariter exuendum. His stimulis ardens alioqui animus iuuenis, actus est in furorē: & ex hoc die molitur insidias fratrueli. Sentiens Nicolaus rex, conuocat vniuersos regni proceres: dedit operam vt iterum dissidentes reconciliaret. Diffensionibus ergo ad pacem inclinatis, iurata sunt vtrinque fœdera: sed pactioes istæ fuere firmæ apud Kanutum, in Magno verò facilè obliterantur. Statim enim vt ficta sodalitate animum eius inuestigat, & omni suspicionis malo vacuum consyderat, rogat Kanutum Magnus vt occurrat sibi ad interiora regni, ad singulare de rebus magnis colloquiū. Vxor Kanuti dissuadet abitum, territa somnio quod viderat. Vir fortis contemnit muliebrem visionem: procedit euocatus nuncio. Armatos Magnus fouet in insidiis. Kanutus nihil hostile reconciliato fratruelle metuebat. Qui illum euocabat, præmonitum cupiebat: sed obstitit iusuradum. Carmen in ipso itinere (vt fit) transiens concinebat, quod perfidiam similis exitus excraretur. Kanutus non attendit. Arma, quæ tecta gerebat, ostendit, vt vel sic admoneatur ad quale colloquium inter armatos vocaretur. Ne sic aduertit vir fidelis. Venitur ad locum insidiis paratum. Magnus armatus venientem excipit inermem: consalutant, confident: interim prodeunt armati. Quid sibi velint rogat. Ille respōdit habere se rem cum nonnullis agri cultoribus, quam expedire velit in contumaces. Non esse tempus Kanutus refert (erat enim Epiphaniæ veneranda festiuitas) per arma quid expediendi. Vadem se interponit Kanutus, facturos viros quod sit æquum: imò se pro illis, nisi fecerint, pecuniam numeraturum (ne Sabbathum ille violet) pollicetur. Magnus iam depudit: & exurgens, Hoc, inquit, loco inter nos de successione regni transigemus. Viuit, inquit ille, & viuat diu fœliciter pater tuus, & regnet: vbi ille concesserit in fata, tum

proceres

proceres discutient de successore. Magnus mox ferrum stringit. Iam, inquit, decernere tempus. Et cum dicto caput ferit, gladiū etiam suum distringere parantis. Ibi vir optimus & dux fortissimus cadit, talibus in reliquum miraculis insignis, vt & ille post patruum, æquè Kanutum, Daniæ regem, inter sanctos deputatus numeretur. Hæc etsi in Dania sint dicta, quia tamē Kanutum regem Obotritorum hîc scribimus, exitum eius ostendere paucis non erit alienum.

RVGIANI deinde, maritimus Wandalicæ populus, ab Erico Kanuti memorati fratre, in regno succedente Daniæ, oppugnatur. Causa belli infestatio erat piratica, quæ sine fine Rugiani intentabant. Nouissima fuit ea inter Wandalos prouincia, quæ ad fidem Christi semper contumax, post omnes peruenit. Nam in meridiem versus Wandalos Otto I. perdomuit, & aliquoties relapsos ipsi marchiones reuocarunt: orientales Bolislaus Poloniæ dux ad Christi iuga coegit: cum occiduis vir sanctissimus Vicelinus iam diu luctabatur. Ibi enim gladius non sæuiit, sed sancta diu prædicatio. Vnde factū est vt & tardius proficeret, & tenacius retineretur accepta religio. Adiuuit tamē zelosum virum Imperatoris Lotharii instantia: qui locum speculatus idoneum in Wagria, in mōte Alberg (quem ante eum Kanutus quoque delegit ad collocandum præsidium) ibi firmavit arcem, appellauitque montem victoriæ: vnde etiam edomita est illa pars Wandalicæ. Cæterum orientales, ad mare versi (qui corrupto nomine ex Wandalis Winuli dicebantur) contumaciores erant ad Christi iugum subeundum. Hos bello adortur rex Daniæ Ericus, Kanuti frater, regis Obotritorum, vindex quoque mortis eius in Magnum parricidam, quem prælio magno oppressit. Belli causa in Winulos eadē quæ in superioribus annis, quod piraticæ nullum facerent finem, arbitrati (barbaro sensu) honestum id esse militiæ genus. Rex iste Daniæ primus nauibus impositos equos vexit ad bellum, quaternos singulis nauigiis imponens: mille centum nauibus in Wandalos duxit. Rugia (vt diximus) caput gentis, erat aliquot tum vrbus (quæ modò nullæ sunt) insignis: præcipua fuit Arcon, tantis firmata vallis & munitionibus, vt penè inexpugnabilis haberetur. Aduersus tamē eam firmatur obsidio, quæ parti est commissa exercitus (neque enim totis erat opus copiis) reliquæ vastandæ Rugianorum terræ dissipantur. Obsidentes interim aliquando à tergo oppugnati, in eos qui irruerant conuersi, facile repulerunt. Quumque Arconensibus nec congregandi in prælium fiducia, nec spes vlla soluendæ de foris obsidionis superesset, deditioem fecere, pacti, vt retento simulachro in sancti Viti honorem, Christiana sacra sumerēt. Voluit rex vt vniuersi in riuo, qui erat in conspectu, baptizarentur. Illi volentes procurunt ad amnem, magis extinguendæ sitis quam suscipiendæ religionis gratia. Specie quidem prætulerunt Christianæ pietatis: sed corda inania remansere, fide & deuotione vacua. Quippe in sua reducto hostili exercitu, Zuantewith (quem deum habuere) vt prius, simulachrum coluere. Ita grauis illa ac sumptuosa regis Danorum in Wandalos expeditio penè in vacuum cessit. Interea Vicelinus sacerdos, annitente Alberone archiepiscopo Bremensi, in nouo monasterio fratres collegit, verboque prædicationis institit in veteri Lubica: quo in loco Henricus olim princeps ecclesiam fundauit. Irruentes tamen Rugiani locum vastant: sacerdotes vix elabuntur, redeuntes in Falderam. Posteriores Henrici, quandiu Kanutum habuere regem, facile sunt defensi: illo autem absumpto, abruptæ sunt vndique rerum habentæ.

IMPERATOR interea Lotharius, comperta cæde optimi viri, fortissimi ducis, iustissimi regis Kanuti, vehementer indoluit: nec inultam passus rem abire, occultis nunciis egit cum Erico rege memorato, Kanuti fratre, vt ille à tergo, Imperator à fronte regem lacefferent Nicolaum, Magni parricide patrem, ad fumendam vindictam de sanguine occisi. Lotharius conscripto exercitu mouit per Holfatiam in Sleswicum, ad valium vsque notissimum Denewerck, quod Ottonis primi tempore Tira regina, Haraldi mater, iussit firmari. Contenderat è regione Magnus cum immenso Danorum exercitu, defensurus terram suam à vastitate: sed territus est virtute Teuthonici militis: & apud Cæsarem immenso auro in satisfactionem, & hominio, quod nunc vocant homagium (ne quid Imperio morte Kanuti decessisse videretur) præstito, indemnitate & impunitate coemit. Videns Ericus Kanuti frater, quia refriguit Cæsaris indignatio, cœpit armari in vltionem fraterni sanguinis: sed crebrioribus præliis fuga-

Detestabilis Magni parricidium.

Quantum interfit, armis an verbis religionem introducas.

Winuli vltimi ad fidem bello adducuntur.

Equi classe primus ad bellum velli.

Arconenses deditioem facta Christianos simulant.

CAP. 36. Ericus fratris Kanuti cædem vltis statuit.

Religionem promouere cōstituit.

Princeps linguarum peritus.

Kanutus patruo parum ciuilitate excepto inuidiam in se concitat.

Per insidias ad colloquiū euocatus interficitur.

*Pes leporinus
ob fugam di-
ctus.*

tus est Ericus. Vnde etiam cognomen illi indiderunt, ut pes leporinus diceretur, propter promptam crebramque eius fugam ab hoste. Exturbatus autem Dania Ericus confugerat Sleswicum: ubi populus Kanuto amicissimus, ob eius memoriam defendit Ericum. Sequutus Nicolaus rex cum Magno filio, cinxerunt ciuitatem obsidione. Erat autem brumale tempus: inde lacus glacie concreta, duram praestitit ciuitati oppugnationem. Adolphus comes, eius nominis II. e ciuitate constituta pecunia, ad obsidionem soluendam inuitatur. Magnus e diuerso, maiori retinet promisso, ne oppugnet obsidentes. Ita incertus quid faceret Adolphus, rem coniecit in suorum consilium. Omnes liberandae ciuitati, ob crebra commercia & memoriam Kanuti, erant propensiores. Proficiscitur comes cum expeditis, soluere (si posset) obsidionem: sed ab obuio Magno repellitur. 10 Ciuitatem tamen, soluta obsidione, Dani capere non poterant. Aestate proxima victus Magnus occubuit. Nicolaus in eadem ciuitate Sleswico, quam pridem obsederat, oppressus a ciuibus, finem ibi viuendi fecit: ita Ericus regno successit. Is quum in Dania succederet regi, fratris quoque iura ad se deuoluta arbitratus, primus (ut arbitror) se in titulo praeferebat regem Wandalorum. Vnde sumpsisse posteros reges titulum coniectura est, ut se etiam Wandalorum reges inscriberent. Sed (quod antea dixi, & suo tempore commemorabitur) etiam posterioribus seculis magnam Wandaliae partem, Danorum reges suo imperio coniunxerunt, eam videlicet quae littora maris tangit. Sed nec ipsorum Danorum in Wandalos Imperium stabile mansit.

CAP. 37. PRIMUS ergo post Kanutum Obotritorum regem, principes in occidua Wandalia 20 fuere Pribislaus in Wagria, Henrici fratruelis, filius Buthue, atque in terra Polaborum, quae est diocesis Raceburgensis. Niclotus autem (quem nostri dixere Nicolaum) Obotritis praerat: pari uterque in Christianos odio. Inualuitque illis diebus multiplex superstitione per Wandaliam. Nam praeter lucos & penates, quibus oppida & agri redundabant, primi & praecipui in falsa religione diui erant Prone, Deus Aldenburgenfium, Siwe dea Polaborum, Radigast Deus terrae Obotritorum. His dicati erant flamines & sacrificiorum libamenta, multiplexque cultus superstitionis. Porro solennitates diis dicandis sacerdos ad fortis nutum denunciat: conueniuntque viri & foeminae cum paruulis, mactantque diis suis hostias de bobus & ouibus, plerumque etiam de hominibus Christianis, quorum sanguine deos suos oblectari iactitant. Post cesam hostiam sacerdos de 30 cruore libat, ut sit efficacior paratiorque oraculis captandis: nam demones sanguine facilius inuitari, vulgata est opinio. Nec mirum Christianum sanguinem in deliciis apud illos haberi: quod hoc genus hominum tanquam hostile magis execrentur. Student enim subuersionibus falsae religionis. Consummatis iuxta morem sacrificiis, populus ad epulas & plausus conuertitur. Erat autem Wandalorum ea tempestate miserabilis error. Nam in conuiuibus & comotationibus suis pateram circumferunt, in quam conferunt non consecrationis, sed execrationis verba, sub nominibus deorum, boni scilicet atque mali: omnem prosperam fortunam a bono deo, aduersam a malo dirigi profiteres. Vnde etiam malum deum lingua sua Zcerneboch, hoc est nigrum deum, appellat. Inter multifaria autem Wandalorum numina praepollet Zuantewith, Deus terrae Ruvianorum, utpote efficacior in responsis: cuius respectu caeteros quasi semideos aestimauere. Huic velut peculium honoris, annuatim hominem Christicolam (quem fors acceptauerit) litare consueuerunt: quinetiam de omnibus Wandalorum prouinciis, statuas sacrificiorum impensas eodem transmiserunt. Mira autem diligentia erga fani reuerentiam sunt affecti: nam neque iuramentis facile indulgent, neque ambitum fani neque ostia temerari quauis immundicia patiuntur. Fuit praeterea generi crudelitas ingenita, saturari nescia, impatiens otii, vexans regionum proxima terra marique. Quanta mortis genera Christicolis intulerat, dictu est difficile: quum his quidem viscera eduxerint, palo circumligantes: hos cruci affixerint, irridentes signum Christianae redemptionis: sceleratissimos enim cruci subigendos autumant. Eos autem quos custodire mancipant, 50 pecunia redimendos, tantis torturis & vinculorum nodis excruciant, ut ignorantia vix sit opinabile. Ita poenis gaudent miserorum.

CAP. 38. IMPERATOR ergo hoc sciens Lotharius, animoque nimis detestatus, meditabatur quid aduersus haec fieri posset. Interim aditus & commonitus ab optimo (ut diximus) sacerdote Vicelino, monte Alberg (quem etiam Kanutus rex cepit communire) ipse

ipse imposito praesidio roborauit: appellauitque montem victoriae. Haec sunt illa tempora, quibus Imperator ducatum suum Saxoniae permisit Henrico Catulo, duci Bauariae, genero suo, ipse secundam in Italiam parans profectioem. Interea Vicelinus sacerdos (conciliato utcumque Pribislae, Wagriorum principe) legationis sibi creditae solers curator, idoneas euangelio personas ad opus sacri ministerii consciiuit. Ex quibus venerabiles sacerdotes Ludolphum, Hermannum, Brunonem, in Lubica constituit, Luthmundum cum caeteris Zegebergae commorari praecipit: iactumque est misericordia Dei, & virtute Lotharii Caesaris, nouellae plantationis stabile fundamentum. Sed accedentibus ad Dei seruitutem tentationes non defuerunt. Nam Caesar ab expeditione Italica iam rediens, in ipso itinere subtrahitur morte: corpore eius reuectum in Luttor monasterio tumulatur. 10 Inde in omni regno facta est commotio. Wandalos quoque fecit insolentiores, quum de ducatu contenderent Saxoniae Albertus Brandenburgensis marchio, & Henricus dux Bauariae, ambo filia Magni nouissimi, de genere Hermanni ducis geniti, ambo nepotes, per matrem, eiusdem Magni. Sed quum Conradus in regno succederet Romanorum, partesque foueret Alberti, exturbato Henrico: nam praetenderant regni principes insolentum videri, vnum duobus praesse ducibus. Quum ergo aequae censerentur materno genere propinqui, in hoc prelatum est Albertus, quod ducatum non haberet. Inde conflurgunt per Saxoniam bella. Albertus arcem Luneburgi, ciuitates Bardewicum atque Brema occupauit. Nordalbingia quoque illi parere est coacta. Vnde Adolphus comes, 20 fidem nolens temerare, quam debebat Lothario, & Imperatrici, & eorum genero Henrico Catulo, duci Bauariae, cessit Holsatia: cuius administrationem mox dedit Albertus Henrico de Badewide. Arcem quoque Zegebergidem occupauit: quod Hermannus, cui illam Imperator Lotharius commendasset, iam in fata concesserit.

PRIBISLAUS Wagriorum princeps, Lubicae consistens, quum videret temporum opportunitatem, quod Imperator Conradus longae abesset, & de Saxoniam principes magno praelio impliciti colluctarentur, memor quod Lotharius Zegeberg suae ditioni subtraxisset: non iam Christianitatis odio (nam domi praedicatores euangelii confouebat) sed ciuilibus sui iuris causa, ut recuperaret, armatis quotquot potuit, duxit in Zegeberg: suburbium euastauit & vicina loca, monasterium incendit. Folkerus frater simplex oppressus: caeteri fugerunt in Falderam: finitima Saxonum tentata praesidia. Qui 30 vero Lubicae fuerant sacerdotes in praesidio Pribislae, securi videbantur: sed tamen praeter calamitatem quam saepe tulerunt, vincula, verbera, necesse captiuorum quotidie cernebant. Nec multo post quidam ex maioribus Wandaliae, Race de semine Critonis, classica manu aduectus est, arbitratus hostem suum Pribislae se Lubicae reperturum: duae enim nobilium cognationes, Critonis atque Henrici, de principatu contendebant Wandagriae. Quum ergo Pribislaus abesset, Race suorum manu, nouam Lubicae arcem demolitur cum adiacentibus praesidiis. Sacerdotes inter arundineta seruati, Falderense praesidium noctibus ambulantes, multo labore apprehenderunt. Venerabilis ergo sacerdos Vicelinus caeterisque diuini verbi praedicatores, graui mœrore sunt confecti, eo quod nouella plantatio in ipsis initiis emarcuerit: continueruntque se in Falderensi ecclesia, orationibus & ieiuniis inter se assidue. Quanta vero vitae austeritate, quanta ciborum abstinentia, omniisque sanctitatis conuersatione Falderense illud cenobium tum claruerit, non satis potest explicari. Dedit illis Dominus gratiam sanitatum, iuxta quod in euangelio pollicitus est, infirmos curate, demones fugate. Obsessorum, qui longae aduecti sunt, plena erat domus, ita ut fratres quiescere non possent: clamantes, sanctorum praesentia patrum ignes suos accendi. Nemo autem sine conflictatione discessit. Sed quum esset ubique tribulatio, in Nordalbingia, in reliqua Saxoniam, in Dania, Vicelinus sacerdos hortabatur populum spem omnem conferre in Deum, agere letanias in se iunio & attritione cordis, eo quod dies essent mali.

50 HENRICVS interea, qui comitatum Holsatiae administrabat, vir ad arma strenuus, congregato latenter de Holsatiae Stormariisque exercitu, brumali die intravit Wandaliam, aggressus quos primos reperit, percussit plaga magna terram Plunensem, Lutkenborg, Aldenburgensem, omnemque Wagriorum regionem, ad mare usque Balticum. Proxima aestate Holsati se mutuo adhortantes, arcem Plune vallarunt, oppugnant, ceperuntque: pulchre se per illum annum vindicantes, prosperati praesidiis & excu-

Religionis negotium salienter promouetur.

Nominatus Imperatoris morte oriuntur.

CAP. 39.

Ecclesia recentis dissipatio ab Wandalis facta.

Faldera miraculis illustratur.

CAP. 40.

Henricus Saxoniam ducatum eiecto Alberto recipit.

fionibus. In Saxonia interim rebus conuersis, Henricus dux Bauariæ cœpit cōualescere, & captis per arma præfidiis & arcibus, Albertum marchionem ducatu eiecit: quo tempore Adolphus cum eo rediens, transit in Holsatiam suam. Videns ergo Henricus de Badewide quod cessisset Albertus Henrico, nec sibi consistendum putauit, demolitis quæ prior Adolphus firmavit in Zegeberg & aliis locis opportunis: arcēq; in Hamburgo (quam mater Adolphi murato illic opere condiderat) quum retinere nō posset, non est passus ad æmulum peruenire. Demolitis ergo omnibus abiit. Henricus autem Catulus non diu supererat: sed moriens paruulum reliquit Henricum filium, qui postea cognominatus est Leo. Cuius mater Gertrudis rem inter Adolphum & Henricum de Badewide, accepta ab Henrico pecunia, ita ordinauit, vt quoniam Henricus labore suo grauiissimo Wagriam pro magna parte subegisset, eam teneret: Adolphus Holsatia cum Stormaria contentus maneret. Magna erat Adolpho ea rerum detractio. Nam quod Holsatorum viribus edomitū erat, Holsatiæ vt accederet, videbatur æquissimū. Gertrudis verò mater pueri, nupta Henrico primo Austriæ duci, Conradi imperatoris germano, elongata est, vt neque Hērico prodesse, neque Adolpho posset obesse. Peregit ergo Adolphus apud tutores pueri, vt Wagria accederet Holsatiæ: Henricus autem Polaborum terram, æquē ab illo euastatam, obtineret. Pribislaus iam cesserat, vel morte subtractus, vel in aliam translatus regionem. Hæc prima Wagriæ in potestatem Saxonum trāsitus, quæ permanit exinde semper. Sed terra habitatoribus erat vacua, vel cæsis vel aliò translatis hominibus qui coluere. Nam tributorum exactio grauiissima, quam solebant imponere victis Wandalis Saxones, adeo terruit gentem, vt Christianismi inde odium conciperent, & Saxonibus subesse morte grauius ducerēt. Vacuatis agris consulendum putauit Adolphus: nunciis in Flandriā, Hollandiam, Traiectensem terram, ac Westphaliam missis, iussit proclamari, qui agris indigerent, properarēt cum familiis, accepturi quod satis esset. Holsatis dedit arbitrium eligendi: quia sanguine satis emercati videbantur hanc terram. Venerant ex memoratis prouinciis, agrorum futuri cultores. Et primi quidem Holsati, occidua Zegeberg acceperant circa Trauenā, campestria Zuentinefeld, & quicquid à riuo Zualen, vsque Agrimesen & lacum Plunensem extenditur. Darginensem pagum Westphali, Vtinensem Hollandi, Susse Frisii incoluerunt. Plunensis ager adhuc permāsit desertus: Aldenborg verò & Lutkenborg & cæteras maritimas terras, permisit qui supererant Wandalis incolendas.

LIBRI TERTII FINIS.

ALBERTI KRANTZII

WANDALIÆ LIB. IIII.

CAP. I.
Lubica fundamenta, & nomen.
1140.



VAGRIA, quia accessit Holsatiæ, nouis nunc cultoribus impleta, nouæ ciuitatis Lubicæ fundamenta nunciācientes, nouo rectè principio ordiemur. Igitur anno XL. salutis Christianæ post centum atque mille, Adolphus comes Holsatiæ, iam Wagriæ dominus, vsque ad lacum Wakenisse tenebat ditionem. Cernens quā optimè Cimbrorum olim dux, & deinde Crito Wandalus, inter lacum & flumen in colle vrbis mœnia inchoassent, sed tempestatib. bellorū impliciti ab opere destitissent, tertius ipse futuræ ciuitatis fundamenta cœpit iacere, Lubicamque de Zuartow cum nomine transtulit in superiora, ciuitatem, quæ propicio Deo in diebus nostris ita effloruit, vt inuidiam sit prætergressa omnium in circuitu principum & vrbium. Locum antè dixere Bucu, quē Adolphus ruderibus eiectis, in formam oppidi vallo cinxit: nam maiores eius partes iam flumine & lacu præmuniebantur. Appellauitque Lubeck, translato nomine de oppido, quod in eadem fluminis ripa, intus ad mare Henricus quondam Wagriæ princeps firmavit & inhabitauit. Prosperatus ergo opere Adolphus, misit oratores ad Niclotum Obotritorum principem, cōponere cum

Adolpho religio in Wagria instauratur.

eo fœ-

eo fœdera, & amicitia sociare, omnes maiores in prouincia donis sibi concilians: adeo vt omnes ei obsequi & terram eius compacare decertarent. Cœperunt ergo inhabitari deserta Wagriæ prouinciæ, & multiplicabatur numerus accolarū eius. Vicelinus quoque sacerdos, inuitante & adiuuante comite, prædia recepit, quæ Lotharius Imperator ad constructionē monasterii & in subsidiū seruorū Dei iam olim sibi corā arce Zegeberg contradidit. Visum autem fuit patribus ex re esse, propter incōmoda fori & tumultus castrenses, monasterium in villam Hagestorp transferre: misitq; Vicelinus eò venerabilem sacerdotē Folkardum cū industriis viris, qui oratorio & claustralibus officinis erigendis operam darent, ecclesia verò prior in curam parrochiæ transferretur.

10 QVVM autem per ea temporales Christianorum in Asia labefactari cœpissent, venit ex Burgundia vir insigni sanctitate Bernardus in conuentū Imperii Frackfordiensem, ad prædicandam crucem, in expeditionem saluberrimam. Huius viri fama tanta fuit, signorum opinione celebris, vt è toto orbe, ad eum conflueret populorum frequentia cupientium videre quæ per eum fiebant miracula. Quum ergo vir sanctus in ecclesia positus, curandis ægrotis in nomine Domini propensius instaret, astante rege Ro. Conrado & summis principibus, incertum erat, inter tantas populorum cateruas, quid quis pateretur, & cui fortè subueniretur. Aderat comes Holsatiæ Adolphus, certus nosse cupiens ex operatione diuina virtutē viri. Inter hæc offertur ei puer cæcus & claudus, cuius debilitatis nulla potuit esse dubitatio. Cœpit igitur sagacissimus scrutator Adolphus intentare solerter, si fortè posset in hoc puero sanctitatis eius experimentū sumere. Cuius credulitatis diuinitus edoctus vir Dei, remedium prouidens, puerum præter morem sibi iussit applicari. Cæteros tantum verbo consignauit, hunc verò exhibitum manibus excepit, oculisque morosa contrectatione, visum restituit: deinde genua contracta corrigens, iussit eum currere ad gradus, manifesta dantem indicia tam visus quam gressus recuperati. Cœpit sanctus ille, nescio quibus oraculis edoctus, adhortari principes cæterasque fidelium plebes, vt proficiscantur defendere Hierosolymam, ad comprimendas & Christianis legibus subigendas barbaras orientis nationes, dicens ap-

CAP. 2.
Bernardus Burgundus, miraculis clarus.

20 propinquare tempus, quo plenitudo gentium debeat introire, vt & sic omnis Israel saluus fiat. Protinus ad verba exhortantis, incredibile est dictu quanta populorum ca-

Bellum Asiaticum, hō valde tamen feliciter suadet.

30 terua se ad eandē deuouerit profectioem: in quibus primi erant Conradus Ro. Imperator, Fridericus Sueuiæ dux, qui postea regnauit, Welp dux Bauariæ, cum principibus & episcopis: militia plurima nobilium & plebeiorum sine certo numero, Ludouicus deinde Gallorum rex, & omnis flos iuuentutis in id ipsum aspirauit. Nō est recognitum vicinis temporibus, nec auditum à diebus seculi, tantum conuenisse exercitum voluntariorum grandem nimis: fueruntque signo crucis insigniti, & vestibibus, & armatura. Visum autem fuit authoribus expeditionis, partem exercitus vnā mitti per orientem, alteram in Hispaniam, tertiam verò ad Wandalos nostrarū partium. Primus ergo, qui & maximus, abiit itinere terrestri cum rege Romanorum Conrado, & rege Fraciæ Ludouico, & præcipuis vtriusque regni potestatibus. Ferunt Germaniam tunc purgatam

Quales in expeditione illa milites fuerint.

40 latrocinii: nam omne id genus hominum sacram cum rege iniit profectioem. Transierunt regnum Vngariæ, vsque ad fines Græciæ: præmiseruntque oratores ad Imperatorem Constantinopolitanum, vt transitum permitteret incolam, & com meatum sineret cōparari. Ille territus magnitudine exercitus, verbo quidem annuit postulatio- ni, si venirent pacati. Cui responsum est, non modò ad seruandam, sed amplificandam Christianam pacem exisse tantos reges. Multa sunt visa portenta cladem nunciare: præcipuū, quod sanguine pluisse cernerent in vestibibus. Continuo se extremis preparauere, iudiciis moniti cœlestibus. Quid verò egerint, quosque sint experti casus, ad hunc locū non pertinet. Imperator orientis, quum adhibitis notariis numerum relegeret transeuntium, fertur dixisse, Quare eduxisti populum hunc multū Domine de sedibus suis?

50 Verè brachio virtutis tuæ indigent, vt iterum videant terram suæ natiuitatis. Secundus exercitus, naualis, Colonie & in aliis Rhēni ciuitatibus conflatus & ex flumine Visurgi, cœpit nauigare latissima oceanis spacia, quousque veniret Britanniam: quo per aliquot dies refarcita classe, non modica etiam Anglorum Britannorumque adiecta manu, torserunt vela in Hispaniam: appuleruntque ad Portugalensem nobilissimam Galiciæ vrbem, adoraturi ad reliquias S. Iacobi. Rex autem Galiciæ exhilaratus super aduentu pe-

Hh

regrinorum, rogauit ut si ad honorem Dei exissent pugnaturi, fierent sibi praesidio aduersus Vlyxbonam, cuius occupatores Saraceni fines Christianorum vexarent. Nec grauate cesserunt voto peregrini, duxeruntque in urbem memoratam cum magna nauium multitudine. Rex a terra vrgebat hostes, & a mari exercitus ille peregrinus. Multum tamen temporis effluxit in hac obsidione. Ad extremum capta ciuitate, propulsi que barbaris, rex idem orabat peregrinos, ut permitterent illi vacuam ciuitatem, diuisa inter se socialiter praeda, factaque est exinde Christianorum colonia, usque in praesentem diem. Hoc solum prosperè cessit de vniuerso labore quod patrarat expeditio.

CAP. 3. AD Obotritos autem & Luticios, nostrarum partium Wandalos, tertius cruce signatorum exercitus diuertebat, vlturi suorum & in primis Christi domini iniuriam: cuius religionem proiectam conculcauerunt. Huius verò expeditionis principes erant, Adalbero iam Bremensis archiepiscopus: intercedit enim iam titulus Hamburgensis, abolito legationis honore. Aderant vniuersae Saxoniae principes, Henricus dux Saxoniae adulescens, Conradus dux de Saringia, Albertus Marchio de Soltwedel, Conradus de Within. Audiens ergo Niclotus Obotritorum princeps, quia in proximo esset conuenturus exercitus ad subuersionem gentis suae, misit in vniuersam nationem, ut praepararent se in bellum. Firmavit arcem Dobin, misitque nuncios ad Adolphum Holfatiae comitem, commonens eum pacti foederis, simul etiam praerberi postulans facultatem colloquendi & consilio participandi. Quumque comes assereret hoc durum sibi, propter offensam principum omnium, videri esse causam generalem cunctorum in

circuitu principum: in qua satis praestaret foederato, si quiesceret: nam vbi commoueret se, ilico actum esset de illo. Cui Niclotus remandauit, Ego tibi pro muro haecenus fui, ut quietus ageres in terra non tua Wagriorum: ego querelas audio quotidianas quorum tenes ditionem: ne tibi ingruant, solus restiti: tu vicem reddes bonam contemptum pro labore. Quid ergo censes, nisi me quoque repagulo subducto in te sinam desuare cupientes? Ad quem Adolphus, Vides pro tua prudentia quid agatur. Exiles tibi vires prodesse non possunt: mihi exitio est vel semel commoueri. Proinde non te poeniteat in me officiosum fuisse, perseuera in eo quod haecenus fecisti: erit aliquando ut cernas Adolphum non immemorem in se officii. Niclotus ut potuit, caeteris circumspexit in prouincia. Adolphus vero praecipit suis, ut pervigilem iumentorum &

rerum omnium agerent custodiam, nequid capiant detrimenti. Sentiens ergo Niclotus irreuocabilem esse iuratae expeditionis profectioem, clam parat naualem exercitum: transmissoque, totam classem applicat ad ostium Trauenae, percussurus omnem Wagriae prouinciam, priusquam Saxonum exercitus infunderetur finibus suis. Transmisitque nuncium vesperi Zegeberg, eo quod promiserat Adolpho comiti admonere eum. Sed vacuus ibat ille nuncius: nam comes defuit, nec tempus erat congregandi exercitum. Erat tum exitus Iunii mensis, quum a mari per Trauenam Wandalii ascenderent. Ciues Lubicanae urbis, audito rumore, colligendi se spacium non habuere: inter vina enim & epulas sepulti tenebantur occupabanturque, priusquam persentiret. Publicum tum habuere mercatum, nundinas vocant: ingens confluerat populi multitudine. Sauebant Wandalii, & supra trecentos oppressere viros. Cohortes equitum duae longè lateque circumagebantur, praedantes, & incendia miscentes. Quicquid noxae gentis aduenerat, spoliabatur, trucidabatur. Holfatis parsum est. Id fraude hostium factum, an occulta Holfatorum machinatione sit gestum, mansit in incerto. Erant qui suspicarentur, Holfatos indigenas non aequis oculis aspicere populum aduenam, &

perinde clam sensisse cum Wandalis: quod impunitas eorum fecit suspicari. Ad pagum Slusle Phrisiorum memorabilis tum est pugna peracta, hortante & imprimis viriliter pugnante sacerdote, quum viri vix centum propugnarent aduersus aliquot millia Wandalarum. Fossato communierant ab incurfione villam suam, in morem viculi, & quum Wandalii oppugnantes capere non possent munitionem, incolumem abeuntibus vitam pollicentur, si dedant. Inclinauere nonnulli ex Phrisiis, vitam paciscentes. Tum Gerlaus sacerdos, Quid est, inquit, viri Phrisii? quare vos ignauia corripit? Viri estis, armatenetis, vallum nos diuidit ab hostibus. Securos nos arma nostra tuentur: illa si proiciamus, vita in dubio est. Fidem sequimini perfidorum? Nulla illis gens vilior odiosiorque est Phrisiis: pecudum more trucidabimini, si arma dederitis. Proinde in hostes

illa ver-

illa vertite. Et hoc dicens porta egreditur, vno comitatus, & egregiae virtutis specimè edens, exemplo inuitauit contribules. Oculum pugnans amisit, vulnus excepit in femore, nec segnius pugnabat. Perucitque pertinax virtus, ut Wandali affecti taedio, simul pudore suffusi discederent. Tantum valuit viri vnus inuictum pectus. Innotuit res Adolpho: ille collegit exercitum, ut occurreret. Wandali certiores ea de re facti, pedem retrahunt: ad naues cum praeda redeunt locupletati, celeriterque sublati velis abierunt.

CAP. 4. FAMA volat per vniuersam Saxoniam, quia Wandalii facta eruptione bellum priores intulerunt, & festinauit expeditio cruce signatorum, ut ad praelia pia pro Domino pararentur. Processit exercitus in duas turmas diuisus. Hostes neutri obuiam prodierunt, non ausi conferre manum, neque aciem venientibus opponere: tolerandae se obsidioni parauerunt. Dobin atque Demin diuisa Saxonum agmina petierunt, obleduntque. A mari egressi Dani, Dobini auxerant oppugnationem. Qui intus fuere Wandali, quum cernerent Danos negligentius agere in castris, eruptione facta plurimos oppresserunt: nec poterant a sociis defendi, intercedente lacu. Oppugnantur exinde grauius, ut ad internecionem, si fieri possit, deleantur. Cernentes Saxonum nonnulli temeo spectare, ut terra in desolationem veniat, inter se loquuti primores, qui Henrico duci & Alberto marchioni parebant, Quid agimus? inquit. In principum nostrorum tributaria terra, quam oppugnamus, vastitati nullus est modus: in nos ipsos & principes

nostros laboramus. Quin potius pactionibus & conditionibus rem praestat dirimere. Hoc capto consilio, coepit de die in diem Saxonum virtus in oppugnatione languescere: tributa enim magis quam Christi honorem & populi salutem quaeritabant. Si quando congressi Wandalii fugabantur, nulla facta aut permessa hostium insectatio. Iam caeteris etiam in propatulo fuit, Saxones principibus parates, non ardentem instare victoriam. Quo comperto, pactione interponitur, ut Wandalii Christianam subeant ac recipiant religionem, captiuos laxent, quos ex Danis semper habuere multos. Illi omnia constanti verbo promittunt: in hanc legem reducuntur exercitus. Tenuis reuera fructus magnae expeditionis. Nam Wandalii falso & ad speciem baptizari videbantur: cordibus autem perseuerauit solita perfidia. Ex captiuis Danis senes & inutiles laxauere, robustos

seruitio suo obstrictos tenuerunt. Talis habet fructus & exitus auaritia. Eadem enim quae dudum abiicere fidem coegit Wandalos, nunc specie tenus recipere, & corde refutare permisit, deterioribus factis post bellum quam fuerint ante: nisi quod principes ad antiqua tributa, iam exinde certiores effecti, redierunt. Foelices, si non tam sua quam Christi sunt procurassent. Adolphus quoque comes, pacatis ut cunque tum rebus in Wandalia, reparabat cum Nicloto veterem intelligentiam, & cum caeteris orientalibus, ne quid ab illis formidaret: ad extremum tamen se non permisit illis, quo minus omnia circumspiceret. Populum autem suum super acceptis incommodis & damnis, quomodo potuit, est consolatus, ut forti animo essent, nec cederent fortunae: res nouas semper initio experiri difficultatem, futura omnia per temporum successus meliora.

Captiuos quibus poterat conditionibus redemit, viros ac mulieres. Inter haec autem Vicelinus Christi sacerdos nihil omisit precibus apud Deum, assiduis curis apud homines, ut rectè procederet omnia: pauperes aluit multos, quos proxima vastitas fecit plurimos. Ad portas enim noui monasterii iacebant quotidie, expectantes exaturari de micis. Fratres quantum poterant eleemosynis institere. Admirabilis in ea re Tiadmarus, qui illa largitate erogabat, ut proximè ad inopiam caeteris vergere videretur cenobiu. Prouisores ob eam rem clausa illi omnia habuere. Quid faceret vir misericordiarum? Eiulatum pauperum non sustinuit: circuibat horrea, loca pridem vacuata, & penora cuncta, si quid fortè superesset, in consolationem miserorum. Reperit quod mortalis nemo posuerat: erogabat largissime, cunctis stupentibus vnde essent quae ille inter pauperes distribueret. Renouata sunt vetera Heliae prodigia. Ille cunctis praebat alimoniam: monasterio interim nihi decedebat.

CAP. 5. Vix ea tempestatas conqueiuit, & ecce nouus turbo surrexit ab aquilone, vnde (iuxta Hieremiam) panditur omne malum super habitatores terrae. Nam in regno Daniae Zueno atque Kanutus, ambo regum filii, de regno colluctabantur: alter Eriici nouissimi, alter Magni (qui sanctum perdidit Kanutum) filii. Vterque sibi conciliare Adol-

Hh ij

Vlyxbona Saracenis admittitur.

Christianorum in Wandalos expeditio.

Adolphus Wandalo opem ferre rogatus recusat.

Wandalii classem comparant eorum hostes, Holfatis exceptis, usant.

Wandalii in Phrisiis committunt pugnam.

CAP. 4.

Oppida Wandalarum Christiani obsident.

Saxonum culpa expeditionis fructus nullus exitit.

Christiani simulata professione.

Adolphus comes accepta, damna refert.

Miraculum in stipite erogata.

CAP. 5.

Adolphus Danorum proceribus de regno contenditibus parum prudenter se immiscet.

phum, comitem Holfatię, missis nunciis properabat cum muneribus. Inclīnabat Adolphus in Kanutum (quod maiori ad illum pridem familiaritate utebatur) magno Holfatię suę incommodo. Prudentissimum fuerat in neutralitate demorari, & equis aspexisse oculis amborum luctamen, quod de corona regni proceres Dani habuere. Hęc erat prima comitum de Danorum rebus implicatio: multos in reliquum creauit posteris eorum & vniuersis habitatoribus labores. Zueno regni gubernacula, maior natu, tenebat: Waldemar, diui Kanuti filius, primū diuque Zuenonis partes sequebatur, inde iunctus Kanuto, quum perfidiam suę partis deprehendisset. Sed prima (vt diximus) colluctatio fuit inter Zuenonem & Kanutum. Ethelerus quidam erat homo Thietmarfia natus, in qua illa tempestate militaris aliquot ordinis homines manerent. Hic apud Zuenonem primas partes agebat. Ille vbi intellexit comitem inclinare partibus Kanuti, profectus in Holfatiam, militares donis Zuenoni conciliabat plurimos, aliis equos, aliis æra largiens, vt Zuenoni quamplurimos deuinciret. Exemplum eius multi sequuti, sequentibus seculis regem quam comitem sequi maluerunt, quod maioribus rex donis & amplioribus beneficiis suos locupletaret. Primus hic ex Saxonum natione pro Danis suos contribules Thietmarfos cœpit attrahere, & alios oppugnare. Ethelerus factis excursionibus in Wagriam, Aldenburgum, vsque ad suburbia Zegeberg, omnia peruaftabat. Comes Henrico Leoni duci, per ætatem adulescenti, cuncta aperuit, suorum perfidiam ac defectionem, Etheleri instantiam. Dux emissio decreto, edicto que proposito mandauit, vt qui fidem sequerentur Danorum, Holfatia cederent ante præfinitum diem, hostium loco habendos, si post deprehenderentur. Qui iam manifestis rebus ostenderant, cessere: multilatuere, qui etiam propterea mutauere sententiam. Zueno rex Sleswicum communiens ibi sedebat, moturus in Adolphum de proximo. Vbi ille rescīuit, occulto nuncio egit apud Kanutum, vt Zuenonem sua quisque de parte in ea vrbe obsiderent, habituri finem rerum, si prosperarentur. Admouit copias suas à mari & terra Kanutus. Adolphus cum quatuor millibus de sua parte occurrit. Vbi videt rex se inclusum, nec esse sibi copias ad eruptionem faciendam, Ethelerus apud Zuenonem vir primarius, interposita publica fide Kanutum adiit, docet quo in loco res future sint, si ad tempus regi cedat: magna pollicetur, in præsens multa permittit. Demum effecit vt Kanutus quibuscunque conditionibus exercitum suum reduceret. Hoc illo factum est proposito, vt Adolphum solum (cui malè volebant) iam auxiliis destitutum facilius opprimerent. Paratur eruptio. Erat ex Adolphi familia quidam in vrbe Sleswico, explorandarum rerum gratia: qui vbi quid ageretur intellexit, cōcitò contendit ad dominū suum, docens quod pararetur in illum eruptio.

CAP. 6.
Adolphus cogito periculo suos reducit.

COMES alloquutus suos vt parati essent, rem dissimulanter habet, verba faciens in hunc modum, ne timorem significaret. Laborant, inquit, iumenta nostra (vt cernitis commilitones) à pabulo: parum nobis retrocedendum in præsens, vt illis recreatis ad prælium parati stemus. Et ilico mouit castra. Qui de propinquo stantes comitem audire, quamuis ille dissimularet, timorem eius & graue periculum persenserunt. Itaque fugam maior pars iniit, & præterlapsi sunt Eydoram, priusquam comes sequeretur aduentans. Tanta facta est populo concussio: vix quadringenti equites cum comite constitere. Curauit enim postremus reuersus ab hostibus, ne quis suorum maneret in periculo: quos his verbis alloquitur, Hic est, inquiens, limes ditionum: hinc nobis consistendum, vt videamus quis nos fugans insequatur. Si viri estis, stete mecum: efficiamus hodie vt manum paruulam in precio ponat Zueno Danus. Cor pauidum mihi aliquando obiecere nonnulli, quum aut cunctationem legitimis de causis interponerem, aut aperta pericula & sanguinis sine fructu effusionem euitarem: hodiernus dies ostendet, si perseueratis, quis vir sit Adolphus. Omnes qui affuere, comitis vocem approbauere, moriendum cunctis priusquam limite pelli paterentur. Misit comes qui apud hostes quid ageretur scrutarentur. Intercepti sunt à Danis primi, & in vinculis habiti. Miratus ille alios submittit, qui concitò redeuntes, renunciant adesse hostem graui agmine equitum peditumque. Iussit comes subduci nauiculas, ne facilè transirent præfluentem. Sed Dani alio vado, ad villam Scullebu Eydoram transierunt. Quo comperito, illuc mouit Adolphus, priusquam omne agmen transponeretur, pugnaturus in primos: hostes iam reperit in ordine stantes. Incurrunt Holfati Danis, infestis hastis.

Danos se subsequentes aggradiunt.

Pluri-

Plurimi ex vtraque parte iumentis deturbantur, nonnulli pereunt opprimunturque. Inter alios comes equo deturbatur: affunt fidi milites, reponentes in iumentum comitem.

STABANT interim aliquandiu dubia signa inter ambos exercitus, numero impares victorię: quum Danis vires crescerent, pluribus transportatis, Holfatis verò decrescerent. Tum inito concilio, Holfati equorum hostilium poplites præscidere percutientes. Quo viso Dani iam concepere timorem, quum equo cadente eques fieret in periculo. Cecidit inter alios fortiter pugnans Ethelerus. Rex ab altera fluminis ripa pugnam conspiciens, quum suos paulatim cedere, non paucos etiam cadere cerneret, & imprimis Ethelerum acciperet cecidisse, fugā iniit. Holfati victores, qui cedi super fuerāt Danos duxere captiuos, multa etiam præda locupletati. A redemptis autem captiuis magnum æs comes extorquebat: vnde contractum æs alienum antè plurimum eluebat. Hęc prima cum Danis Holfatorum conflictatio, præter eas que vetustissima memoria crebriores, sub Saxonum nomine præcesserunt. Hęc opima victoria, quæ illos in reliquum animauit: vt imparibus licet viribus, auderent coronæ sese digladiantes opponere. Hęc in reliquum tempus visa est auspiciū præbere sortis amboꝝ post futuræ. Cōstituit autem Adolphus comes in finibus ditionis suę paratam suorum manum, ad Eydoram atque Trauenam, qui limitanei milites arcerēt finibus hostem, & ad omnem motum starent expediti, siquid vel à Danis vel à Wandalis nouaretur. Plurimum verò laboris insumpsit comes in edomandis frændis que suis Holfatis. Gens erat pridem effrænis, ait Helmoldus (cuius hæc sunt fere omnia quæ nunc percurrimus) & quæ iugum non passa, suo semper sensu ferebatur. Comes autem pro singulari prudentia, modestè agens, frænos illis iniecit, vt facilè alia facies terrę, alii mores hominum cernerentur. Qui enim pridem sucti erant sæuum caput abderelarius ad excursiones (non dico latrocinia) & deprædantes tendere decipulas, furari quæ rapere non poterāt, nunc iam mutatis moribus, reuocasse gradus ad omnia meliora. Comes autem Zueno regi per intermissos conciliatur, ne semper sui agerent in timore: Kanuto valefaciēs, qui prior deseruit illum ad obsidionem Sleswici, non antè (quod oportuit militari iure) præmonitum. Quid enim aliud quam ad prædam exposuit?

WANDALIS per ea tempora dux Henricus Leo fræna, quæ abiecerant, paulatim reposuit, ad colligenda & amplificanda tributa. Sacerdotes autem satagebant reparandæ religioni. Duxit autem coniugem primam Henricus Clementiam, filiam ducis Saringiæ (alii vocant Langrauium Turingiæ) inualescens quotidie in gentem Wandalorum. Quoties enim se commouere, admouit illis martiam manū. Facilè illi semper cessere armis superati: rarius enim poterant in acie sustinere Saxonum manū. Interim de religione cura duci exilis. Hartwicus autè Hamburgensis archiepiscopus (sic enim illum inscribit etiam ista tempestate Helmoldus) videns quia pax erat in Wandalia, cōstituit restaurare sedes episcopales in prouincia, quas barbaricus furor euerterat, in Aldenburgo, Racisburgo, Magnopoli: è quibus Aldenburgensem Magnus Otto prior instituerat. Subiecerat ei Polabos, Obotritos, à terminis Holfatorum vsque ad fluuium Panim & ciuitatem Dedin: posuitque ille in Aldenburgo primum pontificem Marconem. Successit illi Eguardus, cui Wago, quartus Ezico, quintus Folkardus, sextus Regibertus, septimus Benno, octauus Meynerus, nonus Abelinus, decimus Ezō: cuius temporibus præfuit Hamburgensi ecclesię magnus Adelbertus, vir insignis magnique nominis apud summum pontificem & Imperatorem: qui (vt diximus) de peregrinis episcopis (quos multos fouit in mensa sua) Iohannem Scotum præfecit in Magnopoli, pro Christo martyrem factum, Aristonem in Racisburgo: atque in hunc modum Aldenburgensem in tres diuisit. Postquam ergo permittente Deo recruderunt Wandali, exturbantes à se omne Christianum nomen, vacabant hæc sedes annis octuagintaquatuor, vsque ad tempora Hartwici archiepiscopi: qui propter generis nobilitatem, duplici principatu clarus, magno studio enisus est pro recuperandis in obediētiam episcopis suffraganeis per Daniam, Sueciam, Norwagiam: quos Hamburgensi ecclesię legationis iure subiacuissē diu, ad plenum ostendimus in nostra Metropoli: retraxere autem colla iugo, posteaquam singulis in prouinciis habere cœperunt metropolitanos. Sed quum obsequiis & variis largitionibus apud papam & Cæsarem nil profecisset Hartwicus, ne omnino careret suffraganeis, aggressus est iam pridem abo-

CAP. 7.
Holfati Danos poplitibus equorum iuueci sisterritos superant.

Adolphus hostes à suis finibus arceat, & suos mouerit reddi.

CAP. 8.
Wandalis tributa restituitur negotium promouetur.

Sedes episcopales instaurantur.

litos episcopatus in Wandalia restaurare.

CAP. 9. ACCITVM ergo venerabilem sacerdotem Vicelinum, Aldenburgensem consecrat episcopum, quum iam esset ætate prouectus, & mansisset in Holsatia annis triginta: porrò in Magnopoli ordinauit dominum Emerherdum. Et consecrati sunt ambo in Rozenuelde (nostri vocant Hartzeuelde) missique in terram egestatis & famis. Facta sunt autem hæc duce atq; comite inconsultis: vnde etiam familiaritas inter dominum Vicelinum & comitem turbata videbatur (nam ante eum patris loco Adolphus venerabatur) tulitq; comes decimas omnes anni illius, quæ in iure videbatur noui pontificis. Episcopus autem ducem adiit, cum eo (velut capite) rem transacturus: qui illum venerabiliter excepit: sed tamen primùm exposulauit his verbis, Poteram, inquit, pater episcope, hoc nomen in persona vestra non agnoscere dissimulareque, quod non dederam in terra ditionis meæ, quam patres & prædecessores mei in sanguine & gladio possederunt. Sed quoniam sanctitas vestra mihi comperta semperque probata fuit, atq; patribus meis fida semper & obsequens est reperta, præteritionis meæ iniuriam in persona vestra dissimulo: si tamen in reliquum feceritis quod equitatis iure deposco, vt ex me inuestituram episcopalem agnoscatis: hoc enim pacto res vestræ (nō aliter) procedent. Visum est episcopo verbum istud durum, eo quod esset præter ius & cōsuetudinem, de manu laica recognoscere pontificatum. Quidam ergo fidelium ducis, Hēricus de Wida, vir potēs & militaris, ac amicus episcopi, in aurē dicit episcopo, Facite quod vtiliter rebus vestris conducit, complacentes principi domino nostro, vt ædificentur ecclesiæ in Wandalia, & dirigatur cultus domus Dei in manibus vestris. Alioqui frustrabitur labor vester, eo quod nec Cæsar nec archiepiscopus possit causam vestram promouere, nostro duce obnitente. Videtis vniuersam hanc terram esse in manu eius: & vnde principatus nisi à Deo? Quid est autem tam grande quod deposcitur ex vobis, quod aut de legibus illicitum, aut ex moribus est verecundum? Quantulum est accipere virgam de manu ducis, quod ipsum grandem habet honorem inter gentes ad quas ingredimini conuertendas?

CAP. 10. TEMPVS hoc erat infaustum, quo imperator Fridericus I. iam inchoauerat cum Romana ecclesia similem de inuestiendis episcopis controuersiam. Tolerabile fuit, ab Imperio feuda temporalium rerum recognoscere: quod hodie quoque geritur. Sed voluere principes etiam de personis assumendis disponere, quod ipsum est iuris ecclesiastici. Durauit ea controuersia abusque memoria tertii, quarti & quinti Henricorum: & peruenit ex hoc Friderico I. ad II. & deinde ad Ottonem III. Post Fridericum autem I. ea fuit Imperii perturbatio per multos annos, vt facillè pontifices ius suum defenderent & obtinerent. Nunc ergo Vicelinus episcopus, quum à duce vrgeretur, postulauit sibi permitti inducias, vt deliberaret super hoc verbo: dimissusque pacificè venit Bardewicum: vbi mortali tactus ægritudine, per dies aliquot est moratus: nam incidit paralyum, in qua ad extremum vsque vitæ laborauit. Ægritudine autem paulisper respirans perductus est in vehiculo Falderam, multumque tempus eum imbecillitas subtraxit ecclesiastico labori: ætatis enim mole grauior morbus accessit. Vbi autem vires ei tantæ sunt redditæ, Bremam proficiscitur, consulturus archiepiscopum & clerum super eo quod dux deposceret: qui omnes vna voce refragati sunt, dicentes, Nihil dubitamus prudentiæ vestræ, optime pontifex, esse perspectissimum quid in ea re expediat. Sed quia dignatur sanctitas vestra participare consilio nostro, non abscondimus quod sentimus. Compertum est, vnum hoc esse Imperatoriæ celsitudini reseruatum (quod magno illi mercati sunt impendio) vt ab episcopis domini vocitentur: decimas, possessiones & prædia in eam rem plurima sunt ecclesiis elargiti. Vbi autem dux vel marchio, vbi in regno principatus quantuilibet magnus (qui pontificibus manus nō offerat) recusatus, opportunè, importunè se ingerat, certatim currunt vt hominia sumant ecclesiarum, & participes fiant beneficiorum ab ecclesia. Vos ergo hunc honorem pessundari patiemi, & infringetis iura magnis authoribus edita? Dabitisne duci huic manus vestras, vt hoc exemplo incipiant esse principum serui, qui fuerat illis semper habiti maiores? Non decet ætatem vestram, honestatis decore maturam, vt per vos incipiant abusiones in domo Domini. Longè sit à vobis verbum istud. Quod si furor principis effrenatus in vos egerit, nonne fatius est ferre bonorum quàm honoris iacturam?

Comitis eum episcopo colloquium ex postulatione.

Episcopo manu ducis, Hēricus de Wida, vir potēs & militaris, ac amicus episcopi, in aurē dicit episcopo, Facite quod vtiliter rebus vestris conducit, complacentes principi domino nostro, vt ædificentur ecclesiæ in Wandalia, & dirigatur cultus domus Dei in manibus vestris.

Cleri Bremensis consilium de prædiis ecclesiasticis, se principibus nō subesse.

ram? Auferant, si velint, decimas: occludant vobis, si videbitur, introitum parrochiæ vestræ: tolerabilis est ista molestia. Habetis certè Falderesem domum, in qua tuta interim statione possitis consistere, & præstolari cum silentio salutare Dei.

CAP. II. HIS & similibus verbis auerterunt virum, ne duci cederet. Parturiuit sanè persuasio hæc nouellæ plantationi multiplex impedimentum. Quoties enim pontifex ducem adiit, interpellaturus de negotiis ecclesiæ & conuertendorum, ille se paratum respōdit ad omnia quæ poposcisset vtilitas, si primùm sibi debitus honor non posthaberetur: alioqui frustra contra fluminis niti impetum. Pontifex autem humilis animo, facillè inclinasset animū, vt duci honoris cupido, pro ecclesiæ lucro, morem gessisset: si archiepiscopus cum suo clero non obstitisset. Nam & ipsi seruiantes honori, rebus suis detractum iri putauerunt: nec tantopere fructum in populo, quàm numerum suffraganearū sedium quæritabant. Quod in hoc vel maximè apparuit, quia in possessionibus Falderensis ecclesiæ archiepiscopus Vicelino, iam episcopo, multas iniurias irrogauit, demēs & conuellens aliqua, nec tutum sinens in statione quam ipse pridem deputauerat. Videns ergo virum antea magni nominis, defensore libertatis, & suimet valde competentem: post acceptum episcopale nomen, quasi innodatum vinculis quibusdam, & supplicem omnium. Homo enim pacis suæ, in quo sperauit, auertit eum à via consilii & pacis, ne illis adhæreret à quibus poterat ecclesiæ incrementū prouenire. Ita loquitur bonus Helmoldus. Fecit ergo quod necessitas indixit: visitauit ecclesias parrochiæ suæ, ministrans plebibus monita salutis, præbens ei pro ministerio vicis suæ spiritualia, quum tamen ipse meteret ab his temporalia: siquidem comes decimarū iura tollebat. Dedicatum autem est eo tēpore oratorium Cusalinæ in Hagerstorp: sed & ecclesia in Bornehouede tunc est consecrata. Venit inde Vicelinus in nouam Lubicam, commanentes illic confortare: & dedicauit ibi altare Domino. Inde progrediens visitauit Aldenburghum (vbi sedes quondam fuerat episcopalis) & receptus est à barbaris habitatoribus terræ illius: quorum adhuc idolum Prone erat in honore. Mirum si non à Græcis hoc nomen est traductum, qui prone vocant prouidentiam qua gubernatur mundus. Porrò nomē flaminis qui præerat superstitioni illi, erat Myke. Sed & princeps eius ditionis, de femine Critonis, erat Ruchel, idololatra atq; pirata violentissimus. Cœpit ergo pontifex annunciare populo verbum veritatis, qui Christus est exhortans, vt relictis idolis festinarent ad lauacrum regenerationis. Pauci autem initio applicuere se fidei, eo quod languor esset fortissimus, & necdum inclinata essent corda principum ad edomāda peccatorum rebellium. Dedit autem episcopus pecuniam cæsoribus lignorum, ad impensas sanctuarii: & cœptum est opus fabricæ ad vallū vrbis antiquæ, quò omnis terra diebus dominicis conuenire consueuerat ad mercatum.

CAP. 12. PER ea tempora parauit Henricus dux Leo expeditionem in Bauariam, in Henricum vitricum suum fratrem Cōradi regis: qui quū Austriam teneret, Bauariam quoque sibi subdere tentauit. Paratum autem proficisci adiit pontifex Vicelinus in Lunenburgum, rogans (vt semper consueuerat) vt opus Dei in sustinendo pontificatu proueheret, perinde futuram eius profectioem fœliciozem. Cui dux (quod ille quoque solebat) referebat facturum omnia quæ poscerentur, si sui quoque honoris vlla ratio haberetur. Ad hæc pōtifex, Pro honore, inquit, eius qui pro nobis se exinaniuit, paratissimū se esse, etiam minimo ex clientulis se subiicere, non modò tanto principi, cui Deus ampliozem inter mundi potestates magnificentiam cōtulisset. Et his dictis fecit quod necessitas imperabat, suscepitq; episcopatū per virgam de manu ducis. Animæ quior inde factus dux ait, Quia vidimus sinceritatem vestram in id inclinari quod rectum est, oportet vicissim nos sanctitati vestræ dignam præstare reuerentiam, & petitioni vestræ in reliquum esse promptiores. Sed quia nunc in procinctu sumus magni itineris, & ordinatio causæ vestræ prolixius tempus requirit, damus interim vobis villam Buzu (quam petistis) cum sua pertinentia Dulzamza: vt ædificetis vobis domum in medio terræ vestræ, & præstolari possitis redditum nostrum. Tunc, propicio Deo, ordinādis rebus propensius intendemus. Rogauitque præsentem Adolphum comitem, vt huic donationi præberet assensum. Cui ille, Ex quo dominus meus flexus est ad pietatē, nō possum nec debeo in rigore permanere, sed votis piis inclinari. Ergo quod dñs meus permittit ecclesiæ, ego illi subscribo, adiiciēs, dimidiū decimæ, etiā ante ordinationē iurib. ecclesiæ

CAP. II.

Necdum ut gratis euangelizarent.

Proneam illi appellant.

CAP. 12.

Episcopus qui leuinq; obsequiis principi necessitate extortit præstat.

permitto. Profectus autem dux comiti vicinam Wandaliā commēdauit. In domo autem ducis omnia gubernabat Adolphus, cum domina Clementia ducis coniuge, in arce Luneburgi commanente. Qui respectus eum coram Wandalis & Danis vehementer attollebat: vt Danorum reges de corona contendētes, magis magisq; semper respuerent in Adolphum. Kanutus enim tum profugus apud Hartwicum archiepiscopum commanebat: collectoq; interim exercitu conducto mouit in Iutiam, in qua maior illi pars procerū & populi fauebant. Zueno autem exercitu comparato nauigauit Wiber-gum: ibi expositis copiis, mouit in Kanutum. Collatis viribus, diu stabat anceps fortuna. Sed tum Saxones viribus & numero minores cessere, Kanutusq; cum eis se proripit in fugam: iterumq; profugit in Saxoniam. Inde paulum respirans, ad Phrisios se contulit, qui littora tenēt aquilonis: & ibi auctus viribus, Zuenonem expectabat. Inde quoq; proturbat⁹ rediit in Saxoniam: Holsatiamq; pertrāsīens, humanissimē ab Adolpho excipiebatur, plurimis humanitatis officiis honorat⁹. Zueno interim in Dania regnabat: sed implicitus domesticis & intestinis laboribus, Wandalarum excursionses piraticas non repressit. Vno tamen prælio comprehensos in Zelandia ita perdomuit, vt laceris viribus, vix ad sua qui cædi superfuerant, redirent.

CAP. I3. **Q**UVM ergo abesset Henricus dux, bellis implicitus in Bauaria, Niclotus princeps Obotritorum curiam petens ducis, questus est Kissinos & Circipanos minus parere dicto, propter absentiam ducis: opus videri, vt ostenso illis exercitu terreantur, ne in maius crescat coniuratio, cōualefcantq; rebellio. Tum qui præfuerunt concilio, Adolphum comitem precibus onerant, exercitum conscribat, & Nicloti viribus auctus moueat in rebelles. Ille perarmatis aliquot millibus, quum etiam Niclotus non contemnendā manum educeret, duxerant in orientales: & obuia quæq; cōcutientes, tātum intulere terrorem rebellibus, vt vltro se paratos præstarent ad omnia, tributa & onera nulla recusarent: fanum tamen in eo itinere contriuerunt. Tantaq; fuit prosperitas in illa expeditione, vt nihil intentarent quod non ex sententia perficerent. Tanta disciplina militaris in exercitu, vt vno ex populo vterq; cōflatus videretur exercitus, Wandalis per omnia cōtendētib; se studio & ordine Saxonibus cōæquare. Ex qua die tanta incessit Adolpho atq; Nicloto familiaritas, vt sæpe in Lubicam, sæpe in Trauemunde cōuenientes, peramicē agerent de rebus communibus, de finibus & reliquis rebus, quæ solent conterminis præstare dissidendi materiam, memorabili exemplo vnum sentientes. Quæ cōsensio incredibile dictu est quantum præstiterit nouellæ plantationi incrementum. Forum quoq; Lubicēse crescebat in singulos dies, & augebantur naues institorum eius. Dominus Vicelinus episcopus incolere cœpit insulā quæ dicitur Buzu, & habitauit sub fago, quousq; extruerent casas in quibus cōsisterent: cœpitq; illic ecclesiam ædificare in Domini nomine, & commemoratione principis apostolorum diui Petri. Porro vt cōsilia domus, & quæ sufficerent curādis aratris, prouidit episcopus de Cuzalina & Faldera. Initia enim episcopatus (vt penē rerum omnium) tenuissima fuere, eo quod comes, aliās vir optimus, soli episcopo fuerit mediocriter bonus. Quo tempore Henricus dux Leo non est prosperatus in Bauaria, quod multi ei obsisterent principes, præsertim Cōradus rex, frater Henrici, quē Leo oppugnabat. Cernens Albertus marchio quia difficultatibus implicaretur dux Leo, veterem de Saxoniam quæstionem renouauit, tempus esse ratus nunc agere, quādo ille alibi districtus, adesse non posset. Egit occultē cum Cæsare, vt veniens Brunswicum occuparet. Cæsar oclusis omnibus itineribus Henrico Leoni, ne descendat, parat se ad descensum in Brunswicum. Henricus Leo, ista prospiciēs (aut super his commonitus ab amicis) simulat se proximum natalem Dominicum acturum in Suæuia, omnes vndecunq; amicos inuitans. Et hac omnium expectatione crebrescente, ipse cum tribus clam iter inuadit: & magnis contendens itineribus, quinto die Brunswicum ingreditur, lætantibus suis sine modo. Cæsar quum ex Goslaria mouisse, accepit certissimum nuncium quod Henricus descendisset. Itaque dissimulans profectiois causam, rediit in Goslariam.

CAP. I4. **Q**UAMDIU verò supererat Cōradus Cæsar, qui Henrico restiterat in recuperanda Bauaria, non profecit. Sed vbi ille finem viuendi fecit (quod erat à Christo Domino **I I 5 I. MCLII.**) Fridericus Suæuus, natus Cōradi fratre Friderico, in regnum subuectus atque suffectus est, secundiora omnia fuere Leoni. Is principum controuersiam finire studēs, conuen-

cōuentum indixit Imperii, in Mertzburgo Saxonię: eoq; Danorum reges, de regno contententes, euocabat. Aderat Kanutus, sæpe Dania pulsus, quem Hēricus Leo perduxit ad Fridericum. Zueno autem archiepiscopi Hamburgēsis ductu peruenit in eundem locum. Et auditis vtrinq; causis à Cæsare, res in hūc modum componitur: Zueno à Cæsare coronatur: Kanutus illi homagium præstans, patrimonio & parte ditionis cōtentus iubebatur esse. Hoc erat quod diu Cæsares conati sunt, reges sub Imperium mittere. Aderat Vicelinus conuentui: & cuncta quæ gerebantur, vidit audiuitq;. Henricus autem dux & Albertus marchio conciliari non poterant, quod amborum animi intumissent: & noui regis autoritas necdū bene cōualuit. Suasit tum archiepiscopus Vicelino, vt de manu regis inuestituram episcopatus sui acciperet, non tam regis honorem quàm ducis studens detrimento. Reuersus inde Vicelinus, propter dissensionē archiepiscopi & ducis, proficere non potuit. Agebat autem de ecclesiæ suæ iuribus & prædiis, olim Deo dicatis. Reperit, vbi rediit, Tiadmarum elemosynarium (de quo supra) emigrasse, virum incomparabilem: qui relicto decanatu Bremensi post Vicelinum abibat, vt illi cohæreret, multis in Holsatia clarescens virtutibus per annos decem. Quæ res inconsolabili dolore animum percussit pōtificis, vt & ipse quoq; paralyti dissolutus diu iaceret elinguis: Domini flagellum male interpretatibus qui affuere, quasi à Deo videretur derelictus, quum magis illi in tentatione ille prouētus statueretur: quo morbo duobus annis & dimidio ante exitum laborabat. Quum in Buzona nouissimū offerret sacrificium, appellans populum consolabatur, promittēs breui futurum vt ecclesię status conualesceret. Qua in re deprehēsum, futura prænosse Vicelinum, gratia prophetię.

CAP. I5. **H**OC autem erat illud tempus quo Henricus dux Leo, sentiens incrementa nouæ vrbis Lubicæ importare maxima Bardewico detrimenta (quum mercatores Lubicam peterent, maritimam vrbe, priore relicto emporio) interpellabat ea de re comitem. Duo sunt, inquit, quæ magno rerum mearum detrimento tibi videntur accedere: benefeceris, si ad æquitatem respiciens, moderari rem pro dignitate patiaris. Lubicam dico, nouam vrbe, & salinam tuam in Todeslo, quæ mihi non mediocrem afferunt rerum mearum iacturam: quum in tuam vrbe mercatores penē omnes commigrent, veteri deserto emporio: & salina mei iuris, sub Luneburgi arce nuper reperta, tuo sale nimum vilescit inuecto. Æquum fuerit, mediam nobis vrbis tuę ditionem permittere, & itidem salinæ dimidium: vt in reliquum tempus nulla sit nobis posterisq; nostris controuersia materia. Quum comes nō annueret, sed oraret, vt fortunæ suæ, quā illi miserator Deus permitteret, non inuideret: dux mercatorib; suis aditū Lubicæ interclusit interdixitq;. Insuper venas salinæ Todeslo ita immisissis aliunde aquis inturbauit, vt exilis inde fructus esset. Quo etiam tempore in ecclesia Raceburgensi ordinatus est episcopus Euermodus, prepositus de Magdeburgo trāsatus: deditq; ei comes Polaborum Hēricus habitandam insulam apud ecclesiam, assignauitq; trecentos mansos ecclesiæ in perpetuū feruituros: insuper decimas integrè permisit ecclesię. Pro dimidia verò accepit ab episcopo beneficiū, factus ei feudatarius, vt haberet ecclesia suū defensorē: quod rerū nouitas videbatur deposcere. Aderat huic tam solēni donationi Adolphus comes Holsatiæ: quē intuitus Ludolphus in Cuzalina prepositus, dixit, Cernis optime comes, nobilis viri largam in ecclesiam benedictionē. Præcessit exemplo nobilis nobilem, cōmonstrans quid tu quoq; debeas ecclesiæ Aldenburgenfi: in quā rem te (vt cōfidimus) propensum inclināt natiua pietas, vt Domino (cuius est terra & plenitudo eius) vel parum aliquid de magno refundas: horratur literarū, quæ te ornat, insignis eruditio. Nec cunctatus Adolphus trecentos quoq; mansos permisit duci, vt per manum eius assignentur in dotem ecclesię Aldenburgenfi. Facta sunt hæc viuēte adhuc Vicelino, licet in extremis agēte. Aderat dux in Italicam expeditionem cum Romanorū rege profectus, quū episcopus ille anno Christi **MCLIIII.** pridie Idus Decemb. ad Christū emigraret, Wandalarum verus apostolus. Tumultus est in Falderenfi ecclesia, præsentē Raceburgēsi episcopo, & diuinum officium peragēte. Multa autem sunt quæ eius viri sanctitatē precipuam contestantur, visiones fratrib; & sacris virginibus ostensæ in trāsitu eius, indubitata cunctis fecere beati viri gloriam. Etenim quis dubitet regnare cum Christo decedentem mundo, quem tanto zelo, tam eximia difficultate, & diuturna barbarorum conflictatione, meminisset laborasse pro ipso? vt verus Wandalarū apostolus,

Principi dista
dia ex parte
quadam com-
ponuntur.

Contentio in-
ter Henricum
Leonem &
Adolphum or-
ritur.

Feudatarii ec-
clesiarū quor-
sum fiebant.

& fundator Christianismi, in occidua eius gentis regione, iure optimo prædicetur. Nos verò Wandalix res prosequamur.

CAP. 16. **Q**UANTUM non alienum sit à Wandalix rebus, si narrationi rerum eius intexamus vitam, mores & exitum beati viri, & præcipuam gloriam sui prædicatoris: cuius meritis & instantix debet hic angulus, quòd Christianus est. Libet autem præmittere testimonium Helmoldi, de Tiadmaro, incomparabili viro: qui adiutor fortis & dulcis erat Vicelino, consolator in omni aduersitate & labore: & quoniam prior abierat, prius à nobis commemorandus est verbis autoris memorati. Erat Tiadmarus in omni conuersatione suauissimus, omni semper honore prosequendus: neminem suo tempore visus est habuisse comparem. Vt enim de vita eius quiddam vel breuiter summamque perstringam, ante cõceptum matri sanctæ reuelatus, ab ipsis cunabulis mancipatus est altaris ministerio: commendatusq; bono magistro discipulus optimus, perseueravit in disciplina vsq; ad viriles annos: discipulus Vicelini in Brema, socius in Francia, sustinuit iugum magistri cum patientia. Post reditum autem ex Francia, quum abiret Vicelinus in Wandaliam, veluti sublato pedagogo relictus est sibimet. Qualis igitur apud Bremã in regendis scholis, qualis fuerit in decanatu, dixerint Bremenses. Hoc nobis cõmemorasse sit satis, quia post digressum eius ad Hollatos, lumen subductum sensit sibi Bremensis ecclesia, idq; voce sua Brema contestatur. Translatus ergo in Falderam, ob melioris vitæ desiderium, magnum attulit gaudiũ de sua præsentia domino Vicelino. Sed & omnibus, quos angulus iste horrore & vastæ solitudinis cõtinebat, noua quædam facies est exorta de tanti hospitis aduentu. Post aliquot annos, dilatate Deo fines ecclesiæ, missus Cusalinam (quæ & Hagerstorp) incolis nouæ habitationis, magna per eum accessit consolatio. Captiuus enim & despoliatis tanta pietate cõdoluit, vt largitatis eius magnitudo vires domus illius longè exuperaret. Inter orandum autem & legendum, aures eius semper vigilabant ad ostium suspensæ, si peregrinus, si egenus quispiam adesset. Eius autem incredibilis miserationis singulare supra ostendimus documentum. Reuerbatur eum comes Adolphus, quamuis redargueret culpas eius, nec parceret delinquenti. Duritiam enim cordis, quã præferbat Vicelino pontifici, venerabilis iste sacerdos adhibitis verborum emplastris suauiter emolliuit. Et licet omne medicamentum altior auaritiæ morbus euicerit, audito tamè eo multa faciebat, iciens eum virum iustũ & sanctum. Expletis ergo in hac terra annis decem, infirmitate corripitur, absente Vicelino, & apud Martipolim posito. Quum ergo fratres lecto ægrotantis affidentes, spẽ recuperandæ sanitatis illi præterderent, ille cum magna recusatione aiebat, Nolite fratres mei charissimi, præsentis vitæ dilationẽ inaniter mihi repromittere: nolite spiritum meum de peregrinationis fatigio ad patriam tendentem, eiusmodi verbis affligere. Ecce iam sunt anni decem, ex quo vitam meam sub huius professionis titulo protrahi rogavi, & exauditus sum: nunc tandem requies laborum oranda est, & confido de solita pietate Dei, quia nec hac petitione frustrabor. Augebatur ergo torsiones, vitalium scilicet defectio, corporis vigor interioris hominis emarcuit. Completum est in eo illud Salomonis, Fortis est vt mors dilectio: flumina & v̄ti non poterant extinguere eam. In moriente ergo viuebat charitas: quæ in exhausto corpore integrabat affectum, præbentem fratribus solatium de mœrore, cõsiliũ in rebus ambiguis, morum ædificationem imprimentem cordibus amicorum, nouissima quædam valedictionis vestigia nunquam abolenda. Sed nec immemor dilectissimi patris sui Vicelini, orabat intimè vias eius à Deo dirigi: per hunc sibi viam salutis & spẽ regni patefactã multoties congratulã. Venerunt ergo ad ægrotum fraterna sollicitudine prior Falderensis ecclesiæ Eppo, & Bruno sacerdos: & post visitationis obsequium, exhibuerunt ei sacræ vnctionis ministeriũ. Quo venerabiliter percepto, participatione nihilominus viuifici corporis Domini cõmunitus, perseuerabat in gratiarum actione. Nocte igitur qua vigilia Pētecostes obuenierat, peruigil in oratione precibus inuitauit angelos, suffragia sanctorum interpellauit omnium: iamq; recedente anima, mouebatur adhuc in oratione lingua in laudis cõfessionem. Hæc interim ad verbũ de eo viro nostri sunt Helmoldi testimonia: quæ eo posui consilio, vt videat posteritas quibus tum viris terra floruerit.

CAP. 17. **H** V I V S ergo venerabilis sacerdotis transitum longè antè prædicere solebat Lutbertus frater, qui militiam huius seculi seruitute Dei cõmutans, cum famulo Dei Tiadmaro

maro pauperum qui erant in hospitali, curam gessit. Hic tempore quodam visitans Falderam, vultum præterdit solito tristorem atq; lachrymis suffusum. Interrogatus causam mœstitiæ, respondit meritò se tristari, qui patris amantissimi breui esset solatio destituendus: fatetur nihilo minus, de his non somniantem, sed vigilantem, diuinitus esse commonitum. Nec longè post prædicentis verbum, velox sacerdotis obitus est subsequutus: fratresq;, quos intimus viri affectus flere coegit, reuertentes ad cor, hauserunt spem, & resumpserunt spiritum consolationis, memores oraculi. Vbi ergo renunciatũ est in Faldera de obitu eius, statim miserant nuncios ad transferendum corpus, eo quòd ipse decedens hoc attentius orauisset: quod tamen venerabilibus fratribus, Theoderico, Ludolpho, Lutberto, & cæteris qui illic degebant, nullatenus persuaderi poterat vt sinerent, dicentibus cunctis omnes se malle mori, quàm tanto pignore priuari, quod Wagriensi ecclesiæ, nouiter cceptæ, futurum esset honori & solatio. Confluentibus ergo de Zegeberge & de vicinis oppidis fidelibus populis, corpus sanctum terræ commendatũ est, cum multa pauperum lamentatione, quòd optimo patre destitutos se quererentur. Magnificetur ergo Dominus in sanctis suis, qui virum hunc præfecit se dignum sacerdotem, consummatum, vocatione scælici. Vicelino tamè redeunti de cœtu principum quanquam multa fuerint aduersa, nihil tamen grauius tulit quàm sancti viri decessum: quo adhuc superstite, tolerabilius videbatur omne quod vrgebat. Afficiebatur ergo fastidio vitæ per singulos dies: quæsiuit consolantem se, & non inuenit. Transactis autè posteaquam à curia rediit, paucis diebus, venit Buzonam, quòd domum & ecclesiã cõstruitur ecclesiã. pit instruere, & plebibus ibi aggregatis præbuit verbum salutis. Iam enim circumiacentes agri incolebantur cum oppidis, à Christicolis, sed cum grandi pauore, propter infidias latronum: arx enim Plunensis necdum restituta erat. Consummans ergo pontifex sacra mysteria, & offerens Deo nouissimum sacrificium, pronus adorauit in terram coram altari Domini, orãs fortissimum Deum, vt cultus ipsius propagaretur tam in eo loco quàm in vniuersa latitudine Wandalix. Multoties autem hominibus aduenis inter exhortatoria verba prælagiebat cultum domus Dei sublimem breui futurũ, & ne deficerent animis portantes duram patientiam, in spem temporum meliorum.

V A L E D I C E N S ergo venerabili sacerdoti Brunoni & cæteris, quos eidem loco præfecerat, & confortans manus eorum in Domino, reuersus est Falderam: vbi intra septem dies correptus virga Domini, adeo paralyti destitutus est, vt manus eius & pes, totum deniq; latus dexterum exaruerint, quodq; omnibus miserabilius, priuatus est officio linguæ. Conturbati sunt hoc spectaculo cuncti qui viderant virum incomparabilis facundiæ, doctorem præcipuum, exuberantem verbo sacræ exhortationis, & veritatis prædicatorem egregium, subito lingua manibusq; destitui, & per omnia fieri inutilem. Quàm dissonæ ergo fuerint multorum sententiæ, quàm temeraria multorum nomine tenus religiosorum iudicia, piget reminisci, nedum verbis prosequi. Dicebãt quia Deus dereliquit eum, nec intendebãt scripturę dicenti, Beatus qui corripitur à Domino. Dolebant autem irremediabili afflictione omnes qui erant in Faldera & Cusalina, maximè tamen ii qui in has terras dudum cum eo peruenerant, & cõsenuerant cum eo sub pondere diei & æstus. Adhibebatur autem egroto medicorum opera inefficax, prouidente diuinitate meliora de eo, & viciniore salutis: dissolui enim, & esse cum Christo multo melius. Duobus igitur annis & dimidio versatus est in strato ægritudinis suæ, nec federe nec iacere contentus. Curabatur autem impensius fratrum diligentia, præbentium ei necessaria corporis, & ad ecclesiam eum deferentium. Nunquam enim missarum solenniis vel cõmunioni sacræ voluit abesse, nisi fortè valetudo grauior detineret. Tantis autem Deum gemitibus & interno cordis clamore compellabat, vt aspicientes vix à fletu temperauerint. Gubernabat interea domũ prior eiusdem loci venerabilis Eppo, vir magui in Christo meriti. Porro Cusalinam & ecclesias quæ in Wagria erãt, regebat dominus Ludolphus, qui olim in Lubica multos propter euangeliũ Christi pertulit labores. Huic præposituram Cusalinæ, dum adhuc vigeret, commendauit episcopus. Quum autem dux in Italia cum Romanorum rege longius abesset, Vicelinus diem clausit extremum: obiit autem pridie idus Decēbris, anno quarto & quinquagesimo post mille centumq;. Sedit in episcopatu annis quinq;, hebdomadibus nouem. Corpus tumulatũ est in Falderensi ecclesia, quòd nec dum cathedralis esset instructa.

Tiadmari mors fratri abenti reuelatur:

Buzonia cõstruitur ecclesia.

CAP. 18. Vicelinus paralyticus.

Varia hominum de Vicelini morbo sonitico iudicia.

IE 4. Vicelinus Waldorum apostolus moritur.

CAP. 19. MORTVO igitur, imò ad meliora translato Vicelino, agebatur impensius memoria boni patris tam in Faldera quàm Cusalina: fuitq; præfixum curatoribus, quid singulis daretur diebus in eleemosynam pro remedio animæ salutari. In Cusalina autem erat sacerdos quidam Folkardus nomine, minister mensæ, qui primus ad Falderam cum domino Vicelino aduenerat, industrius in rebus forësis. Hic ergo eleemosynas pro boni patris anima constitutas dare aliquando neglexit, parcus in rebus suprâ quàm necesse esset, quòd fortè non necessarium duceret pro beato dare ad suffragia quicquam. Apparuit venerabilis Pontifex mulieri cuidam cõsistenti in pago Zegeberge, circuncinctus cultu sacerdotali, dixitq; ad eam, Vade, & dic Folcardo sacerdoti, quia impiè agit in me, subtrahens ea quæ pro remedio animæ meæ fratrum mihi deuotio supputauit. Cui 10 mulier, Quis, inquit, domine vitam vobis & linguam restituit? Nõne fama latius percrebuit, vos multis diebus & aliquot annis lingue officio destitutum, postremò etiam morte defunctum? Quam ille blando vultu consolans, præ gaudio flentem, Ita est, ait, vt loqueris: sed hæc melius instaurata nunc ecce recepi. Nuncia ergo memorato sacerdoti, vt celerius suppleat quod retraxit: quinetiam hoc adiungas, vt nouem post me expleat officia. Et his dictis disparuit. Vbi ergo hæc nunciata sunt sacerdoti, abiit Falderam cõsulere super hoc verbo. Interrogatus autem, culpam cõfiteretur iuxta sermonem viri Dei: promisitq; emendationem. Porro de nouem officiis post eum à sacerdote complendis, diuersa commentantibus veritas permansit incognita: sed rei euentus verbum quod latebat, aperuit. Idem enim presbyter nouem post episcopum hebdomadibus vixit solis: 20 declaratumq; est septimanas officiis præsignatas. Vir clarissimus Eppo præpositus, pontifici pro vitæ reuerentia valde familiaris, incõsolabiliter lugebat sancti patris obitum. Quod quum multis diebus ageret, sæpe dictus pontifex virgini cuidam castæ & simplici in somnis astitit, dicens, Dic fratri nostro Eponi vt cesset a fletu: quia & fletibus eius condoleo: ecce enim lachrymas ipsius in vestibibus meis porto. Dixit, & ostendit ei vestem niuei candoris totam lachrymis infusam.

CAP. 20. Quid dicam de illo cunctis notissimo, cuius supprimo nomen? Ita enim placuit, eo quòd adhuc superstes sit in Faldera, cupitq; latere. Hic post mortem pontificis nondum expletis triginta diebus, audiuit eum in visione dicentem, repositam sibi requiem cum famosissimo illo Bernardo Clareuallensi. Cui quum diceret, Vtinam vos essetis in 30 requie, ille respondit, Sum Dei gratia. Et vos quidem credidistis me mortuum: ego autem viuo, & semper postea vixi. Grata profecto nec onerosa fuerit lectori vnus adhuc facti narratio, quam in laudem Dei & commendationem pontificis gestam, multorum probant testimonia. Erat in Falderensi parrochia, in villa quæ dicitur Horgene, matrona quædam Adelburgis nomine, pontifici propter vitæ simplicitatem admodum familiaris. Hanc postmodum luminibus orbatam venerabilis pater consolari frequentius solebat, adhortans & cõmonens faciem virgam paternæ correptionis patienter sustinere, nec deficere in tribulationibus: nam oculos eius in cælum esse deportatos. Post transitum ergo pontificis vix annus est emens, vidit mulier cæca in visione nocturna assistentem sibi Vicelinum, & de statu salutis eius sollicitè percũctantem. Cui illa, Quæ, inquit, 40 mihi salus quæ in tenebris sum, & lumen non aspicio? Vbi quæso domine consolationes tuæ, quibus oculos meos dicebas in cælum præmissos? Ego autem protrahor in hac miseria, & cæcitas inueterata perdurat. Noli, ait ille, diffidere de gratia Dei nostri. Statimq; præcedens dexterâ signum venerabile crucis oculis eius impressit, adhibens benedictionem, & abiit. Mane ergo facto euigilans mulier, sensit ex operatione diuina, cum noctis tenebris transisse noctis suæ cæcitatem. Tum exiliens è strato mulier prona cecidit in terram, exclamans in gratiarum actionem, & dedignata cõsuetum ducem, proprios direxit gressus ad ecclesiam, pulchrum de illuminatione sua præbens spectaculum omnibus notis & amicis. Fecitq; postea de manu propria velum, ad operiendum sepulchrum beati pontificis, in testimonium & monumentum suæ illuminationis. Multa quidè & 50 alia fecit Deus per virum hunc mirabilia, digna relatu, quæ non sunt scripta. Igitur

Faldera pontificis magno letetur honore:

Virtutes animo, contegat ossa solo.

CAP. 21. POST transitum Vicelini episcopi, fratres de Faldera recesserunt à subiectione Aldenburghensis ecclesie, quippe cui nunquam suberant: & elegerunt sibi præpositum Ep^{onem},

ponem, virum memorabilem. Porro episcopalis electio & assumptio duci est referuata, scientibus cunctis quantum fuerit laboris Vicelino ad reconciliationem, præsertim quum necdum esset constitutum eius ecclesie solenne capitulum. Geroldus interea quidam, è Suæuia natus sacerdos, Brunswico agebat, scholis præfectus, vir cui in literis rarus se audebat comparare, ducis absentis cõiugi per famam notus opinione castæ ac sacerdotalis continentiæ: cui etiam deuotio inerat, se aliquando in cœnobium Redageshulen (cui germanus eius abbas præerat) conferendi. Hærebat autè in curia dicti ducis magis corpore quàm animo. Vbi ergo fama vulgauit Vicelinum episcopum emigrasse, scemina princeps Geroldum alloquitur. Si tibi, inquit, propositum est Deo seruiendi (vt ferunt) in austeritate vitæ, assume tibi laborem vtilè & lucrosam: proficiscere in Wandaliã, & sta 10 in opere in quo diu fuit Vicelinus episcopus. Hoc enim faciens, & tibi & multis proderis ad frugem vitæ melioris. Sciens autem vir Deo deditus quid esset, laborem non recusauit. Accersit ergo per literas domina Ludolphum de Cusalina præpositum: commendatumq; sacerdotem transmisit cum eo in Wagriensem terram, vt eligeretur episcopus. Accessit cleri populiq; facilè consensus: præcessit enim virum fama boni testimonii. Aberat tum fortè archiepiscopus, qui cõsecraret electum. Ille enim duci ab initio aduersatus, ob causam (quam in Saxonia diximus) de Stadeni comitatu: tum verò crescebat vehementer indignatio in alterutrum: eo quòd dux occupatus esset expeditione Italica, & communitæ sunt aduersus eum arces episcopi, Stadè, Fordem, Here- 20 borg, Friburg. Nam & orientalis Saxonie principes, & quidam de Bauaria, cõspiratiõnis (vt ferebatur) gratia condixere colloquium: euocatusque archiepiscopus occurrit eis in saltu Bohemico: quo postea reditum maturante, malè sibi timens à ducalibus, nõ audebat itinere suo redire in parrochiam: mansitq; toto penè anno in oriëntali Saxonia. Surgens ergo electus Geroldus abiit post eum in Saxoniam, quæsitumq; reperit apud Martipolim, Aldëburgensem episcopatum in alteram transferre personam parantem. Audito autem Geroldi aduëtu, perturbatus animo cœpit irritare factâ de illo electionem, immaturam ecclesiam, & personis adhuc vacuam, sine sua authoritate permissiõneq; nec eligere neque decernere quicquam posse. At ex aduerso responsum est ratum esse opus electionis, quam perfecisset postulatio principis, cõcordia cleri, aptitudo personæ. Tunc archiepiscopus, Non est, inquit, huius temporis vel loci talium explanatio: expediet hanc causam, quum rediero, Bremense capitulum. Vidès ergo electus archiepiscopum sibi aduersantem, remisit Ludolphum præpositum ad eos qui secum venerant in Wagriam. Ipse verò abiit in Suæuiam, designaturus duci per nuncium de statu suo. Cui dux celerius remandauit vt properaret in Longobardiam, processurus cum ipso Romam. Quo properante incuratus est à latronibus, & amisso viatico percussus etiam est gladio in frontem. Nec his remoratus vir æstuantis animi, profectus est itinere cœpto: perueniensq; Terdonam (vbi erant castra regis) benignè suscipitur à duce & amicis eius. Ea capta ciuitate, rursus progrediuntur Romam. Ibi multis antè peractis (quæ 30 in Saxonia diximus) ea fuit opera ducis in obsequium summi pōtificis, vt quamuis propter literas archiepiscopi (quæ præuenerant in urbem) auersatum summum pontificem inueniret: tamen propter singularem tum ducis operam placentem pontifici, consecratus est Romæ Geroldus de summi pontificis mandato.

EPISCOPVS autem iam consecratus, accepta à duce licentia, se contulit in Suæuiã: vbi venerabiliter ab amicis susceptus, & per dies aliquot retentus, diuertit in Saxoniam. Inde trãsmisso Albi venit in Wagriam, ingressurus vineam Domini, & in ea laborem arripiens, cui se deuotus. Deniq; ingressus episcopatum, non inuenit stipedia, quibus vel ad mensam sustentari poterat. Siquidem Falderensis domus, post mortem beatæ memoriæ Vicelini episcopi, commodo simul & quieti consulens (sic enim interpretatur Helmoldus) ad Hamburgensem ecclesiam se se trãstulerat. At Ludolphus præpositus, cum fratribus in Cusalina, satis sibi esse putabant, vt episcopum ingredientem & e- 50 gredientem, hospitio exciperent. Sola domus Buzow stipediis episcopalibus deseruiebat, vacua admodum & inculta. Visitans ergo episcopus & alloquens filios ecclesie sue, reuersus est inde ad Albiã, loquuturus archiepiscopo apud Stadium. Quem quum archiepiscopus per factum elationis diutius pertraheret, essetq; difficilis admissio, dixit Geroldus ad abbatem Redageshulen, germanum suum, & eos qui secum venerant, Quid

Electio episcopi duci referuatur.

Archiepiscopus duci archiepiscopi communitis aduersari cogitat.

Archiepiscopus ecclesie suffragia contemnit.

Geroldus veniente licet archiepiscopo, à papa consecratur.

CAP. 22.

Geroldus cum superbo archiepiscopo liberè expostulat.

hinc stamus fratres? Eamus videre faciem hominis. Et nihil moratus ingressus est ad eum, accepitque osculum sine verbo salutationis. Ad quem Geroldus, Mihi, ait, cur reticet maior meus? Expectandum mihi scio ut prior loqueretur potestas maior: sed quia pertinaciter siletur, veniam mereor, silentium rumpens. Quid peccaui, ut salutationem demeruerim? Demus, si placet arbitros, qui iudicent inter nos. Veni (ut scitis) Martipolim postulare benedictionem: & renuistis. Necessitate ergo inductus abii Romam, impetraturus ab apostolica sede quod hinc recusabatur dari. Iustior mihi apud æquos iudices succedendi est ratio, quod mihi onerosa ista proficiscendi imposita est molestia. Ad quem archiepiscopus, Que, inquit, tam ineuitabilis causa vos Romam ire compulit, ad subeundum viam laborem & impensas? An quia extra prouinciã positus, vestram postulationem ad faciem ecclesie nostrae distuli? Distulistis, ait episcopus, tamquam infirmaturi causam meam: hoc enim (ut verum fatear) verbis deprehendi non obscuris. Sed gloria Deo, qui perfecit nos in ministerio suo, laboriosa siquidem, sed grata assequutione. Tunc archiepiscopus, Apostolica, inquit, sedes potestate sua (cui certe obniti non possum) vasa est in consecratione vestra, quæ ad nos omni iure spectabat. Sed huic iniurie rursus prouidit remedium, designando nobis per literas, nihil in hoc facto authoritati nostrae de vestra subiectione subtractum. Ad hæc respondit Geroldus, Scio quidem, nec diffiteor, hoc ita esse ut dicitis: & idcirco huc veni, ut exhibeam me in iis quæ digna sunt vobis, ut sopiantur discordiæ, & instaurentur ea quæ pacis sunt. Iustum quoque arbitror, ut nobis, quæ subiectionis sunt exhibentibus, prouideatis sustentationis adminiculum. Militantibus enim stipendia quis neget? Et his dictis in mutuam gratiam redierunt, promittentes alterutrum in necessitatibus opem vicariam. Inde digrediens Geroldus episcopus abiit Bremam, occursum duci. Eam enim ciuitatem, velut suam, dux ipse tenebat, ex causis quas in Saxonia commemorauimus. Dux ea tempestate in sensus Phrisonibus, qui dicuntur Ruffri (sunt autem qui ad Iadam fluuium accolunt) venit Bremam Calen. Nouemb. & iussit teneri Phrisios eius generis quotquot ad forum venerant, & substantias eorum diripi. Interrogatus autem à duce præsul Geroldus quomodo illum exceperit archiepiscopus, rem omnem vertit pro sua prudentia in faciem meliorem, & studuit lenire ducis animum ad illum. Inueteratæ enim causæ diffidii (quæ diu suberant) eo tempore inuenerat locum digrassandi, eo quod archiepiscopus omisisset Italicam expeditionem, violator perinde habitus præstiti Imperio iuramenti, & perinde reus læsæ maiestatis: cuius rei vindicem ab Imperatore se ferebat dux Henricus. Qua de re Bremam veniens occupauit omnes curtes episcopales: & quæcunque reperit episcopi, addidit fisci iuribus. Idem factum est Valtrico Halberstadenfi episcopo. Redeuntem ergo ducem Brūswicum adiit Geroldus, & egit cum eo festum Dominici natalis. Quo expleto rediit in Wagram, assumpto germano suo, abbate de Redageshusen. Abiit Aldenburgum, acturus diem solennem Epiphaniæ in loco cathedrali.

CAP. 23. VENIENT ergo Geroldus episcopus in ecclesiam suam brumali tempore, inuenit urbem desertam penitus, non habentem mœnia, derelictam habitatoribus, sanctuarium paruulum, quod beatæ memoriæ Vicelinus erexit. Illic in asperrimo frigore, inter motes niuium peractum est sacrum officium. Auditores nulli de Wandalis, præter Pribislaum & paucos alios. Expletis sacris mysteriis, rogauit Pribislaus diuertere Pontificem cum suo comitatu in domum eius, quæ erat in vico distantiore. Venientem suscepit alacritate plurima, fecitque conuiuium lautum: mensam appositam viginti fercula cumularunt. Inde experimento compertum est (quod antè fama vulgante inter omnes percerebuit) quia nullagens urbanior Wandalis in hospitalitate. In colligendis enim hospitibus omnes quasi ex vna sententia alacres sunt, ut nec hospitium postulare permittunt, vltro offerentes. Quicquid in agricultura, piscationibus seu venatione conquirunt, totum in largitatis opus conferunt, eo fortiorem quenque, quo profusiores, iactantes. Cuius ostentationis iactantia multos ex his ad furta & latrocinia contrudit: quæ vitiorum genera apud eos quidem venialia sunt: excusantur enim hospitalitatis palliatione. Wandalarum enim legibus accedens, quod noctu furatus fueris, crastina hospitibus disparties. Si quis verò (quod rarissimum est) peregrinum hospitio dimouisse deprehensus fuerit, huius domum & facultates diripere vel incendio licet consumere: atque in id omnium pariter vota conspirant: illum inglorium, illum vilem

Papa legibus solutus.

Ruffri Phrisios à duce detinentur.

Dum archiepiscopo tanquam maiestatis reo infestus.

Wandalorum mos, ut prædentur quæ in hospites profundant.

vilem & ab omnibus protinus exhibendum dicentes, qui hospiti panem negare timuisset. Manentes autem apud regulum nocte illa cum die ac nocte subsequenti, transierunt ad orientem, ascendentes in vltiorem Wandaliã, hospitati apud potentem quendam in gente, cui nomen Tassemar: is enim illos accerserat. Accidit autem ut in transitu nemus offenderent, quod vnicum est in terra illa: tota enim in planiciem sternitur. Illic inter vetustissimas quercus, viderunt sacras (ut vocant) arbores, quæ dicatæ fuerant Deo terræ illius Prone, quas ambiebat atrium & seps accuratior, lignis extructa, continens duas portas. Præter penates enim & oppida, quibus singula (ut putabant) numina inerant, locus ille genti sanctimonium fuit & vniuersæ terræ: cui flamen, & feriæ, & sacrificiorum varii ritus, dedicati fuerant. Illuc omni die Lunæ cum regulo, populus & flamen conuenire solebant, propter iudicia. Ingressus atrii omnibus interdictus, præter sacerdotem & sacrificii causa venientes, vel quos mortis urgebat periculum: erat enim constitutum miseris asylum. Tantam enim sacris suis Wandali exhibere reuerentiam, ut ambitum fani nec hostium sanguine pollui sinat, iurationes difficilimè admittant. Nam iurare apud illos est quasi peierare, ob vindicem deorum iram. Est autem genti multiplex idolorum cultus: non enim omnes in eandem superstitionis consuetudinem consentiunt. Hi enim simulachris imaginarias formas prætendunt, templis inclusas: quale erat Plunense idolum, cui nomen Pogaga. Alii sylvas vel lucos inhabitant: qualis erat Prone Deus, quem coluere Aldenburgenses: quibus nullæ sunt expressæ effigies. Multos etiam duobus vel tribus, aut eo amplius capitibus exculpunt. Inter multiformia verò deorum numina, quibus arua, sylvas, tristitias atque voluptates attribuant, non diffitentur vnum Deum in cælis, cæteris imperitantem: illumque præpotentem cœlestia tantum curare, hos verò distributis officiis obsequentes, de eius sanguine processisse, & vnumquenque præstantiorem, quo proximiorum illi deorum Deo.

VENIENTE autem episcopo cum comitatu suo ad nemus illud & locum profanationis, adhortatus est cæteros episcopus ut fidenter accederent ad subuertendum lucum: ipse equo desiliens, contriuit conto insignes portarum frontes. Et ingressi atrium, omnia septa eius congeserunt circum sacras illas arbores: & de strue lignorum, iniecto igne, pyram excitarunt ingentem: non tamen sine metu, ne fortè tumultu & incursionem gentis obruerentur. Illi autem diuinitus protecti abierunt. Peruenerant ad hospitium destinatum, vbi Tassemar excepit eos grandi apparatu. Nec tamen dulcia aut iucunda illis fuerunt Wandalarum pocula, quod cernerent compedes & varia tormentorum genera, quæ intentabantur Christicolis à Dania aduectis. Aspexerunt illic gementes sacerdotes Domini, captiuitatis diutina calamitate maceratos: quibus episcopus nec vi nec prece subuenire poterat. Proxima die Dominica conuenit populus vniuersæ terræ ad forum Lubicense: & veniens episcopus verbum proposuit exhortationis ad plebem, ut relictis idolis colerent vnum Deum qui in cælis est, & percepta baptismatis gratia renunciant operibus malignis, prædis & necibus Christianorum. Quumque perorasset ad plebem, inuenientibus cæteris ait Pribislaus, Verba tua venerabilis pontifex, verba Dei sunt, & saluti nostræ fatemur congrua. Sed qualiter ingrediemur hanc viam, tantis malis irretiti? Ut enim intelligere possis afflictionem nostram, accipe patienter verba mea. Populus quem aspicias, populus tuus est: & iustum est nos tibi pandere necessitatem nostram: tuæ vicis erit compati nobis, & siquæ potes, nos adiuuare. Principes nostri tanta seueritate grassari in nos constituunt, ut propter vectigalia & seruitutem durissimam, melius sit mori quam viuere. Ecce hoc anno nos habitatores breuissimi anguli, mille marcas duci persoluimus, porrò comiti toties centenarum. Et necdum emimus ut respiremus: sed toties emungimur & premimur, vsque ad exinanitionem. Quomodo ergo vacabimus huic religioni nouæ, ut ædificemus ecclesias, & percipiamus baptismum, quibus quotidiana innouantur onera, ut nihil cogitemus quam de fuga? si tamen esset quod confugeremus. Transeuntibus enim Trauenam, ecce similis calamitas occurrit: venientibus ad Panim fluuium, nihilominus adest. Quid ergo restat, nisi ut ommissis terris feramur in mare, & habitemus cum gurgitibus? Aut quæ culpa nostra, si pulsati terra mare turbemus, & deprædemur Danos, & reliquas gentes mercandigratia nauigantes? Nonne principum erit ea noxa, qui nos exturbant? Ad hæc episcopus, Quod principes nostri hæctenus abusi sunt gentem Wandalarum, non est mirabile.

Idoli Prone lucus & cultus.

CAP. 24. Geroldus lucum evertit.

Episcopo adfidentem inuitanti obicitur tributum granitum.

Wandalis, si
Christiani fi-
ant, equior
promittitur
conditio.

bile: non enim se multum delinquere arbitrantur in idololatrias, aut qui viuunt sine ve-
ro Deo. Quin potius concurrite ad nostræ Christianitatis ritum, & subiicite vos omni-
um creatori Deo, sub quo curuantur qui portant orbem: & erit onus vestrum magna
ex parte leuatum. Nonne Saxones & cæteræ gentes quæ Christiano censentur nomi-
ne, degunt cum tranquillitate, contenti legitimis suis? Vos verò sicut ab omnium dis-
crepatis cultura ac religione, sic omnium odio laboratis, & patetis direptioni. Et ait Pri-
bisslaus, Si domino duci & tibi placet, vt nobis cum comite sit eadem culturæ ratio,
dentur nobis iura Saxonum in prædiis, & redditibus: & volentes subibimus Christia-
na sacra, ædificabimus ecclesias, & decimas persoluemus. Episcopus operam polli-
citus abibat.

CAP. 25. EDIXIT Henricus dux prouincialem in Erteneborg conuentum: ad quem inter
alios properabat Geroldus episcopus, aderant euocati Wandalorum quoque primarii.
Admonente episcopo, dux verba fecit ad regulos illos super Christianismo suscipien-
do. Ad quem Niclotus regulus Obotritorum ait, Sit Deus (quem nos quoque in cælis
regnare credimus) Deus tuus, esto Deus noster: & sufficit nobis. Excole tu illum quàm
voles religiosissimè: nos autem te venerabimur. Et arridens corripuit eum dux de ver-
bo stultitiæ pleno. De rebus verò ecclesiæ & episcopatus nihil amplius eo tempore ac-
tum est, eo quòd dux nuper Italia rediens, totus in questu erat, sumptibus exhaustus.
Camera enim vacuefacta, commonuit corradere, vt impleretur. Redeūtem ducem in
Brunswicum suum insequitur Geroldus episcopus, & mansit apud eum diebus multis:
dixitq; duci, Ecce iam annum in curia tua consumpsi totum, nihil præter onus afferens:
in Wagriam rediens non inuenio quid manducem. Cur ergo onus nominis huius & of-
ficii mihi impositum est? Melius mihi erat in gradu pristino permansisse, quàm in epi-
scopatu mendicare. His incitus dux exciuit comitem Holsatiæ Adolphum, & habuit
cum eo rationem de trecentis mansis, qui oblati fuerant in dotem episcopi. Comes au-
tem præfente duce, assignauit episcopo in possessionem Vthin & Gamel, cum appendi-
tiis eorum. Insuper prædio quòd dicitur Buzow, adiecit duas villas, Gudesuelt & Wo-
beze. In Aldenburgo quoq; dedit ei prædium commodum satis & adiacens foro. Et ait
comes, Eat dominus episcopus in Wagriam, & adhibitis viris industriis æstimari faciat
prædia: quod defuerit de trecentis mansis, ego supplebo: si quid superfuerit, sit vicissim
meum. Veniens ergo episcopus vidit possessiones: & habita inquisitione cum colonis,
deprehendit prædia vix centum implere mansos. Quamobrem comes volens redar-
guere agri mensores, adhibuit mensuram suam funiculo breui, & hominibus incõper-
to: præterea paludes & nemora funiculo comprehendit: & fecit de mensura sua maxi-
mum agrorum numerum. Perlata verò causa ad ducem, adiudicauit ille episcopo dari
mensuram ad morem terræ, nec mensurandas paludes ac syluas robustiores. Multum
ergo laboris adhibitum est in requirendis agris, nec per ducem nec per episcopum po-
terant in designato à comite spacio deprehendi. Hæc autem importunitate sua con-
quisiuit Geroldus episcopus, quotidie insistens auribus principum, vt ad bonum mo-
dum episcopalis prouisio expediretur. Et ædificauit oppidum & arcem Vthin, consti-
tuens ibi forum. Quia autem congregatio cleri non erat vlla in Aldenburgenfi eccle-
sia, præter eam quæ erat in Cusalina (hoc est in Hagerstorp) annuente duce reduxit il-
lam in Zegeberg, ad locum primæ foundationis: quatenus in solennitatibus, quum pon-
tificem oporteret adesse populo, haberet in clero sacri officii ministerium. Quod li-
cet Ludolpho præposito & fratribus videretur incommodum, propter tumultus fori,
cesserunt tamen consilio maiorum: nam refragari locus non erat. Et erexit eo loco
domum episcopus. Inde progressus adit archiepiscopum, cui etiam multa dependit
obsequia, sperans sibi reddi Falderense monasterium, quod antecessor eius & fundas-
se & possedisse dignoscitur. Sed archiepiscopus in partem ecclesiæ suæ pronior, callidis
sponfionibus deduxit virum, promittens per inducias, & tempora redimens. Manda-
uit autem Epponi, venerabili præposito, ne penitus retraheret manum à subsidio no-
uellæ ecclesiæ huius, sed subueniret episcopo tam in episcopatu quàm in cæteris ad-
iumentis. Quamobrem Geroldus accersiuit de Falderensi cœnobio venerabilem
Brunonem sacerdotem (is enim defuncto Vicelino Wandalia decesserat) & remi-
sit eum Aldenburgum, vt curaret salutem populi illius. Ad quod nimirum opus, ille
diuino

Episcopus de
sepulchro conque-
ritur, & magis
in Wagriam

Geroldus epi-
scopus in cõge-
rendis bonis di-
ligens.

Episcoporum de
ecclesiis ampli-
ficandis cõten-
tio.

diuino incitabatur instinctu, vt non grauaretur labore, sed inuitaretur fructu.

V I D I T nanq; nocturna visione chrismale in manibus suis, de sub cuius operculo
succreuerat oliua plena viroris, quæ cõfortata validam peruenit in arborem. Quod ni-
mirum pro sententia eius ita prouenit. Statim enim vt redit Aldenburgum, aggressus est
opus Dei cum magno feruore: & vocauit gētem Wandalorum ad regenerationis gra-
tiam, succidens lucos, & destruens ritus sacrilegos. Et quia arx & ecclesia, vbi olim fue-
rat ecclesia cathedralis, deserta erat, obtinuit apud comitem vt fieret illic Saxonum co-
lonia, & esset solatium sacerdoti de populo, cuius nosset linguam & consuetudinem. Et
factum est hoc nouellæ ecclesiæ non mediocre adiuuētum: siquidem ædificata est ec-
clesia honestissima in Aldenburgo, libris & signis & cæteris vtenfilibus copiosè adorna-
ta. Et restauratus est cultus domus Dei in medio nationis prauæ & peruersæ, anno quasi
nonagesimo post excidiū prioris ecclesiæ. Et dedicata est à pontifice Geroldo in hono-
rem sancti Iohannis Baptistæ, astante & omnem deuotionem adhibente nobili viro A-
dolpho comite, & domina Mathilde eius coniuge. Et præcepit comes populo Wanda-
lorum vt transferrent mortuos suos tumulandos in atrium ecclesiæ, & vt conuenirent
in solennitatibus ad ecclesiam, audire verbum Dei: quibus etiam sacerdos Dei Bruno,
iuxta creditam sibi dispensationem, sufficienter illis præferebat salutis monita, habens
conscriptos sermones lingua Wandalorum, quos populo pronunciaret opportunè. Et
prohibiti sunt Wādali de cætero iurare in arboribus, sentibus & lapidibus: sed offere-
bant criminibus pulsatos sacerdoti, ferro vel vomeribus examinandos. Danum autem
quendam per ea tempora comprehensum ob nescio quas causas, Wādali confixerunt
cruci: quod quum Bruno sacerdos renunciasset comiti, ille traxit noxios in causam, &
ere multauit, tulitq; genus illud supplicii de terra. Videns ergo Geroldus episcopus
quia in Aldenburgo positū esset fundamentum bonū, suggessit comiti vt in pago, qui di-
citur Susle, suscitaretur ecclesia. Et miserunt illuc de Falderēsi domo Dulcinum sacer-
dotem, cuius spiritus sitiebat labores & pericula in prædicatione euāgelii. Missusq; ve-
nit in speluncam latronum, ad eos qui habitauere Wandalos ad fluiuium Crempine: e-
rat autem illic piratarum familiare latibulū. Et habitauit inter eos sacerdos, seruiens Do-
mino in fame, siti & nuditate. Opportunum deinde visum est vt & in Lutkenborg ædi-
ficaretur ecclesia, & in Ratekow: & abierūt illuc vnà episcopus Geroldus & comes A-
dolphus, & designauerunt ecclesiis extruendis opportuna loca. Creuit ergo opus Dei
in Wagriensi ecclesia, & iuuerunt inuicem se comes & episcopus ope vicaria. Arcem
quoq; Plone per hæc tempora comes instaurauit: muniuit oppidum, cõstituens forum.
Et abierunt secretò timentes Wādali, qui tenuerūt vicina loca: veneruntq; Saxones,
& habitauerunt illic, defeceruntq; indigenæ paulatim de terra. Sed & in terra Polabo-
rum multiplicatæ sunt ecclesiæ instantia domini Euermodi episcopi, & Henrici comi-
tis de Racesborg. Veruntamen assuetos prædis Wandalos non ita cohibere initio pote-
rant, quò minus in mari piraticam, & per terram occulta latrocinia exercerent. Dania
autem assuetam habebant palæstram antiquæ dimicationis.

CAP. 27. WANDALIS enim & Danis perpetua fuit de mutua præda colluctatio: nisi quòd
iam Dani; post susceptum Christi iugum māsuetiores facti, propulsandis de mari & ter-
ra sua Wandalis laborabant. Opportunū enim tempus nacti, quo Dania ciuili intus bel-
lo flagraret (duobus de regno contēdentibus, Zuenone & Kanuto) continuò excurre-
bant in eos Wādali. In Zelādia tum vastitatem commisere, præmissis speculatoribus,
quum regem Zuenonem abesse intelligerent. Vrbi Roschildiæ admovent exercitum,
non diffidentes imparatam occupare. Rex autem quum iam sero vespere eam urbē ma-
gnis itineribus contendens, clam Wandalis intrasset, præmisso etiam ex suis speculato-
re, quos potuit perarmavit, hostibus occursum. Qui præibat, statim obuios habuit ex
Winulis equites expeditos, qui cum pernitate equorum facile poterant graui præire
onuistum armatura. Declinavit Danus vim hostiū: satis iam præmaturis se ab illis (vt po-
terat) elongabat. Equidem robustum viri iumentum facile dissipauit stipulas, quæ im-
pedimento erant pernibus Wandalorum equis, ad cursum non ad statariam pugna
expeditis. Interrogatus ille inter percurrendum, si rex adesset, adesse respōdit: veritate
facilius illis illudere reputās, quòd vera non dicere hostem illi putarent: indubitatum
illi erat nec credituros quod diceretur. Certumque illi mox sunt interpretati quod eo-

Ecclesia post
diurnam in-
termissionem
restituitur.

Supplicii cru-
cis tollitur.

Wādali la-
trocinia dedi-
cere non pos-
sunt.

Wādali Da-
niam popula-
tur.

rum speculatores renunciabant, regem non adesse: itaque progrediuntur agmine quadrato. Nec longum tempus in medio, regii equites vrbe egrediuntur, rex ipse sequutus cum aliquot peditum cohortibus acalis equitum. Primi ex Danis equites distinent hostem, donec regius exercitus instruat. Iam stabant in ordine acies, iam pugna confertur. Promptum fuit regiis, ex summa quiete procurrētibus, hostiū agmina prima perturbare. Fortiter tamen Wandali resistunt: sed quoniam Danorum vires paulatim crescere sentiunt, ob regem (quem non putabant præsensem) suasq; decrescere, consultò pugnantibus retrocedunt. Erat prælium fugæ non dissimile, vt sæpe conuersi hostem aut sustinerent, aut repellerent. Vtrinq; tamen magna cæde peracta, Wandali ad naues redeunt, multis (quod necesse fuit) dum trepidant in littore, amissis: cæteri in naues recepti regrediuntur. Tanta verò tunc vi Wandali Danis, & per sequentia tempora institerunt, vt vastata Iutia ad Eydoram vsq; vici habitatoribus vacui cernerentur, agri desolati. Fionia, Falstria, Zelandia, non meliori tum sorte agebant: Lalandia etiam, precio vexationis redimendæ gratia persoluto, quietē suam impendio emebat. Cernens rex Zueno quia domestico dissidio cuncta perturbante, Wandalorum flammam extinguere non poterat, magno ære interueniente Henricū Saxonix ducem, cognomento Leonem, subarrabat, vt suis ille viribus Wandalis inuectus, domi illos detineret, ne Daniæ regnum durante intestina dissensione labefactarent. Mille quingentas argenti libras publica collatione rex corrogauit, vt Henrico duci (cuius tum fuere vires præcipuæ) stipendium militiæ in Wandalos persoluat. Ille accepta pecunia aliquot equitum cohortes illis immisit. Sed maiores tum erant Wandalorum (quos corruptè Winulos dixere) vires, quàm vt paucis cohortibus territarētur. Itaque nihilominus rem in Daniam peregerunt: nec amplius tum à rege actum putabatur, quàm vt damno dedecus adiecerit, patriam suam non armis, sed argento tutari confusus: quæ etiam res multorum ex suis ab eo animos fertur abalienasse.

CAP. 28.

PARVO deinde post tempore vi Wandalia apud Fioniam clades incidit memoranda: vt si secundam illi similē insula accepisset, cultu diu vacua remaneret, resq; eius non afflictæ modò, sed perditæ fuissent. Zueno enim rex tum pulsus exulabat: cuius rei ordinem in Dania sumus exequuti. Quandiu enim illi res fuerat cum solo Kanuto, vt cunq; armis & semel (quod diximus) Cæsaris Friderici interpositione se in regno continuit. Vbi verò Waldemarum regium iuuenem à se abalienauit, Kanutusq; hostis illum sibi deuinciret, data illi sorore in coniugium: iam cunctis amborum cedere cogebatur armis. Ergo fractis viribus, semel ac iterum infelicitè prælio gesto, & quū se multi ab eo ob Wandalorum retraherent incursum, impositis in naues rebus, cum coniuge & liberis, se transtulit in Wandaliæ, & applicuit in Aldenburgum. Quare comperta, comes Adolphus (in cuius venerat ditionem) non potuit non commoueri, regem quondam potentissimum, cuius frænum in maxillis populorum, omnium borealium nationum, repente deiectum exulare. Cupienti ergo regi transire per terram Adolphi, multam comes exhibuit humanitatem: diuertitq; ille in Saxoniam, ad focerum suum Conradum de Within, marchionem: & mansit illic annis fere duobus. Quo tempore Henricus dux Leo ad conuētum regni, quem Imperator in Ratispona indixerat, festinauit, recepturus ducatum Bauariæ, quòd Imperatori in Italia fortissimè astitit: & recepit illum, patruo Imperatoris Henrico destituto, quem Austria cōtentum esse iussit. Et creatum est Henrico iterum nomen nouum, vt dux Bauariæ & Saxonix scriberetur. Peractis ibi rebus ad votum, ducem à curia redeuntem adierunt principes Saxonix, interpellantes, vt regi Zuenoni expulso, ad restitutionem adesse dignaretur. Promisit rex duci pecuniam immensam. Collectis ergo dux copiis vnde cunq; per brumam reduxit regem in Daniam: & apertæ sunt ei ciuitates Sleswicum, & Ripa. Nec tamen vltra profecit illa expeditio. Instabant enim quadragesimæ religiosi dies: & nullis potuit peruincere precibus Henricus vt remaneret: sed postulati, vt Wandalorum Henrico parentum viribus vteretur, dux promptus annuit. In præsentia autem retrovertit ducem, quòd viderat nullas in regno suppetias venire Zuenoni, quamuis gloriatus pridem esset apud illum, ad primam de Saxoniam armorum ostentationem, totius aut maioris partis regni ad se fieri concursum: quod longè secus acciderat.

CAP. 29.

REDUCTVS autem paulo post Zueno viribus Wandalorū in Fioniam, tanta gratulatione

tulatione omnium ad se concurrētium exceptus est, vt dici vix possit, fœliciōrne rediens, quàm infortunatior fuerit abscedēs. Quam susceptionem, & reliquos deinde successus, quia in Dania satis explicuimus, nihil hoc loco, nisi quod ad Wandalos pertinebit, nobis recensendum: quorum hæc præcipua laus est, quòd regem, quem florentem oppugnare consueuerunt, nunc armis in regnum restituant. Facto ergo ad redeuntem regem maximo suorum concursu, Kanutus & Waldemar, eius perduelliones, & ipsi diuisis locis copias instruunt, vt occurrant venienti, & iterum eiiciant, priusquam conualescat. At ille confederat in Lalandia, securus locorum firmitate. Interuenit autē Helias Ripensis præful, priusquàm ad arma concurrant: & compositione intentata trium voluntate, regnum tripartito scinditur: & vnicique sua pars, qua contentus abiret, deputatur. Waldemaro Iutia, vt à Saxonibus discluderetur Zueno: Kanuto Scania: media verò regni dantur Zuenoni, vt interceptum in medio facilius continerent. Adhibita sunt singulorum sacramenta, vt pax firmaretur. Qua (vt credebant) firmata, quum Waldemar atque Kanutus, iam positis armis, omnia tuta & fide stabilita arbitrarentur, Zueno conuiualiter excipit regni consortes in Roschildia: illi nihil veriti assunt. Struit dolos inuitator Zueno: & hospitalibus diis posthabitis, in ipso conuiuium ferrum intentauit, miscuitque poculis cruorem. Cæsus est ibi Kanutus. Waldemar grauius faucibus vix elabatur, & peruenit in Iutiam suam. Ibi collecto exercitu, venientem cum agminibus Zuenonem excipit, & opprimit. Rex inde pacificus in omni regno fit Waldemar competitoribus absumptis. Quam rem nunc breuiter rememoratam, in Dania plenius, qui volet, perquirat explicitam.

PER quod tempus ciuitas Lubicensis conflagrauit incendio, quum ei loco splendor esset maior adhibendus. Purgauit ignis, auferens primordia, tumultuariè non magnis apparatus instructa. Mercatores tum afflictis damno ingenti, ducem circumstunt, dicentes, Hactenus princeps illustis, in patientia dissimulauimus detrimenta negotiationis nostræ, posteaquam nobis interdictus est à te liber mercatus ad omnes. Quo minus locum mutarem, distinuit affectio penatium atque domorum: nūc quoniam incendium cōsumpsit omnia nostra, etiam ea parte liberi, locum sponte deserimus. Da ergo, si tibi videtur, alio in loco liberum nobis emporium: quò ex integro ædificantes, tuo fauore mercemur ad incrementum nouæ vrbs, vt perinde census increseat tuo dominatui. Visi sunt probabilia dicere: iterum verbū ille facit comiti super insula Lubicæ, vt eam iam domibus & habitatoribus vacuam permittat duci. Neque tum cessit comes domino suo. Igitur ad lacum Wakenissam dux noua mœnia molitur: vocat Lubicæ mercatores, vt ibi instruant ædificia. Venere plurimi: vrbs nouam appellat Leoninam suo de nomine. Sed quoniam à mari difficilis erat in lacum aditus, transportari multo incommodo de Trauena flumine per terram merces videbantur. Ea difficultate territi multi cœpto destiterunt. Sed neque Lubicam renouarunt, non permitti à duce, liberè merces à mari venientes, interdicto principis, distrahere. Videns comes quia neque ipse prouentum loci sui poterat magnum expectare, quòd nemo fideret instaurationem exultæ vrbs adire, & quoniam ducis in se indignatio grauior exitus minitabatur, permisit duci nouam Lubicam: ille locum multis insigniuit immunitatibus. Mox ad restaurandam vrbs ciues concurrunt: noui denique veteribus accessere. Incredible est memoratu quantum breui profecerit vrbs nouella, postquam in ducalem peruenit potestatem. Ille dispersis nunciis per omnia regna aquilonis, fecit præconari per Russiam & citeriora regna, immunitates mercatorum ad nouum suæ ditionis emporiū diuertentium. Constituit iura, moneta excuditur, vectigalia non onerosa imponuntur. Ex eo die magnum ciuitati & repentinum prouenit sine exemplo incrementum: erat autem post datam mundo salutem annus MCLVIII.

IN reliquam deinde Wandaliæ respiciamus: cuius hactenus adeò res fluxæ erant, vt apprehensam aliquoties Christi religionem ad tempora seruauerint. Sed per occasionem grauatorum in eos tributorum aliquot vicibus reiecerunt: prius enim à terra vicinorum principum censibus sunt adacti soluendis, quàm ad Christi iuga coacti. Ab occidua quidem parte, iam tenuiter cœperunt Christi fidem sectari. Maior tamen pars se recepit ad interiorē Wandaliæ, orientem versus, vt nascentē delinarent religionē. Etiam dux Leo Henricus Obotritis & interioribus Wandalis censum denuo imposuit.

Danus Widalos adortus ad naues compellit.

Danus Saxoniæ opem aduersus Wandalos implorat, sed frustra.

Zueno potentiori cedere cogitur.

Henrico Leonis Bauariæ restituitur.

Zueno reuersus à suis excipitur.

Zueno pace & conuiuium ad nefariam eadem abusus, postea deletur.

CAP. 30. Lubica incendio conflagrauit.

Instauratur Lubica, & immunitatibus amplificatur.

II 58.

CAP. 31

Christianismus in Wandaliæ aggrè introducitur.

Albertus quoque marchio sibi conterminis ad onera incubuit. De Christianismo autem quid apud marchionem ageretur, perspectum non habemus. Obotriti autem & vicini Winuli tributa quidem pensitarunt, sed religionem Christi necdum hac ætate subierunt. Qui verò ad mare habitabant, intacti ab his principibus perstiterunt, abusi per ea tempora Daniæ ciuilibus bellis. Nam dum illi inter se de regno colluctantur, & mutuas attriuere vires, interim Wandali totis incubuere conatibus Daniæ insulis euastandis: idque impigre perfecerunt qui vocantur Winuli, Rugiani, & eorum contermini. Waldemarus autem, quum ad se regnum peruenisset solum, duobus cõpetitoribus per mutuas cædes contritis: nam Zueno perdidit Kanutum, Waldemarus Zuenonem. Prima fuit regi cura in Wandalos vindicandi, quòd illi per occasionem ciuiliu bellorũ adeo 10 fæuierint in Daniam. Cuius rei gratia quum regni conuentum Waldemarus haberet, proceres nullo modo ad denunciandum tum Wandalis bellum inclinabant: quando attenuatis per intestina bella viribus, simul euastatis insulis per crebras Wandalorum incurfiones, nullus poterat cogi exercitus tantæ hostium insolentiæ opponendus. Nã si collatis viribus semel nunc Wandali superarent, facile illis fuerit totam regni latitudinem vastando peruadere. Itaque dandum tempus, consilio moram interponendam, ad augendas vires, & tum maturatis vndique rebus (si videatur) belligerandum: ita ingradientur, vt ex regni decore & commodo futurum sit. Rex etsi inuitus à susceptione belli discederet, paret tamen initio (quod necesse fuit) consilio procerum, ne res tenues & nouitate infirmas attenuare videretur.

CAP. 32.

QVO tempore Wandali parata classe Arusiam inuadunt, & spoliatam omni parte denudant, Falstrensis insulam suam quibus poterant viribus, aduersus infinitam hostium multitudinem præmunientibus. Erant interea qui regiis auribus Falstrenses deferrent, perfidiam illos in regem alere, secreta miscere cū hostibus Wadalis colloquia, occultam esse inuicem illis intelligentiam, nihil tam secretum in Dania fieri, quod non illi præmissio nuncio hostibus Wandalis insinuent: ita innocentium virorum fides apud regem labefactatur. Nam quod illi tutandi sui gratia fecere, non habentes in quouis defensore præsidium, & quòd necessitatis gratia interdum se hostibus (quibus erant armis impares) familiariter exhibuere, versum est illis in perfidiam. Credulus rex delatorum sermonibus Zeladiam perarmavit, satis illi virium esse in Falstria ratus. At illi non segnes, militiam in Falstrenses, etiam gaudentes amplectuntur, quod perpetuo dissidio Zelandenses Falstrensis essent infensi. Iam stabat in anchoris classis, expedita erant arma, classicum solum demorantur: quum rex subita febre corripitur, vires amisit dimissoque exercitu expeditionem in Falstria intermisit. Quis autem dubitare poterit hoc diuino nutu contigisse, vt populo innoxio, & regi nihilominus decepto delatorum verbis tum parceretur?

CAP. 33.

PER quæ tempora instabat Romanorum Imperatori Friderico altera in Italiã expeditio: ad quam euocatus Henricus Leo, dux Saxonie & Bauariæ, se præparabat: deesse enim Imperatori non poterat, iam grandi beneficio constrictus eidem, quòd illius nuper opera recepisset Bauariam. Henricus autem priusquam Saxonia exiret, colloquium habuit ad Eydoram cum rege Danorũ Waldemaro: ille enim erat limes ab antiquo vtriusque ditionis. Rex postulat vt dux dedita opera Wandalos cohibeat à piraticis excursionibus, quas frequentes in Daniam fecerant: in quam rem rex duci pollicetur mille argenti libras. Dux vicissim orat vt suos in regno contineat, ne illorum insultatione perueniatur ad arma. Ita re constituta discedunt. Dux inde euocatis Wandalorũ principibus, & inter primarios Nicloto Obotritorum regulo, serio indicit, vt per absentiam suam omni se commotione vel in Daniam cohibeant: si quid præter solitum accidat, facturum vt pœniteat tumultuantes. Illi spondent meliora. Nec tamen simplici cõtentus est dux sponsione: iurandum extorquet: quod est Wandalis onerosissimum. Et vt fidem rebus astruant, iubet piraticas naues in portum Lubicæ conuenire. Illi veteres & inualidas eò misere, melioribus in abdita reclusis, fidem quam constituere, exhibentes. Comes quoque Adolphus, cum duce profecturus, interpositis Wagriensis terræ senioribus, Marcrado atque Hornone, conuenit Niclotum, & exegit ab illo cum beneuolentia, vt fidem terræ suæ exhibeat illibatam. Quod ille pollicitus, etiam facto compleuit, atque præstitit ex fide. In hunc modum rebus ordinatis, profectus est dux in Longobardiam

gobardiam, cum mille (vt aiunt) loriceis, habens in suo comitatu Adolphum comitem, & multos nobiles ex Bauaria atque Saxonia. Et quum longius duraret ea expeditio, dux accepta ab Imperatore licentia repedauit, relictis ibi fortè militibus: vt ipse cum paucis retrocederet. Nam ex ea retrogressionem nullam apud Imperatorem offensam inuenitur (vt postea) contraxisse.

INTEREA comes Adolphus cum Reinoldo electo Colonienfi functus est publicalegatione in Angliam, ad eius gentis regem, ab Imperatore, an Henrico duce, incertum: nisi quòd pro dignitate electi Colonienfis, promptius de Imperatore quàm duce processisse legationem est intelligere. Ibi tum de nuptiis Henrici ducis inter alia est constitutum. Nam cogitauit ille repudium facere dominæ Clementiæ, propter cognationem, quæ (vt ferebatur) deprehensa est in gradu prohibito: quum summi pontifices nō tam faciles tum (vt nunc) ad dispensationem (quod in Saxonia diximus de domina Mathildi) inuenirentur. Et contristati sunt tam clerus quàm populus Holsatiæ, de diuturna absentia domini Adolphi, boni patroni. Wandali enim de Aldenburgo & Magnopoli, laxatis frenis per absentiam principum, violarunt constitutam in Danos pacem: fuitque Holsatia in tremore à facie regis Danorum. At Geroldus episcopus tum per se tum per nuncios studuit lenire regis iram, induciis tempus redimens, ad reditum vsq; principum. Redeunte ergo duce atq; comite, præfinitum est colloquium prouinciale tam Saxonibus quàm Wandalis, in loco quem vocant Berenfort. Rex quoq; Danorum venit in Erteneborg, & conquestus est Wandalos constitutam violasse pacem. Qui sibi malè conscii fuere ex Wandalis, in conspectum non prodeunt. Edicto autem proposito proscripsit omnes super ea re infamatos, & præcepit suis omnibus vt se ad expeditionem vere proximo faciendam aptarent. Niclotus autem, Obotritorũ regulus, perpendens ducis in se exasperatum animum, parariq; in se arma, statuit præoccupare bellum. Lubicam enim intercipere cogitauit insidiis, missis in eam rem ambobus filiis cum expeditis militibus, qui speciem pacis præferentes, necdum hostilibus nunciatis, vrbe nouam improuisi occupare facile ducebant. Habebat tum Lubicæ sacerdos quidam, Athelo nomine: huius domus vicina erat ponti qui tum iter sternebat per lacum Wokenissam in austrum. Is quum riuum duxisset longiusculè, effodi iussit terram, & in aggerem conici, fossatumque ponti prætendit temporaneè, nihil eorum quæ acciderant prospiciens aut formidans. Sed ea tum res saluti fuit nouæ molitioni. At Wandalorum illa insidiatrix manus quum recto itinere esset eo casu interclusa, quærens hinc atq; inde aditum, detecta est. Proclamauere quidam ex familia sacerdotis, hostes adesse. Accurrit sacerdos, & ponte pendulo per catenam demisso, iam stantibus in altera pontis parte Wandalis, vix aditum præclusit irruentibus. Dux vbi comperit, præsidium in ea vrbe militum ad similes casus præuidendos collocauit. Ita tum casus, & vnus sacerdotis vigilantia, magnam cladem præuenit intentatam

NICLOTVS hanc alteram habuit excipiendi belli causam ab duce. Validissimam igitur parauit dux expeditionem in eam gentem. Niclotus autem, Obotritorum regulus, iam bello denunciato & hostilibus omnibus, cum capitis periculo, omnes quibus tutandis diffidebat, succendit arces, Ilow, Mekelnborg, Zuerin, Dobin: solum firmavit præsidium Werlo ad Wernouiam fluumium, iuxta terram Kiffinorum. Ibi armis & comitatibus abundè comportatis, statuit obsidionem tolerare. Egressi autem milites Wandali per singulos dies, itinerum gnari, ducis explorabant exercitum: & per insidias excurrentes, nonnullos interceptere de Saxonibus. Castra fixit dux ad confinia Magnopolis: quum filii Nicloti, Werlaus ac Pribislaus, accepta manu expeditissimorum militum ad laceffendum hostilem exercitum, egrediuntur frumentatum: egressos Saxones inuadunt, sternunt, capiunt, fugant. Dux vbi comperit, insidiis opposuit insidias, & collata manu Saxones, fugam ineuntibus Wadalis, multos ex eis capiunt: quos dux omnes mox iussit necari suspendio. Elapsi Nicloti filii, ommissis equis, per paludes & inuia redierunt ad patrem. Ille indignatus, Putabam, inquit, me genuisse & enutrisse viros: sed opinione falsus sum, omnibus scæminis video fugaciores. Ipse egrediar, vt experiar si viro cum viris conueniat. Assumpsit ex omnibus copiis expeditiores, & ducit in hostem. Non tamen palam ausus in aciem congregi, stetit in insidiis, vt pabulatores excipiat. De castris autem ducis egressi sunt iuuenes solito plures

Dania intestino bello laborans à Wandalis vastatur.

Falstrensis falso apud Waldemarus delatantur.

Henricus Leo profecturus, quieti sue ditionis prospicit.

Wandali pacem non bona fide faciunt.

CAP. 34.

Wandali violant pacem.

Lubicam ab hostibus tentata miro casu seruat.

CAP. 35.

Expeditio ducis in Wandaliã aduersus Niclotum.

ad pabulandum: & prospiciētes quod acciderat, ex militibus se plures armati miscuerunt, vt insidiantes fallerent insidiis. Niclotus princeps infesta hasta procurrit in medios, & exceptus ab armatis (quorum loricas tectas non præuidit) in ipso ictu sensit arma: & priusquā se referret, crebris ictibus petitus, equo deturbatus periit, nemine suorum auxiliū ferente: quod incautius præcurtisset in eos quos putauit inermes. Ita periit vir nobilis & fortis, dum fortius quā cautius pugnat. Caput eius defectum, & ab omnibus recognitum, defertur in castra ducis.

CAP. 36. **FILII** cōperta patris morte, arcē Werlo succendūt, affectus suos cum preciosa suppellectili nauibus imponunt, ipsi cum promptissimis in nemora se cōdunt. Dux omni terra euastata firmat fortalicia, & imponit suorum præsidia. Guncelinum quendam ex prima nobilitate, Zwerino imponit: qui exinde ad longam vsque posteritatem comes cœpit esse Zwerinensis. Inde verò Nicloti filii per interpositos amicos redibant in gratiam ducis, qui eis permisit arcem Werlo cum subiecta terra: cæterum omnem Obotritorum, quam pater fugiens reliquit, terram, dux suis dimisit fidelibus. Nam in arce Kifsin Ludolphum quendam ex aduocatis Brunswici præfecit: apud Malchow Ludolphū de Peina iussit præesse. Zwerinum autem & Ilow Guncelinus regebat. Magnopolim permisit cuidam nobili viro, Henrico de Scatem: qui de Flandria aduocauit magnam multorum multitudinem, exhaustis per bella indigenis, aut fuga se proripiētibus in interiorē Wandaliā. Episcopum autem in Magnopoli constituit esse Bernonem, defuncto Euerhardo. In dotem autem ecclesiæ attribuit trecentos mansos, quo modo & Racisburgēsi & Aldenburgenſi contulit ecclesiis: ipse directus dominus comitum ab eo feudatorum. Missa autem ad Imperatorem legatione, ab illo impetrauit ius constituendorum pontificum per terras quas gladio sibi suo subiecisset: & dedit promptus Imperator quod non habuit. De quo & antè & post magnæ fuerant controuersię inter regnum & sacerdotium. Vt cunque fuerit, Fridericus Imperator, tum adhuc duci Hērico affectus, postulata permisit, vt dux suo arbitratu, de nouis disponeret episcopatus. Ita Geroldū Aldenburgenſi, Euermodū Racisburgenſi, Bernonē Magnopolensī, præfecit ecclesiis, vt ab illius manu recognoscerent pontificium, & ei subiicerentur per homagii præstationem: quod contrā decuit: sicut etiam longè post prouenit. Episcopi non ignorantes quid ageretur, seruiuerunt tamē necessitati, maximè propter illū qui seipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Et dedit etiam dux priuilegia de possessionibus, & de redditibus, & de iustitiis, hoc est iurisdictione. Et præcepit dux Wandalis qui remanserant in terra Wagriorum, Polaborum & Obotritorum atque Kifsinorum, vt soluerent redditus episcopales, qui soluuntur apud Polonos atque Pomeranos, hoc est de aratro tres modios siliginis, & duodecim numos monetę publicę. Porro aratrum Wandalicum perficitur duobus bobus & totidem equis. Et auctę sunt decimationes in terris Wandalarum, eo quod confluerent de cæteris terris homines Teuthonici, ad incolendam terram spaciosam, fertilem frugibus, commodam pascuis, abundantem pisce & carne & omnibus rebus ad vitam necessariis.

CAP. 37. **Q**uo tempore orientalem hinc Wandaliā, ad austrum Pomeranorum & Kifsinorum, tenebat Albertus marchio Brandenburgēsis, cui cognomen erat Vrsō. Hic propicio Deo prosperatus est vehementer in funiculo fortis suę. Omnem enim terrā Brisannorum & Stoderanorum, multarumque gentium habitantium ad Albim & Huelam fluuium, misit sub iugum, & subfrænabat rebelles eorum. Deficientibus autem Wandalis per cēdem aut emigrationem, misit ad Traiectum & vicina Rheno loca, in super qui habitant ad oceanum, eius fluctibus fatigatos Hollandos, Zelandos, Flādros, & adduxit terris euastatis necessarios cultores. Et cōfortatus est vehementer ad introitum aduenarum episcopatus Brandenburgēsis & Huelbergēsis, eo quod multiplicarentur ecclesię, & decimarum excreſceret non parua possessio. Sed & australe latus Albis in ipso tempore cœperunt incolere Hollādi aduenę, ab vrbe Soltwedel, omnem terram palustrem atque campeſtrem, terram quę dicitur Bersemerland & Marſemerland, ciuitates & oppida multa, vsque ad saltū Bohemicum, possidebant Hollādi. Crediderim, Ottonum tempore iam tunc has terras à Saxonibus, pulsīs Wandalis, infestas: nam & Henricus rex, Ottonis Magni pater, expugnatam urbem Brandenburgum fecit Saxonum coloniam, instituto ibi marchione, cuius posterī titulum ab illo tenent eximium.

animum. Sed exorta rebellionē sub principe (quod diximus) Mistiwoi (quem cani comparauit marchio) vsque adeo à Wandalis exterminata est gens Saxonum cū fide Christi, vt omni ditione, quam tenebat latissimam, exutus, idem marchio ad præbendam uixerit in Magdeburgo. Sed tulit incuria sequentiū temporum, vt quū Imperatores aliis rebus laborarent, Wādali vicissim pulsīs Saxonibus, natale solum recuperauerint. Testantur aggeres coniecti ad excursionē Albis: quo in opere non Wandali, sed Saxones, sudasse credūtur. Nunc vicissim reualescente Saxonum virtute per industriam principum, Henrici ducis & Alberti marchionis, cæsis, pulsīs & exterminatis pro magna parte Wandalis, aduenę populi de littoribus oceani terras occuparunt, & coaluerunt in mores & iura Saxonum, vsq; in præsentem diem. Et multiplicatę sunt ecclesię, repleta terra cultoribus: creuerunt tributa principibus, & ecclesię decimis. Per quę tempora, quū annus ageretur Christianę salutis LXXII. post mille atq; centum, videns Geroldus Aldenburgenſis episcopus, quia Lubica noua ciuitas inciperet esse populosa, & in opibus & ciuitate plurimum excreſceret, Aldenburgum verò in medio nationis prauę constituta, non tam vigeret, quā degeret, suggerebat duci de sedis suę translatione, & faciliè impetrauit. Hoc etenim quum & duci ex sua dignitate videretur, constituerunt diem quo Lubicam conuenirent, ordinaturi de rebus. Et designauit dux locum in quo ædificaretur oratorium, in titulum matricularis ecclesię, & areas claustrales erigerent. Et statuerunt illic præbendas duodecim clericorum canonicè viuientium: porro tertia decima est præpositi. Et dedit episcopus in stipendia fratrum decimas quasdam, & tantum de redditibus quos illi soluit Wandalia, quantum præbendis sufficeret perficiendis. Et resignauit Adolphus comes villas opportunas prope Lubicam, quas statim dux obtulit in vsu fratrum, & de theloneo cuique fratrum marcas duas Lubicēsis monetę, in super alia, quę priuilegiis ecclesię sunt inscripta. Præpositum autem assumpsere dominum Athelonem, cuius supra cum laude fecimus memoriam, quod urbem seruauerit ab incurſu latenti filiorum Nicloti.

Hoc erat illud tempus quo grande luctamen esset inter regnum & sacerdotium, Alexandrum papam I I. & Fridericum I. Imperatorem: qui iuris sui plurimum interesse est ratus pontificem Romanum creare & approbare, quum in electione eiusdem Alexandri diuisio fieret, & pars maior atque sanior Rolandum crearet Alexandrum. Ab diuersa parte Octauianus quidā Victoris nomine erigitur: cui, quod se Imperio subderet, Fridericus cœpit assistere. In quam rem euocato omnium principum vtriusq; ordinis concilio, in Vefuntiam (vrbs est metropolis in Burgundia Imperiali, hodie Bizuntium vocant) quò, velut prouinciarum omnium medio, reges Francię, Hispanię atque Anglię, ad placita concurrerent, occurrerentque orientalibus. Euocatur & Waldemarus rex Danię, & venit: & duo regna (vt ferunt Saxones) suscipiens de manu Imperatoris. Dani autem non fatentur, sed regem suum quibuscunq; cōditionibus inde abiisse, pollicitum, postquam cum suo concilio res discussa esset, remandaturum per literas ea quę poscerentur. Meminerat Fridericus, rem se inter Zuenonem & Kanutum, super corona contendentes, composuisse. Volebat ius Romani Imperii in illam nationem propagasse, sed non esse illi successum ad vota Dani loquuntur. Rex quidem Francię Ludouicus venit in eum locum etiam ante Imperatorem: & aliquot horis expectans repedauit, quum quid ageretur suboleret. Hartwicus Hamburgēsis archiepiscopus aderat, Henricus dux, comes Adolphus, Geroldus episcopus. Hartwicus quidem renouauit quæſtionem suam, super iure legationis in omnia regna aquilonis: sed constitui nihil poterat, propter ecclesię perturbationem, quę tum grauior imminabat. Interim verò in Wandalia res erant quietę, omnia curante Guncelino, viro forti & prudenti, per absentiam ducis. Henricus comes Racisburgenſis ecclesiasticas res curę habuit, prouiditque vt decimę de integro soluerētur, ecclesię instaurarentur, & Dei cultus vbique aueretur: profecitque vehementer status ecclesię sub illius deuotione singulari, maius verò ad filii eius Bernhaldi tempora suscepit incrementum. Holfati verò, & qui cum eis occupauere Wagriam, etsi hospitaliter ad omnes se gererent transeuntes, ecclesięque fouerent ritu Christiano, decimas tamen ex more soluere recusarunt. Nam paruulas de aratro mēſuras intulerunt: asserētes hoc illis ab initio esse permissum & promissum, priusquam nouam terrā introirent, ad cultum magno labore

Niclotus incautē hostes adortus perit.

Initium comitatus Zwerinensis.

Episcopi non ignorantes quid ageretur, seruiuerunt tamē necessitati, maximè propter illū qui seipsum exinaniuit, formam serui accipiens.

Multi è Belgio profecit in Wandaliā migrant.

Ecclesię episcopus augetur: I 163:

Lubica episcopalis sedes constituitur.

CAP. 38. Schisma in Ecclesia lactu-sum.

Concilium principum Vefontione habetur.

redigendam: & nunc quotidianos bellorū tumultus hoc ipsum deposcere, vt quoniam vndique angerebantur difficultatibus, releuentur ab onere grauissimarum decimarum.

CAP. 39. GEROLDVS Aldenburgenſis, & nunc Lubicenſis epiſcopus, adhibito Adolphi comitis conſilio, literis quā accuratē conceptis ſcripſit ad Hoſſatos in Bornehouede, vbi caput eſſe videbatur populi. Prætendit diuinum in decimis præceptum: oſtendit non eſſe magnum, pro ſpiritualibus ſeminantem metere temporalia: monet, hortatur, obſecrat, vt in ſalutem animarum & eccleſiæ decus, huic oneri ſubiiciant humeros, leuiſſimè ſupportādo vbi pia voluntas acceſſerit. Exempla eccleſiarum omnium, & præfertim proximarū (quæ non minori, etiam maiori difficultate laborent) præſentat. Sed parum literæ profuerunt, tumultuantibus, & ſublato clamore dicentibus, ſeruili conditioni nunquam ſe colla ſubmiſſuros, per quam omne Chriſticoliarum genus pōtifficum preſſura laboret. Præterea & hoc adiecerunt (non multum à veritate aberrantes) quòd omnes penè decimæ in luxus ceſſerint hominum ſecularium. Nam Henricus Polaborum comes dimidium decimæ accepit ab eccleſia in beneficium, noſtri vocant feudū: idē Adolphus comes, ſi res proſperabitur, facturus videbatur. Epiſcopus populi duritiam retulit ad ducem. Ille ſub obtētū gratiæ, Hoſſatis & omnibus in terra Wagriorum confidentibus præcepit, vt ad exemplum Polaborum & Obotritorum, legitima perſoluant eccleſiæ. Quumque in camino tribulationis ſedentes pareant, cur non etiam in tranquillitate agentes obtemperent? Illi obſtinatis animis nunquam parituros reſponderunt: malle ſe incenſis ædibus emigrare, quā ſe ac filios in perpetuam mittant ſeruitutem. Grauius etiam aliquid cogitabāt, Epiſcopo & omnibus qui vrgerent occiſis, transfugere in Daniam. Feciſſentque quòd minabantur, niſi protinus obſtitiſſet noua nuper interpoſita regis ac ducis pactio, quæ inter alia hoc continebat, quòd neuter alterius terræ profugos receptet. Anguſtati ergo Hoſſati, talem cum pontifice in ducis præſentia fecere conuentionem, vt de manſo ſex modios ſiliginis, & octo ſoluerent auenæ, eius meſuræ quam vulgò dixere *Hymten*: & ne futuris temporibus, nouis à pontificibus ſequuturis onerentur angariis & perangariis. Hanc autem cōuentionem ſcripto editam, poſtularunt literis & ſigillis ducis & epiſcopi roborari. Sed quum notarii marcam auri depoſcerent, Hoſſatiq; dare recuſarent, res manſit vt erat, nullis literarū documentis firmata: interuenienſq; mors properata pontificis rem liquit non ad plenum reſolutam, præfertim quòd bellorum noui motus ab Obotritis nunciarentur.

LIBRI. QUARTI FINIS.

ALBERTI KRANTZII

WANDALIÆ LIB. V.

CAP. I.
Filii Nicoloti
bellū mouent.



RIBISLAUS & Werſlaus, germani fratres, Nicoloti Obotritorum principis filii, non cōtenti terra Kiſſinorū (ea eſt vltra Wernouiam, ad Panim vſque fluuium) ad recuperandam Obotritorum prouinciam aſpirabant. Quorum molitiones Guncelinus Zwerini præfectus compertas habens, ſine dilatione duci nūciauit. Ille mox vndique cōtractis viribus, priuſquam hoſtes inualeſcerent, duxit in eos, præmittens Guncelinum cum expedita manu, qui arcem Werlo (in quam ſe hoſtes receperant, obſidionem ibi toleraturi) circumuallaret. Erat in eo præſidio Werſlaus: frater autem cum expeditis equitibus nemora tenuit, excuſurus, vbi cōmodum videbatur. Placuit duci quòd hoſtes obſidionem paterentur, certiffimo quòd exinde caperentur. Obſedit arcem: & egreſſi iuuenes miſſilibus certauere, graui ſatis labore atque periculo. Quibus dux ait, *Quid eſt quòd prodigi ſanguinis excurritis, vulnera ſine fructu excipientes? Quin potius ſedete in tabernaculis quieti: famas pugnet, nobis ad omnia quietentibus. Nam importati nihil poterat, & erat incluſa ingens nobilium & plebis multitudo. Iuſſit ligna comportari ad faciendas machinas, quales in expugna-*

expugnatione vidiffet Mediolani. Erat Arieti primæ nomen: ea conuellendis muris ſeruebat. Altera erecta in ſublime, turris in motem iacula deſuper emiſit in hoſtem. Qua territi, ne caput proferre ſunt auſi Wandali: Werſlaus enim vulnus accepit ex miſſili. Pribiſlaus autem excuſiones fecit de inſidiis, prælia leuia multa conficiens. Viſus eſt aliquando cum turma Pribiſlaus. Mittitur Adolphus comes cum promptiffimis ad requirendum eum: ſed ductor Wandalus, quæſito quā quærentibus affectior, duxit in errorem inueſtigantes, per inuia & paludes, tota die ſine fructu deſatigatos. Dux autem præcepit ne quoquam milites digrederentur à caſtris, quòd hoſtes armati cōſpicerentur. Hoſſati autem (vt ſunt ceruicoſi) ducis præceptum negligentes, exierunt. In quos ex cōmodo ducens Pribiſlaus, tam dimicauit ardentem, ac proinde vt centum ex eis viros proſterneret, reliquis in caſtra refugiētibus. Qua de re dux acrius ira ſtimulatus, feruentius vrget obſidionem: iamq; munimenta portarum vacillare cœperunt, minantia ruinam: nam ſuffoſſione laborabant obſidentes. Tum Werſlaus ſpe poſita meliore, euocauit interpoſita fide comitem Adolphum, ab eo cōſilia depoſcens rerum penè perditarum. Cui comes, *Sera propè tua eſt conſultatio, velut morituri de proximo, tum primū de medicina cogitantis: rectè tibi conſuluiffes, ſi in ſuum tempus petiſſes conſilia. Quis te coegit obſidionis tolerare diſcrimen? Magnæ fuit imprudentiæ ponere pedem in neruo, vbi nullum erat diuerticulum, nulla ſpes euadendi. Quis tibi nunc aliud poteſt præbere conſilium, niſi quòd res ipſa & extremum ſuadet periculum, victori tuaque dedere: Prætèr hoc non eſt alia tibi nunc via ſalutis. Cui Werſlaus, Pro tua queſo integritate interpone te duci atque mihi, vt deditio, ſi neceſſaria eſt, ſit etiam ex fide, vt vitæ & membrorum incolumitatis mihi certa ſpes ſit. Fecit comes quòd petebatur: & facilè apud ducem impetrauit vt deditis vita incolumis permitteretur, ita tamen ſi & Pribiſlaus ab armis diſcedat. Ergo comitis accepta fide egreſſiuntur de munitione Werſlaus & nobiles quique, iam dediti: qui ad genua ducis prouoluti, veniam deprecantur. Dux acceptos recluſit in cuſtodiam: præcepit autem vt Dani captiui (quos illi multos incluſerant) laxarētur. Et exiit multitudo magna captorum, duci liberatori ſuo vitam & victoriam imprecatas. Porrò arcem & vulgus ignobile dux iuſſit aſſeruari, præficiens Lubemarum, Nicoloti germanum fratrem, vt præſerret terræ, & faceret impetrata. Werſlaum ſecum duxit Brunſuicum, & aſtrinxit eum manicis ferreis: cæteros verò per cuſtodias iuſſit diſſipari. Pribiſlaus, interpoſitis idoneis apud ducem nunciis, animum eius pertentaui, ſi poſſit germanum educere vinculis, & de legibus pacis agi iuſſit. Dux multiplicem obtendit petenti perſidiam: niſi præberet obſides, nihil ſe credere paciſcenti. Ad que Pribiſlaus, *Quid eſt opus domino poſcere ex ſeruis, quos in poteſtate tenet, obſides, præfertim quum teneat germanum, multorum mihi chariſſimorum chariſſimum? Sit ille cum conſcriptis ex capto obſes: quòd ſi temerauerimus promiſſam fidem, abutatur illis dominus noſter pro arbitrio. Accepit dux conditionem, inde terra pacem ſenſit. Dux autem arces pridem acceptas firmauit, Malchow, Ilow Zwerin, Dobin, Magnopolim.**

40 VIX peracta fuit hoc tempore nouæ Lubicenſis eccleſiæ dedicatio, per archiepiſcopum Hartuicum, præſente duce ac comite Adolpho, ſingulis pro cuiusque opibus magnificè oblationem facientibus. Qua vix impleta, Geroldus epiſcopus cœpit viribus corporis repente deſtitui, ſentiens ſibi ad eſſe diem nouiſſimum: nec tamē deſtitit operi diuino manum dare. In pſalmodiis vir erat incōparabilis, qui nullam ſine fructu vel orationis, vel pii operis ſinebat horam prætereire. Adierūt conſolandi gratia ægroſantē Odo Lubicenſis decanus, Ludolphus Zegebergenſ. præpoſitus, cæteri que, magis ab illo conſolationem reportantes, quā illi perferentes. Quumq; illi facerent ſpem vitæ longioris, Meliora, inquit, dicite. Quòd aliquando futurum eſt, cur non hodie? Lecturus pſalmum, apprehendit codicem: & fortè reperit pſalmum iſtum, *Lætatus ſum in iis quæ dicta ſunt mihi, In domum Domini ibimus. Tum ſuſpirabundus, oculis in cælum ſublatis defectum ſpiritus pati videbatur: & oleo inde ſacro delibutus ſpiritum efflauit, tumulatus in eccleſia nouella, quam ipſe extruxit. Vacauit autem ſedes ad præſentiam vſque ducis, ex cuius folius voto reſtum omnes pendebant. Rebus ille in Bauaria compoſitis, Luneburgum arcem petiuit in Saxonia: ibiq; clerum Lubicenſem iuſſit conuenire, cui dederat pontificem Cōradum, Geroldi germanum fratrem, abbatem in Red-*

Werſlaus obſeſſus deditio-
nem facit.

Werſlaus
Brunſuicum
ductus, pacis
obſes ſeruatur.

CAP. 2.

Geroldi epiſcō-
pi mors.

*Magistratus
nimis sibi
mit in episcopo
creando.*

dageshusen. Quæ res licet archiepiscopo & omni Lubicensi capitulo non placeret, præualuit tamen ducis voluntas: cui nemo potuit refragari. Recepit ille consecrationem de manu Hartwici archiepiscopi, in oppido Stadēsi. Pollebat autem literatura, facundia, affabilitate, multis præterea donis, quibus dignam personam superuestiri decorum est. Sed pulchram virtutum superficiem deformabat (ut est apud Helmoldum) insanabilis quædam morum impetigo, mobilitas animi, facilitas verborum, quæ nunquam in eo persistebat: dissidens ipse secum nihil ex consilio faciebat, incertus in promissis, extraneos diligens, suos fastidiens. Clero, quem in tenella reperit ecclesia, magna primum seueritate est abusus, incipiens à primis usque ad nouissimos, qui rus habitabant: bona sacerdotum omnium sua esse dicebat, non quasi fratres, sed ut seruos reputans omnes.

Episcopityrannicus fastus.

Si quem fratrem fortè pulsare cœpisset, non legitima vacatione, non temporis vel loci habitacione, neque capituli sententia usus est: sed ad placitum, quos grauare voluisset, aut suspendit officio, aut eliminavit ab ecclesia. Commonitus à duce nihil remissius agebat: sed alienauit se à duce, & cōcederatus est archiepiscopo, quatenus coniunctis viribus facilius reuincerent omnem resistantem. Quum primum ad iura pontificii cōsecratus esset, maneretque in Horeborg cum archiepiscopo, orta est tempestas maxima ventorum, procella fulgurum, coruscatio, & fragor tonitruui, quæ passim multas ædes vel incendit vel subruit. Insuper tanta maris inundatio est suborta, quanta non est audita à diebus antiquis, quæ inuoluit omnem terram maritimam Phrisiæ & Hadelariæ, & omnem terram limosam atque palustrem Albis & Visurgi, nunc Weseram vocant. Subuersa tum perierunt hominum multa millia, & iumenta sine numero. Quanti diuites, quanti potentes vespere sedebant, & deliciis affluebant, omni timore malorum sublato? Sed veniens repentina calamitas, inuoluit res in mediis fluctibus. Erat autem XIII. Calend. Martii, de mense Februario.

Calamitas ingens.

C A P. 3.

Quum ea calamitas maritimis incidit, eadem die Magnopolis vrbs prima Obotritorum, non minori laborat afflictione, per hanc occasionem. Werlaus princeps, Pribislai frater, dum in vinculis ageret Brunswici, fratri per fidissimos mandat atque remandat, En ego vinculis astringor, & nulla tibi mei cura remansit: fastidium carceris & vinculorum horas me faciunt omnes dinumerare. Tu inter hæc libertate fruere, voluptate ac deliciis defluens, obliuisceris germani: ego tibi commutata vice alium exhibere fratrem. Si nostrate commouere possunt exempla, reminiscere, quia parens noster, dum in carcere Luneburgi ageret, quum arma corripere, mox ille dimissus ad libertatem rediit. Expergiscere, & virum te memineris, patris iniuria, fratris calamitas, & omnis generis oppressio, te commoueat in ultionem. His atque similibus stimulis actus Pribislaus, copiis clam coactis, duxit in Magnopolim, urbem primam Obotritorum. Aberat tum fortè loci præfectus, Henricus de Scaten: Wandali cinxere clausam. Obsidione firmata alloquitur Pribislaus obsessos, Quanta mihi ac generi meo irrogata sit iniuria, viri, non ignoratis: cæsus parens, captus frater, adempta hæreditas, quam tenetis violenti. Vires vestras atque meas cernitis, longè vobis auxilium, in manu mea conclusos teneo. Do tantum optionem: è duobus vnum accipite, aut munitione decedite cum vestibus, & armis, & rebus quas ferre poteritis, innoxii: fidem præbeo, deditos nihil mali passuros, qui egrediuntur. Sin persistiteritis, per quicquid est sanctum iuro, omnes sine discrimine morituros. Ad ea qui inerant Teuthonici, non verba sed tela referebant. Ille autem obsidionem perurgens, grauius multis in locis oppugnabat: loci magnitudo facilem fecit oppugnantibus victoriæ viam. Dum hic pugnatur, alibi transverso vallo munitio capitur. Wandali, capta vrbe, quicquid Teuthonici nominis sit obuium, obruncant sine discrimine sexus & ætatis. Celeritate usus Pribislaus, mox duxit in Ilow, ipse cum expeditioribus præcedens. Guncelinus Zwerini præfectus, motum sentiens, ipse cum aliquot armatis accurrit, hostemque præueniens, oppidum ingreditur. Suos & quos ibi Germanos reperit, adhortatus, ut egressi Pribislaum excipiant, priusquam accedant copiæ, quas sciebat sequuturas: facile esse fessum de cæde, quam fecerat, opprimere. Alia mens erat cæterorū. Senserunt enim mox à tergo oppidum à Wandalis, qui intus erant, obseratum iri, si egrediantur. Sciebant gentis morem, quod congenilibus suis summo studio fauerent. Tum Guncelinus cōuersus in omnes, clara voce dicebat, ut à Wandalis audiretur, Audite commilitones, si vllam fraudem per-

*Guncelinus
sua virtute
Pribislai im-
petum frangit.*

senferitis eorum qui nobiscum agunt Wandalarū, in eos conuersi, primum in illos vindicetis, succensis etiam domibus, ut primi pereant qui intus fraudem struunt. Hac voce deterriti Wandali qui intus fuere, nihil se commouebant. Qui foris erant cum Pribislaio, nihil magnum tentauere, scientes inesse Guncelinum, & cum eo viros fortissimos. Ea res immutauit eorum consilium, ut primo mane discedant. Guncelinus autem, veluti torris erutus ab igne, relicta Ilow, & collocata illic fida suorum custodia reuersus Zwerinum, recreauit suos: audierant autem pridem in oppugnatione cæsum.

C A P. 4.
BERNO venerabilis episcopus Magnopolensis, quum audiret quam stragē perpeffissent sui, quinto die peruenerat eò cum paucis clericis de Zwerino, tumulare cæfos: & sacris indutus, erexit aram in medio cæforum, obtulit pro eis hostiam salutarem cum luctu & tremore. Quo iam sacrificium peragente surrexerunt Wandali de insidiis, ut percuterent pontificem & qui cum eo erant. Sed celeriter, quasi missus à Deo, superuenit quidam Richardus de Soltwedel, cum expedita manu. Hic audito quia Guncelinus obsessus esset Ilow, egressus est in auxilium eius, & iter faciens opportunè superuenit in Magnopolim, quum pontifex & sui iam in media morte tenerentur. Cuius aduentu territi Wandali fugerunt, & saluatus episcopus peregit opus pietatis quod cœperat, & tumulauit ex interfectis ad septuaginta corpora, & reuersus est Zwerinum. Post non multum tempus Pribislaus cum validissimo exercitu mouit in Malachow, deinde Cusfin, & alloquitur loci præfectos his verbis: Scio viros vos esse fortissimos fidelissimosque principi vestro, quod in hostica terra tam longè vobis permiserit custodiam præfidiorum. Si dimicare placet, aut obsidionis experiri incommoda, in vtrumque paratus venio: descendite, siquid est animi. Alioqui ego ad vos ascendam: tam è vicino positos sola diriment arma. Quod si pugnam subieritis, eam vobis denuncio. Sæstem, de sanguine, non de gloria inter nos decertari. Si dedenda putabitis præfidia, ea vos fide deducendos curabo, ut ad ripam Albis cum rebus perueniatis incolumes. Nulla vos terreat diffidentia, viris fortibus per arma, non per fraudem congregior. Circumspexere oblessi vires suas perexiles, hostium immensas, auxilia longè, & diuturna in medio tempora, præter fidem & mortem nihil se domino suo posse præstare: vitam tamen suam esse aliquanto duci rebantur chariorem & vtiliorem. Itaque (quod necesse putabatur tueri non potentibus) præfidia, vitam & arma pacti tradiderunt. Ita res primum in manibus Pribislai prosperari magis atque magis videbantur: terruit viros exemplum eorum qui sine fructu in Magnopoli perierunt.

*Berno casis
iusta faciens
penè opprimitur.*

Pribislaus hostes verbis territos in dedicationem accipit.

C A P. 5.
HENRICVS dux vbi audiuit res in Wandalia labefactari, arces quas in eum diem seruabat, communiuit: & maioribus rem viribus acturus, ipse grandem conflauit exercitum. Waldemarum autem rex Daniæ, veterem vlturus in Wandalos (assiduos hostes) iniuriam, à mari validam classem inuexit. Sed & Albertus marchio vires suas cōiunxit. Ita tribus trium exercitibus principum res geritur. Henricus vbi peruenit Malachow, arcem iam Wandali tenebant: ibi in conspectu hostium mandauit Werlaum principem, Pribislai fratrem, suspendio necari in oculis fratris, quod germanū (ut compertū habebat) stimulasset ad rebellionem, quodque in pactis nouissimis esset comprehensum, si præstitam fidem Wandali violaret, Henricus dux pro arbitrio abuteretur obsidibus. Dux exinde caput belli petiturus, ad interiora ductare constituit exercitum, & euocatis quatuor procerum fortissimis, iussit cum expedito equitum numero præire, sequuturū grauem exercitum. Hi fuere Adolphus Holfatiæ, Reinaldus Thietmarsic, Christianus de Aldenburgo, & Guncelinus de Zwerino comites, qui equitatum eduxere, ante molem sequuturi agminis cum exercitu. Locus illis præsignatur ab duce, ut oppidum Demyn pro cursu cingant castrametantes. In eam urbem cum Pribislaio conuenerant Casimarus & Buggislaus, Pomeraniæ Principes. Memorati ergo Saxonum comites locum castris capiunt. Visum est Wandalarum primoribus pertentare animos eorum de legibus pacis, & (quod est verisimilius) speculari vires & castrorum ordines. Missis nunciis æra expromittunt, ut accepta pecunia illi reuertantur, pace reddita, constituuntque se daturus tria marcarum millia: sciebant de ære primam esse bellandi causam. Adolphus cum cæteris nullas adhibuit aures. Postera die reuertuntur, iam duo tantum millia præferentes. Visa est res (ut erat) ludibrio plena. Remissi sunt non sine contumelia oratores, quod irridere, non pacisci venirent. Interea qui ex Wagria sequuti sunt Adol-

Gravium principum in Pribislaum expeditio.

Werlaus obses, Pribislaus frater, suspenditur.

Simulata de pace legatio.

phum Wandali, suis congenilibus affecti, omnem rerum gerendarum ordinem secreto nunciarunt hostibus. Perpensum est hoc ipsum ab Holfatis, quorum maior Marcradus ait comiti, Operæ precium est hostium rebus aliquanto diligentius intendere. Sunt ex hoc nostro ordine, qui secreta illis nostra secretius aperiant. Illi se parant ad arma: in his castris nulla vigilia, nulla custodia, nullæ excubiæ. Contemptus hostium proximus est ad ruinam gradus. Comes ista leuioribus accepit auribus, quod emortua putaretur virtus hostium. Moram fecit exitus ducis, serius sequutus: & defecerunt præmissis equitibus victualia, quæ in paucos accepere dies. Egressi autem ex cohortibus expediti equites, vt de magno grauique ducis exercitu expedirent comitatum, præmissis cohortibus quatuor comitum: vix castra suorum exiuerant, & ecce primo mane magnus equitum peditumque de cliuo exercitus quadrato agmine visus est descendere. Primum rati sunt esse exercitum ducis sui, non prospicientes quod hostes à tergo intercepti illis in medio imminerent.

Wandalorum in Adolphi castra eruptio, cladesq; illata & accepta.

CAP. 6. WANDALORVM hoc erat agmen vrbe emissum. Malebant enim fortunam belli experiri cum paucis, quam totam exercitus molem excipere: sciebant quanta illis manu dux immineret. Ministri Saxonum concito pedem retorserunt, & magno clamore adesse hostes nunciabant. Dormierunt securi pro magna parte milites, itinere fatigati: præsertim quod hostilem contemptum induissent, non arbitrati fidere hostes, vt se campo credant. Primi Adolphus atque Reinaldus hostibus se opponunt venientibus, cum ea quam poterant tumultuosa manu cōtrahere. Fortiter resistunt incurfantibus, & primam quidem aciem Wandalorum fortiter sustinuerunt, deinde etiam repulerunt. A secunda excepti, iam inter eam atque primam intercepti, dum fortiter pugnant, ad vnum omnes sibi conclusi perierunt, Holfati, Thietmarsii, cum comitibus suis Adolpho atque Reinaldo. Fecit hostium multitudo, vt Guncelinus atque Christianus laborantibus suis adesse non possent: conglobati tamen trecenti cum eis equites, locum editum cepere. Inde Wandali diripiendis Saxonum castris intenti fuere. Qui sarcinis custodiendis relictii fuerant, auxilium implorauere Guncelini & commilitonum eius. Aduolantes ergo direptoribus castrorum, magnam in eis stragem peregerunt. Deinde qui ex prima fuere pugna dissipati, quum cernerent suos miscere gladium, infusi vnà Wandalis maximam in eos stragem peregerunt: vt pauci plures & cæderent & fugarent. Henricus dux vbi comperit suorum fortem, iter celerauit. Vbi accepit mortuum cecidisse Adolphum, lachrymas dedit amico, amplexus virtutem viri: cæterum strages hostium (qui ad duo millia quingentos cecidisse ferebantur) ex parte recreauit dolentem. Adolphi corpus iubet diligenter curari condiri que, vt sepulchro patrio reddatur in Minda: necdum enim habebat Holfatia vel monasteria vel insignes ecclesias, præter vnam Hamburgensem, in qua multi posteriorum temporum Holfatiæ comites sunt tumulati. De huius autem patre, vbi sit reconditus, in Minda an in Hamburgo, incertum est. Quis verò fuerit iste Reinaldus Thietmarsii comes, satis quaeritur: præsertim quum Hartwicus Bremensis archiepiscopus, eius generis nouissimus, permutationem fecerit cum ecclesia Bremensi, accipiens ab illa Stadensem, & reddens ecclesiæ Thietmarsii comitatum. Sed mihi solet videri ducem non approbasse eius generis permutationem, neque Hartwico permisisse Stadensem, neque ecclesiæ Thietmarsii comitatum: sed tamen illius dominatum cuidam ex suis nobilibus indidisse, qui nunc cum Adolpho ceciderit. Wandali stragem tantam ab exercitus parte perpeffi, non constiterunt in conspectu magni quod superuenerat agminis: sed succenso Demin oppido cum arce (vt tum erat) munitissima, retro abierunt. Partem ibi collocavit copiarum Henricus dux ad tutamen vulneratorum, cum mandato vt demolirentur quæ restiterant, æquarentque solo valla omnia. Ipse progressus cum exercitu ad interiorem Pomeraniam, peruenit Stolpe: quo in loco Casimarus & Buggislaus, iam dudum Christiani principes, fundarunt abbatiam in memoriam cæsi patris Werceslai, qui primus in ea gente suscepit Christianismum à venerabili Ottone Bambergensi quondam pontifice: quod in Saxonia diximus.

Adolphus & Reinaldus comites cadunt.

Adolphus Minda sepelitur.

Wandali Demin oppido incenso abeunt.

CAP. 7. PRIVS QVAM debellaretur, venit Henrico duci nuncius, qui diceret orientalis Imperatoris nuncios esse Brunswici, demorantes reditum eius. Qua re cōperta permittit proximis exercitum, vt equabili iure rem terminarent: ipse properabat audire legatos.

Quod

Quod nisi concito euocatus abisset, ea lege subdidisset sibi Pomeranorum terram, quo modo Obotritorū. Sed quoniā Christiana fuit prouincia in mediterraneis, leuius bellum est passus administrari. Obotriti autem exhausti, terram reliquerunt inanem atque desertam: reliquæ ad Pomeranos & Danos confugerunt. Sed & illi sine miserationis respectu vendiderunt profugos Polonis, Sorabis & Bohemis. Adolphi interim corpus, aromatibus seruatum, infertur patrio sepulchro in Minda. Vidua eius Mathildis cum paruulo suo, item Adolpho, terram (vt poterat) Nordalbingorum administravit. Sensit tamen terra tanti præsidis obitum: consilio enim & armis cœpit deficere. Vnus ille erat fortissimis annumerandus, qui consilio, prudentia, fortitudine terram redegit in ordinem, quod etiam, exterminatis Wandalicæ perfidiæ superstitionibus, Christo tota militaret. Superstites verò Guncelinus Zwerini, & Bernhardus Henrici, iam præmortui Raceburgensis comitis, filius, tantæ virtutis æmuli, & ipsi in funiculo suæ fortis fortiter egerunt, vt tota esset Christiana prouincia, & suscitaretur cultus domus Dei in gente diu incredula. Quamquam breues antiquæ gentis superessent reliquæ, cæteris (vt diximus) aut cæsis, aut ad interiora dilabentibus: quæ & ipsa res malè cessit desertoribus. Pribislaus autem, tantæ rebellionis author, paternæ hæreditatis factus extorris, cōsistebat apud duces Pomeranorum Casimarus & Buggislaus: cœperuntque instaurare subuersam urbem Demyn. Vnde frequenter exiens Pribislaus, per insidias percutiebat fines Zwerini atque Racesburgi, & tulit prædam ex hominibus atque iumentis. Cuius exitum obseruantes Guncelinus atque Bernhardus, pugnant & ipsi de insidiis: & commissis leuibis sæpe præliis, semper inclinavit victoria Saxonibus: donec amissis promptioribus, omnes vires Pribislai sunt penitus attritæ. Displicuit ea res principibus Pomeranis, qui vbi compererunt, præmonitum fecere vt latrocinio abstineret, quando iusto prælio decernere minimè posset. Quadiu apud illos moraretur, hospitaliter esset habendus, obius cognationis & communis nationis. Si tamen hostes illis novos semper conciret, quolibet abiret: non se perditis rebus posse in suam perniciem immiscere. Ita cohibitus paulisper quieuit. Contritæ sunt autem ex illo die res Wandalorum, quos Obotritos, Kissinos & Circipanos dixere. Dux autem crebris colloquiis apud Eydoram aut Lubicam regem Danorum Waldemarum conueniebat: quod plenè in Dania diximus. Supererat autem Rugia illa maritima regio Wandalorum: quam rex à mari solus est aggressus, quum dux interim aliis rebus implicaretur. Et tamen quia edomita sunt mediterranea Wandaliæ, defecerunt ex magna parte piraticæ Wandalorum excursionis, quietius agebāt in sulcū regni, quæ semper huius gentis incursionibus erant infestæ, & vacuefactæ damna sua prodebant.

INTERIM verò Henricus dux Leo magnis incrementis gloriam patrum suorum opibus & ditione supergressus est. Nam præter hæreditatem magnorum progenitorū, Lotharii Cæsaris & cōiugis eius Rixæ, multorumque ducum Bauariæ atque Saxonie, accesserunt ei nihilominus multorum principum ditiones, Hermanni de Wintzenborg opulētissimi, Sifridi de Homborg, Ottonis de Dasse. Quid de amplissima ditione Hartwici archiepiscopi, qui de antiqua descendit Vdonum prosapia? Nobile illud castrum Stathen (nos Stadium vocamus) arce demolita, cum omni attinentia, cum comitatu vtriusque Ripæ, & comitatu Thietmarsii, viuentē adhuc episcopo obtinuit, quædam hæreditario, alia beneficii iure. Extenditque manum suam in Phrisiam, & admouit illis exercitum: & dederunt ei pro sua redemptione quod fuerant postulati. Hæc ad verbum, propter antiquitatis fidem, transtuli ex Helmoldo, horum temporum diligētissimo scriptore: qui etiam ante Hærici exitum narrationem suam terminauit. Vnde in reliquum ad alios nobis respiciendum est authores. Sed quia gloria parit inuidiam, nec est perpetuum aliquid in rebus humanis, tantam viri gloriā non æquis aspexere oculis cæteri Saxonie principes. Ille enim immensis diuitiis locuples, clarus victoriis, & propter geminum Saxonie atque Bauariæ ducatum sublimis, omnibus Saxonie & principibus & militibus intolerabilis est visus. Sed manus principum formido Cæsaris continuit. Postquam autem Cæsar quartam profectioem parauit in Italiam & opportunitatem tempus adduxit, statim inueterata cōspiratio processit in publicum: & vbi non erat, facta est coniuratio omnium contra vnum. Ista verò prosequi pertinet ad Saxoniam. Cæterum per ea tempora comitatum Holfatiæ, Sturmariæ atque Wagriæ administrabat

Adolphi laudes.

Pribislai vires ad extremum collapsæ.

CAP. 8. Hærico Leoni magna opum sunt accessiones.

Henricus inuidia apud cæteros principes laborat.

relicta Adolphi comitis, cum tenello filio. Propter confurgentes autem bellorum motus, posuit dux puero tutorē, qui armis præfesset, Henricū comitem de Orlemunde, natum Turingia. Communicato autem principum suorum consilio, idem Hēricus dux Pribislaus principem Wandalorū, quem multis (vt diximus) præliis prouincia expulerat, admisit in gratiā: & reddidit ei omnē hæreditatem patris sui, terram scilicet Obotritorum, præter Zwerinum & attinentia eius. Et fecit Pribislaus duci & amicis eius securitatem fidelitatis, nulla deinceps bellorum tempestate conuellendam, stare semper ad mandatū eius, & obseruare oculos amicorum eius absq; omni offensione: & reddita est tranquillitas Obotritis. Pribislaus autem quum recepisset paternam ditionem (præter ea quæ diximus à duce permissa proceribus eius) Nicolao, fratris filio, permisit terram 10 Kistlinorum: & cœptum est ex illo die communiri oppidum Rostockium, quòd in eam diem rusticis casellis arx erat circumfusa, tum cingi cœpit vallo, & in formā oppidi consergere. Erat tum post mille centum penè LXX. annus: quum iam zelo catholicæ fidei prouectus Pribislaus, insigne Cisterciensis ordinis monasterium in Dobran exædificauit, prædiis ditauit ad fratrum sustentationem, cooperante & plurimum stimulante venerabili Bernone Magnopolēsi episcopo, qui ordinis & domus suæ de Amelungesborne fratres aduocauit & introduxit, sub abbate Conrado primū ibi præfidente. Nicolaus autem quum suspectam duceret fidem magnatum qui arcem tenuere Rostockii, illo in colle quo nūc diui Petri manet basilica, è diuerso & ipse fortalitiū erexit in altero colle, qui vetus seruans nomen, etiam nunc Borchwal (hoc est arcis vallum) nuncupatur: vt malignantes facilè comprimeret, & sub iugo cohiberet. Pribislaus autem vsque adeo conciliatus est Hērico duci, vt inter alios proceres comitem illum suum faceret in terram sanctam: quam profectioem in Saxonia diximus.

CAP. 9.

Quo tempore quum Henricus dux vndique occurreret inimicis, archiepiscopus Hartwicus, omissa Brema (quam dux occupauit ex causis in Saxonia explicitis) Hamburgo confedit, penè solitarius & quietus, structuris claustralibus & cæteris ecclesiæ suæ commodis intentus. Archiepiscopus autem Colonienſis ceterique principes mandarunt ei per scripta, vt reuocaret ad cor omnes pressuras quibus attriuiſset eum dux: tandem venisse tempus, quo posset auxilio principum recuperare statum honoris sui: patere sibi urbem Stadium & ereptum comitatum, si manus ei principum accesserint. 30 Hartwicus autem archiepiscopus, multis experimentis edoctus fortunatum semper in præliis esse ducem, ambiguam quoque inesse principibus fidem, & se huiusmodi sponſionibus semper esse delusum, fluctuare cœpit animo. Prouocabat eum recuperandi honoris cupido, sed deterrebat eum sæpe comperta mobilitas principum: hærebat interim superficies amicitiarum, & pax sonabat in verbis. Veruntamen arces suas Horeborg & Friburg communire cœpit archiepiscopus, & congeſſit illuc apparatus armorum & escarum, qui sufficeret in menses & annos. Hærebat illi indiuisus comes Conradus episcopus Lubicēsis, penes quem summa fuit cōsiliorum eius illo tempore. Perlatum est autem duci quòd Conradus stimulare in se Hartwicum archiepiscopum: cuius rei gratia euocauit dux Conradum in Erteneborg, vt exostularet cum eo. Ille autem 40 declinans Leonis iram, concessit in Phrisiam, simulans archiepiscopi legationem. Quum inde reuertetetur, misso iterum nuncio dux euocat eum in colloquium, virum quem ab olim dilexisset. Ille accepto Hartwici archiepiscopi conductu, nihilominus inductus suafu Bernonis Magnopolēsis episcopi, Stadium adiit, quo ducem reperit loco: qui obiecit illi ingratitude de prisca prouectione, quòd per eum & abbas & episcopus fuisset: nunc illi excitaret hostes reddens mala pro bonis: quum potius & episcopi & amici fuerit rogare quæ ad pacem sunt, & diffidentes reconciliare. Ille nullam se huius rei in se culpam recognoscere respondit, scire quid principi debeat, & cuique sub cælo potestati. Inde dux ab illo experiuit hominii debitum. Ad quod verbum vir magnanimus resiliit, dicens, Modicam esse stipem ecclesiæ suæ, nunquam se eius gratia libertatem suam cuiusquam imperio subditurum. Cui dux, omnino oportere vnum 50 è duob. fieri, aut loco cedere, aut proposito: quòd Imperiali donatione permissum illi esset ius hominii in his Wandalia terris, quas suo gladio subegisset. Quumque fixus in sententia maneret episcopus, præcepit dux occludi ei introitum ecclesiæ suæ, & omnes redditus tolli episcopales.

Pribislaus in gratiam cum Henrico redit, & restituitur.

Rostockium communitur.

1170.

Archiepiscopus bellum & cædes anhelat.

Hartwicus ad bellum se parat.

Henricus cum Conrado episcopo exostulatur.

Per alteri clientelarem fidem debeat, episcopus an princeps.

Post abitum ducis archiepiscopus Conradū alloquitur. Vides, inquit, frater quid agatur: dux nos gladio suo circumfedit. Non satis arbitror tuæ securitati consultum, si constiteris hoc loco: sed proficiscere ad Wichmānum Magdeburgensem archiepiscopum, tibi mihiq; futurum beneuolum susceptorem: nam ego te consequar euestigio. Quod & factum est subinde: nam profectus Conradus ferè duobus annis apud illum cōsedit. Inde abiens vadit in Frāciam ad Cisterciense conciliū, reconciliari Alexandro papæ (nam Henricus dux, Imperatorem sequutus, cum suis adhærebat antipapæ Victori) receptus in gratiam per manus episcopi Papiensis, qui ad hoc erat Alexandri papæ commissarius. Adiecit ille vt quamprimum ex commodo posset, se Conradus præsentaret Alexandro, aut nuncium mitteret ad hoc specialem. Quibus peractis reuersus est Magdeburgum: & inuenit ibi Hartwicum archiepiscopum (nam & ille loco cessit) & manserunt ibi diebus multis. Veruntamen milites archiepiscopi, qui tenebant arces Horeborg & Friburg, faciebant frequentes excursus, & incendia, & prædas, ex possessionibus ducis. Quamobrem dux transmissa militia occupauit Friburgum, & demolitus est à fundamentis: fecitq; tolli ex illo die omnes episcopales redditus, nec vllas fecit reliquias. Soli qui erant in Horeborg, continuerunt se ad reditum vsque archiepiscopi, eo quòd locus esset munitus per paludosas voragines. Feruebat autem seditionū sæua tempestas per omnem Saxoniam, contententibus vniuersis principibus aduersus ducem: & factæ sunt leuibus præliis captiones militum hinc atque inde plurimæ, & dimembrationes & euersiones vrbiū atque domorum, atque incendia ciuitatum. Et addita est Goslaria principibus in ducem: & præcepit dux custodiri vias, nequis frumēta inueheret Goslariam: deficientibusq; alimentis, facta est in ea fames valida.

Per ea tempora Fridericus Imperator in Italia circumtulit victorem exercitum: CAP. II. Genuensem urbem oppugnauit & expugnauit: urbem Romam cæsis primū occurrentibus Romanis, victor intrauit: fugato Alexandro Calixtum suum introduxit. Sed per moram attenuatur exercitus: multi enim peste interierunt. Et cœperunt Longobardi consergere, & rebellionem ostendere. Imperator abiens in Germaniam, conuentū fecit Imperii in Bambergā: & euocatis principibus Saxonix, primores corripuit, quòd per intestinam discordiam res Italię tumultuantes sint roboratæ. Reconciliatis ibi inuicem & Hērico duci & principibus, effecit vt Hartwicus archiepiscopus rediret in terram ditionis suæ: sed breui post rebus excessit humanis. Et renouatum est imperium ducis in terrā quæ pridem fuit ecclesiæ, præsertim Stadenſem comitatum. Conradus quoque Lubicēsis redire permittitur, facto prius hominio duci, quod antè recusabat. Quumq; pax & tranquillitas, compositis principū simultatibus, rediret, rex Danię Waldemarus in Rugiam parabat expeditionē, fœderatus Christianis principibus Pomeranię, quibus cordi erat Christianam religionē ad eos, suos cōtribules, propagari. Accessit Pribislaus Obotritorum princeps, qui ducis præcepto tulit suppētiās Danorum regi in Rugianos. Tēdebat optimum regem, quòd gens Christo & vicinis perfida (quæ regno suo semper hostilis fuisset) in sua sæuitia perduraret. Susceperant aliquando Wandalia eius regionis verbum Dei à religiosiſ viris Corbeia egressis, & commēdatū habuere patronum Corbeia, S. martyrem Vitum. Illi ad sordes non diu post relapsi, Dei honorē oblitii, martyris nomen conseruarunt, vt Zwantewyt pro Deo colerent pessima superstitione. Quæ tātum inualuit, vt diu ex omni Wandalia illi fano penderent tributa, & hoc templū inter omnia colerent religiosissimū. Cuius honori flamen inseruiens, etiā regi in gente præponebatur. Inde responsa quæsierunt: ibi euentus sortiu explorarunt: quas in omni gente Germanica plurimū valuisse olim tradit Cornelius Tacitus: flamē fortibus, flamine rex parebat. Solebant etiam Christianū hominē inter libamina quandoq; inferre Deo suo: cuius cruore deos oblectari iactitabant. Cōuenerat in annos singulos eam in insulā Rugiæ maxima hominū multitudo, ad allecū, quæ tum ibi erat, piscaturam. Aditus nemini 50 interdictus, modò Deo suo Zwantewyt tributa penderet. Nuper enim sacerdos (ait annalis) de Bardewico, rogatus à mercatorib. Christianis, Christiana ibi sacra peregit. Sentiens sacerdos gētis peregrina ibi sacra peracta, regē & populū inflāmauit, irata clamās sua numina de piaculari crimine sacrorum alienorū. Itaq; tumultu factō sacerdotē deposcunt exhiberi ad pœnam. Vbi nō datur (pecunia enim crimē diluere Christiani repromittunt, centū marcis expromissis: non proficiunt) in crastinū vim parat Wandalia.

Archiepiscopus illum militum incendia & præda.

Fridericus in Italia victor.

Archiepiscopus in terram ditionis suæ: sed breui post rebus excessit humanis.

Mercatores noctu collectis sarcinis & rebus naues intrant, & abeunt. Odiū Christiani nominis in omni quidem Wandalorum feruebat gente, sed in hac præcipuum erat. Hospitalitas in illis (vt in veteribus Germanis omnibus, & præsertim aquilonaribus) plurimum viguit: cura parētum præcipua. Quem debilem fecit infirmitas, aut etas decrepita defectum, hæredis curæ delegatur, plena fouendus humanitate. Hæc enim duo, cura fenum & hospitalitatis, primum in gente virtutum locum obtinent. Rugianorum terra ferax frugū, piscium, animalium: vrbs eius prima Arcona, cuius sunt hodie nulla vestigia.

CAP. 12. SED eius expeditionis in Rugiam, regis Danorum, ordinem diligentius explicare magnitudo rei deposcit, testimonio Danici Scriptoris Saxonis: quem in Dania potissimum semper prætulimus authorem. Annus erat post Christum natū MCLXVIII. quū 10

I I 6 8. rex Daniæ Waldemar validam expeditionem parat in Wandalos Rugianos: classem perarmat copiosissimam, & plenus fiducia ducit in hostem. Vbi hosticam tãgit, exponit copias: & excursionibus aliquot equitum factis, ad obsidendam vrbe[m] Arconã (gentis caput) vires intendit. Ibi fanum genti sacratissimum, veræ religioni execratissimum: ibi omnium malorum in gente principium. Vrbs erat in arduo sita promontorio, ab oriente & meridie cincta mari, tanto præcipitio mœnibus in alta surgentibus, vt arcus iactus ab imo vix æquauerit. Ab occidua parte ingens atq; altum vallum communiuit vr-

bem, ab aquilone fons taturiuu, atque cõmunitus aditus, vt prohiberi posse oppidanis non videretur. Ericus tamen superioribus annis aliquando intercipientis, ad deditiõem eos compulit. Intus in vrbe grata planities fanū habebat, religione vana simulachri celebratissimum: exterior ædis ambitus accurato celamine renitebat, rudi atq; impolito nimis artificio picturæ, varias rerum formas complectens: vnicū in id ostium patebat intraturis. Ipsum verò fanum duplex septorum ordo claudebat: ex quibus parietib. contextus exterior, puniceo culmine tegebatur: interior verò, quatuor subnixus postibus, parietum loco, pensilibus aulæis nitebat: nec quicquam cum exteriori, præter tectum & pauca laquearia, communicabat. Ingens in æde simulachrum, humani corporis formam grãditate supergressum, quatuor frontibus stabat subnixum, duabus antè & totidem retro patentibus, in dexterum tamè & læuam detortis: dextera cornu meri plenū, sinistra arcum tenebat, lateri reflexa: corrafae barbæ, crinis attonsi figurabantur: vt artificis industriam, gentis habitum cerneret expressisse. Haud procul frænum cum sella & 30

ocreis gladioq; figebantur non solum grandi, sed argento foris conspicuo. Semel quotannis post lectas fruges, mactatis ante ostium victimis, solenne gentis epulū erat. Ad eum sacerdos versabat, spiritu oris compresso: quem quoties renouare opus erat, ad ostium decurrit, ne humano halitu numinis præsentia offenderetur. Primo mane excubate ad fores populo, sacerdos ingressus promissa solus barba, cornu quod priore anno impleuerat, cõtemplatur: & si quidem eadem plenitudinis mensura respõderit, vberem pronunciat futuram messem: si qua parte minutã, diligentius iubet afferuari fruges, caristia imminente. Tum vetus merū delibās, ad pedes simulachri profundit, repletumq; haurit: atq; in eandem formam mero plenum dexteræ numinis restituit. Placentam quoq; ea magnitudine adhibito nullo effingūt in formam rotundam, vt post eam homo latere possit. Sacerdos eò decurrens, se abscondit, orans vt futuro minus quàm nunc anno 40 conspiciant eum. Inde nuncupatis votis donaria pro se quisq; infert. Trecentos autē milites cum iumentis Dei stipendio militare, qui prædam omnem referūt in sacerdotis custodiam. Ille aulæa & reliqua fani ornamenta, in auro & purpura inde comparat. Equum præterea candore niueum alunt solius sacerdotis ministerio atrectandum: quippe eo Zwantewitum (hoc enim simulachro nomen, vt diximus, indidere) solere hostes suos insequi putant. Perfidiã fouet quòd eum mane sudantem conspiciūt, quasi magnum noctu confecerit iter. Hunc illis equum auspicari faciūt bellum quod imminet: nam si dextero pede locum signatum tetigerit, faustum: si sinistro, infaustum ominantur.

CAP. 13. HANC tantam gentis superstitionem rex subuertere conatus (in qua totius gentis perfidiã frangere posse putabat) magnam trabium vim iubet aduehi, vt perfectis machinis ea vrbe potiretur. Sed statim suum ipsius damnans propositum, vidit cassam operam machinarum: inciditq; regi præfagiētis animi certa spes, vrbe[m] sancti Viti propinquante solennitate capiendam, quòd non pateretur sanctus martyr, tãtam de suo nomine superstitionem diutius vigere: idq; se non somniis, non auguriis, sed certa animi præsumptio-

Wandalorum, licet non Christianorum, virtutes.

Dani in Rugianos expeditio.

Arcona vrbs situs & superstitiosus cultus descriptio.

Rex certam spem de capiendâ vrbe sibi facit.

sumptione tenere. Intermittitur ergo machinarum instructio, & obsidio grauius firmatur. Interim pueri egressi, munitionibus insultat oppidanis, quos in sinu gessere lapillis. Oppidani contemptis paruulorum lusibus, sedent ociosi: sed adulescentiores immixti pueris, tela iaciebant. Hos dum vindicant obsessi, pugna puerili principio grauis oritur. Interea quidam propius assistens vrbs portæ, quæ sublimis & vnica fuit, solis signis prominentibus, nullis etiam armis inde detonatibus: quòd tutam sublimitate, & signorum (quæ sacra dicebant) præsentia putarent. Aggerebant autem portæ cespites congestos, ne aut flammis vreretur, aut machinis impelleretur. Hic ergo iuuenis, perpesso quòd aggesti intus cespites desidentes, intercapedinem fecere hominis capacem, orat à circumstantibus lancearum vsu subleuari in eum aggerem: nec mora sustollitur. Iam in voraginem se recondens, ne ab hostibus læderetur, iubet afferri sibi fomenta incendii: stramina quæcunq; deprehensa, in manipulos redacta surriguntur. Ferrum se habere respondit, silicem se facile inuenturum. Igitur accenso igne, a fociis excipitur in terram. Corripit ignis facile turris tabulata: auctusq; vehemēter, citò terribilis visu hostibus esse pyra cœpit. Concurritur totius vrbs viribus ad restinguendum incendium. Dani oppugnantes incendia iuuant, prohibentq; restinguere. Defecerat iam obsessis aqua, lacte restinguere tentant: sed eo, velut fomento, ignis horredum exarsit. Interim sæuiente incēdio, rex iubet cunctam vrbe[m] in corona oppugnari, nullamq; obsessis dari requiem. Illi intus ambigui, incendio an hosti occurrunt, maior pars igni colluctatur. Rex edita castrorum parte, laborē conspicatur oppugnantium defendentiumq;. Ibi Casmarus Buggiflausq;, Pomeraniæ principes, iam ex fœdere ad militiam socii, in oculis vidētis regis fortem egregiamq; nauant operam. Nulla interim quies, nulla intermissio telorū. Defatigati tandem ciues, mittunt qui sonora è muris voce colloquium deposcat. Silentium dicturo factum, quid petat edere iubetur. Orat intermitteri oppugnationem, quoad deditiõem facienda populus sermonem conferat. Quamdiu, inquiunt Dani, non cessatur ab incendio restinguendo, pugnam non intermittendam. Si cupiant requiem ab oppugnatione, cessent a restinguendis flammis. Necessitas vrgebat conditionem accipere. Interea deliberabundus rex cum proceribus, deditiõem oblatam non abnuere constituit. Id quum in exercitu publicaretur, vnus omnium clamor exoritur, frustra illis victoriam adimam: iam penè captam vrbe[m], militum direptioni esse permittendam: quãdo nulla iustiora militiæ præmia, in quibus multū sudoris, plus etiam sanguinis sit impensum. Eam ob tumultuationem rex aliquatulum castris digressus, cum primoribus consultat quid facto sit opus. Ibi tum dictæ multorum sententiæ: capi quidem vrbe[m] posse, sed non ea qua rebatur facilitate: dirupta mœnia intus pluteis resecta robustiorem esse deintus munitionem quàm foris videatur: rebus conducere currentis victoriæ, vt vrbe in deditiõem accepta ad reliquas obsidendas progrediantur, potius quàm ad vnã sedeant diuturno, quod certum est, sed an optato etiam exitu, satis sit incertum. Alius etiam adiiicit, docendum populum, non sequendum. Igitur admissis ab vrbe oratoribus, quum regis pedibus prostrati iacerent, has leges deditiõis accipiūt, vt simulachrū foras producant exurendum, captiuos Christianos sine vllò redemptionis impendio laxent, religionem Christi ex Danico ritu accipiant, stipendia sacrorum (imò sacrilegiorum) sacerdotibus Christi impendant, quoties euocantur, Danicæ expeditioni comites accedant: ex singulis bouum iugis annuã quadraginta numismatum pendant, totidemq; obfides regi emittant. Absoloni episcopo suscipiendorum obsidū cura committitur: ille maiorum liberos, partim etiam pro liberis in crastinum parentes admisit.

CAP. 14. N O C R E quæ intercessit, clamor ad mœnia de muris est factus: poscentis Godscalcum quandam, quo interprete idem pontifex vrtebatur. Vbi aderat, rogat de muris Absolonem, vni sibi permitti vt Karentinis ciuibus suis nuncius eat (cuius vrbs oriundū in hac solo legationis munere demoratum esse) Arconensium fortunam suis exponat, vt simile periculum præcurrant volūtaria deditiõem. Se iam corpore debilem (ostendit lacertum grauius vulneratū) exili, si repugnare velit, opera se ciuibus suis futurū: postri die se rediturum ad castra: Granfam se nomine dici. Pontifex in taliter affecto homine parum esse dispendii ratus perfugiendo, permittit abeat: sed tridui spacium, ne hostibus munitionis opem afferat, præscindit, crastinum indulgens operi exequendo. Quòd nisi eo in littore crastino vespere conspiciatur, nullo se in reliquū vsurū pactiõis remedio.

igne turri immisso, vrbs ce: rime oppugnat.

Conditiones de vrbe delēda.

Granfa ciues suos Karentinos deditiõnem facturos recipit.

Abitille pollicitus. Orta luce, proceres primi, Esbernus & Zuno, ingressi urbem simulachrum euertere à rege iubentur. Circunstabat expectatis exitum populi densa corona, arbitrati violationem sui numinis non impunè Danis cessuram. Famuli ferro excindere aggressi, monentur prudenter circunspicere, ne festinando quid capiant detrimenti casu molis: quod incolas, Dei sui viribus, si accidat, ascripturos detineat in perfidia. Ingenti strepitu conuulsa statua percussit terram. Tum oppidani educere iussi, detrectat numinis à se culti triste peragere ministerium: aduenas, & qui in oppido locarant operas, adigunt educere molem. Interim alios religio terruit, alios risus excepit: prudentiores rubor corripuit, tanta se veneratione coluisse Deum, qui ne sibi posset adesse. Concurrunt omnis spectatum exercitus: proceres non antè adire, quàm plebs expleta videndo discederet. Principum scribæ, sacerdotum vice, in urbe docendæ plebis, & deinde baptizandæ peregerunt officia: fanum concrematur: & ex lignis quæ rex faciendis machinis aduexerat, instruitur basilica. Thesaurus numini pridem consecratus, ad præfinitam horam iubetur afferri. Interim Absolon episcopus docet primores de Gransæ Karētini pollicitatione, triginta nauibus noctu præcessit regem in mane sequuturū. Antequam constituto littori pontifex accederet, iam demorantes ibi reperit Karentinos. Quis classi præsit, clamans quidam exquirat. Vbi audit Absolonem, se esse Gransam affirmat, adesse ex constituto principes totius gentis: fide publica interposita accipiuntur in nauim. Ibi ex formula cum Arconensibus constituta deditio paratur: quæ proxima luce venienti Danorum regi & offertur & accipitur. Aderat Tecisslaus rex gentis, Iarimarus frater, ceteris terræ proceribus. Pontifex, rege annuente, iubetur deditioem cum obsidibus accipere. Ille assumpto Zuenone Arusiensi pontifice, ac solo Iarimaro, vix triginta ex domesticis comitatibus, Karentiâ proficiscitur, Esberno fratri innuens, ut ceteros, quoad reuertatur, conuiuio excipiat, reuera futuros obsides. Angusto itinere per medias paludes inceditur: quo si parum declinaueris, in horrendum cœnum dilaberis. Ad finem callis per planiciem ad urbis vallum ducit. Illic effusa urbis multitudo armata per turmas stabat, ad numerum sex millium. Zueno territus, quid effusa multitudo & illa armata deposceret, rogat. Nihil dubitandum refert Absolon, pacis non belli esse apparatus: alioqui in urbe promptius exceptos obtererent. Tam præsentis fidentisq; animi vir metum in peccatus admittere non potuit. Vbi propius venire Dani, genibus nixi oppidani venientes consalutauerunt: acceptis in urbem hospitibus, ad omnia prompti annuerunt.

CAP. 15.

TRIA erant intus fana, locus habitatoribus frequentior bello quàm pace (quod loci munitio tutelam præferebat) sed tanta ædium compressio, ut per angusta sint publica itinerati spacia. Satis persuasum erat spectantibus faciem urbis, non diu tolerari obsidionem potuisse, pro multitudine quæ concurrerat, & angustiis locorum tetrum odorem exhalantibus. Prima cura subuertendi fana. Maximum simulachrum Rugiemum dixere: monstrum horrendum, informe, ingens. Sub vno capitis apice facies septem: totidè gladii inhærebant lateri: ceterum hirundines sub ora nidificantes. peccatus stercore turpabant. Martis simulachrum voluere, septem diebus præsentis. Porenitum alterum dixere, quatuor frontibus in capite, sed quinta defixa in peccato. Hæc portenta conuellerent aggressi famuli, imprimis cauerunt nequid subirent discriminis, maiore perfidiæ in populo quàm suorum corporum periculo: facile enim superstitiosi homines sui numinis iracundiam tribuerent. Urbe media iussi concremare, rogabant ut educi sinerent, ne flamma proximas ædes corripiat, per angusta viarum. Admirati primum incolæ numinum suorum inertiam: inde iridentibus, ipsi quoq; ridentes, suam superstitionem damnauerunt. Horrenda tantum ferebantur dæmonum præstigia, quod adulteri, mulierculis alienis, quasi canes cohærendo, dirimi diu non poterant: ridiculo sæpe spectaculo in publicum producti cernebantur. Sed tum purgato simulachris loco, sacras ædes erigi iussere regii commissarii. Digressusq; urbe tria locis opportunis Absolon cœmeteria consecrauit: scribas iussit docendo baptizandisq; sacerdotum vices implere. Inde ad regem regreditur: apud quem iam constituto die thesaurus sacrorum producit, ut inde rei diuinæ in reliquum consulatur. Casimarus & Buggislaus, Pomeraniæ principes, quum spe cecidissent potiundæ in suam ditionem Rugiæ, accepta licentia ex fœderatis hostes fiunt. Rex in sua regressus, legitimos sacerdotes immisit prouinciæ cum opportunis comitatibus (ne populum rudem initio grauare viderentur) reuocatis qui eam diem impleuerunt scribis. Ceterum

Simulachrum iubetur euertere.

Sacerdotum peccata scribæ docent & baptizant.

Karentini in deditioem accipiuntur.

Superstitiosi argumenta facile captant, quibus se uerore confirmant.

terum ut pacatum à piratis mare esset, iussit rex quartam quamque nauim excubare: in quam rem lecta iuuentute, quæ necdum coniugiis illigata instantius rem vrgeret, princeps illi operi præposuit Absolonem atque filium Christophorum: quoad liceret tota regni potentia hostes repellere. Quid non mutat æui longæua vetustas? Rugia tum totius nationis caput, memoratis floruit urbibus, quarum sunt hodie nulla vestigia. Sed hæc interim.

PRÆFERRE ex illo die rebus gerendis in Rugia Dani. Nam regis ditioni in secularibus, & pontificibus eius regni in sacris subesse, victoriæ iure, tum est à rege constitutum. Fundatum est ergo opus nouellæ plantationis in terra Rugianorum. Accepit autem rex filios nobilium obsides, & abduxit secum in regnum. Hæc autem eo peracta sunt tempore quo Saxones ciuilibus in se bellis diffidebant. Henricus autem dux quum redisset in Saxoniam, missis oratoribus ad regem Danorum, numerum obsidum dimidium & acceptæ prædæ deposcebat: ita enim ex fœdere cōuenit inter regem & ducem. Rex ducis arma non accessisse prætendit: fœdera loqui de iis quæ communibus viribus vtriusque partis fuissent administrata. Dux pro se missum obtendit Pribislaum. Sed tum inanes ad indignantem rediere nuncii ducem. Interim ille euocatis Wandaliæ principibus exponit, quando, inquit, in littore Germanici maris consistant, quid ita inclinent Danis, ut malint illorum parere imperiis, quàm pari cum Saxonibus iure agere. Esse sibi quoq; grauem Danorum regem, qui æquis fœderum non pareat conditionibus: opus esse in regem arma conuertere. Quid de illis speret sciscitatur, ubi ad bella cum Danis fuerit peruentum: regi an sibi adhærere velint edicant. Proceres nihil cunctati, in regem operas suas pollicentur, oblitum promissorum. Amoti sunt vectes & ostia, quibus iam pridem conclusum erat mare: & erumpebat vadens, & inundans, & intentans excidium multis Danorum insulis & regionibus maritimis. Instauratæ sunt prædaru naues, & occupauerunt in regno Danorum terras opulentas: & expleti sunt Wandali Danorum opibus, quas sitiebant. In Magnopoli septingentæ Danorum animæ vno die sunt venales expositæ, si emptor inueniretur. Diu filuit rex Danorum, dissimulans suorum iniurias. Libet ponere ad verbum testimonia annalis nostri: ut collata Danicæ narrationi, videatur quàm quisque scribat affectuose in gloriam gentis suæ. Magnifica enim de regibus suis Dani præferunt, quæ nos & hæc & in Dania nostra non præteriuimus. Audiatur interim vetus Saxonum testis de Danorum regibus.

REGES, inquit, Danorum, segnes & discincti, & inter cōuiuas & epulas semper potiti, vix aliquando sentiunt percussuras plagarum. Tandem velut somno excitus rex Daniæ, congregauit exercitum, & percussit partem modicam Circipanæ regionis. Filius quoque regis ex concubina Christophorus cum mille (ut aiunt) loriceis venit Aldenburgum, quæ Danicè dicitur Brandenhuse, & percussit maritima illius: ecclesiam verò, cui deseruiebat Bruno, non læserunt, nec attigerunt penitus bona sacerdotis. Recedentibus verò Danis, Wandali è vestigio sequuti, damna sua vltioni decupla compensarunt. Dania ex parte maxima in insulas dispartita est, quas ambit mare circumfluum: nec facile caueri possunt insidiæ piratarum, eo quod sunt illic promontoria insidiis Wandalarum promptissima: vnde clam egredientes, percutiunt de insidiis incautos. Valèt enim quàm maximè Wandali clandestinis incurfibus. Vnde per proximam tunc ætatem latrocinalis ea consuetudo adeo apud Wandalos inualuit, ut ommissis penitus agriculturæ commodis, ad nauales excursus expeditas semper extenderint manus, vnicam spem & opum suarum summam in nauibus habentes. Sed nec in construendis ædificiis operosi sunt: quin potius casas de myrtis contexunt, necessitati tantum consulentes aduersus tempestates & pluias. Quoties autem bellicus tumultus insonuerit, omnem annonam paleis excussam, aurum quoque & argentum, & preciosa quæq; fossis abdunt: vxores & paruulos munitionibus, aut saltem syluis, contutantur: nec quisquam hostili patet direptioni, præter tuguria: quorum amissionem inter facillima ducunt. Danorum impugnationes pro nihilo habent: imò voluptuosum ducunt manum cum illis conferere. Solus eis dux est formidini, qui protriuit robur Wandalarum, super omnes duces & reges qui fuerant ante eum, plus etiam quàm ille Magnus Otto: & misit frænum in maxillas eorum, & quod volebat, duxit eos. Hæc sunt Helmoldi ad verbum de Danis atque Wandalis testimonia.

CAP. 16.

Saxo regionis bello subacta partem sibi vendicat.

Wandali cum Saxone aduersus Danum societatem inueniunt.

Partium studia in scripturis.

CAP. 17.

Wandalorum piratica ditionum mos in bello gerendo.

CAP. 18.

HVIC verò non dissonat in ea parte Danorum de suo rege testificatio. Rex, ait ille, Waldemarus, quò aliquàtas antea expeditiones magno molimine, sed exili fructu peregisset, meliori còsilio rem gesturus, in hostes assiduos Wádalos arma parat, paucis adhibitis eius consilii pàrticipibus. Quippe priuato consilio, sed publicis armis, rem cēsuit agēdam: nequis occultam molitionem perferat ad hostes. Classē ex omnibus regni partibus iubet cōuenire paratā, vbi edixerit. Interim tyrones exerceri, arma iubet expediti. Et vbi iam cōuenisse videt ducentarum sexaginta nauium classē, nauigationē instituit: remigio tamen magis quàm velis vsurus, vt latentior hosti fieret aduētus. Præmissi nonnulli, qui expeditis ad cursum nauibus res hostiū specularētur. Vbi longē præcurrerant, vident regiam à tergo nauim vela sustulisse contra propositum, paulatimque 10 relabi in portum Monē in insulā subalbidā. Mirati qui præierant, sine rege, sine sequuto agmine nauigationem suam inutilem diiudicant: retro uersi, quid rerum sit sciscitantur. Audiunt regem sub instantem noctē, nauigationis pertēsum, in posterā lucē rem distulisse. Pōtificates cum proceribus, rei indignitate permoti, ad regiam prætoriamq; nauim ex cōdicto conueniunt: mutuis in se defixis luminibus, silentes regē circumstant. Rex motus rei nouitate, quò iniussi aderant, quid rei sit percunctatur. Ibi fidētior inter episcopos, regis mutationem verbis liberioribus detestatur, gerendæ rei occasionem amissam: posse tempestatē de proximo interuenire. Rex iram colligit, sed temperat: modestius secum agendum insinuat: & penè res ad iurgia peruenit. Postera nocte tempestas incubuit, quadriduo perdurans. Tum rex, monitoris secum verba pertractans, æquiorē 20 sumpsit animum in eos qui perturbauere: obseruari, nec negligēdam edicit proximam nauigandi opportunitatem, nec iterum sine fructu (vt sæpe) dilapsurā. Qua præstita, rursus mare tentauit. Quandiu autem sub prætentu terræ transeunt, tranquilla satis est uisa nauigatio. At vbi relicto à tergo littore mare inuadunt apertum, ibi verò exerta vis tempestatis: multarum latera nauium quassata laxantur: rex non sine periculo prætoriam deserens, in aliam cum signis se transfert. Maior pars ea difficultate concussa, pandit vela, ac retro cursum legit: magno remigii labore, maiore omnium periculo, sub hosticā terrā perueniunt. Sexaginta vix naues ex omni classe remanserunt. Pecora per campos littorum innocua, incompetam eorum ad nauigationem prodebant. Rex in terram egressus concilium aduocat, quo ordine res gerantur intendit. Erant qui perpēsa insigni pau- 30 citate, retro legēdum iter astruerent, quādo & commeatus deessent, & insignis pugnantorum paucitas ipsis sibi exitio, hosti ludibrio futura videretur: prosperā secūdo ad reditum vento nauigationem in oculis haberi. Alii vastāda littora, prædam agendā commemorabant. Regi neutra placuit sententia, crimen gloriæ suæ semper affuturum vt cederet hostibus: quò nulla vnquam memoria prodidisset, Danorum regem terga Wádalos ostēdisse. Itaq; explicato agmine equites peditesq; armari iubet, custodes etiā nauium cohortes deputat sub præfecto. Vicinas Rugiē insulas tam insperatò inuadit, vt incolæ productis de fenestra capitibus, loci dominos aduētare rati, Casimarúsne an Buggislaus sit rogent, qui venerit. Sed missa in aduersos tela, declarat hostem. Itaq; prædam agentes opimam Dani ad naues reducant. Interea hostes adesse regē sentiētes, classē 40 perarmant, egressurum intercepturi: viderant enim vires. Classi Danicę præfectus tutāda cohortem in paucas naues impositam hostibus opponit, leuiq; prælio fatigatos abire cogit. Iterum iterumq; incurrentes fugat: lōgiusq; insequeretur, nisi quod acciderat animo voluisset, regem littori cum præda propinquare. Miratur rex classē suā sine custode inanitam: sed videt è profundo cum paucis ad nauigare præfectū. Itaque onustæ naues præda parant abiturum. Sed adsunt maiori nauium suarum numero hostes: nec diu cunctati adoriuntur Danos. Ibi rem relatu pudendā Danicus scriptor cum rubore commemorat. Nam magna pars nauium Danicarum ad conspectum tantæ multitudinis vela pandunt ad fugam, deserto in periculis rege suo, nec respiciunt. Ibi neq; increpatio regis, neq; insultatio hostiū, homines leporino corde potuit auertere à fuga. Rex solis se- 50 ptem nauibus inter tam multa hostiū nauigia relictus, quò necesse fuit, suos viriliter hortatur, inclamat, laudat: cuius maiestatis reuerentia, insignem Danici militis paucitatem inter multas hostium naues fecit clarescere: vnā enim & prælium agunt, & fugā parant. Aspirantibus ventis, fortis sed parua, multitudinis hostilis respectu, manus periculum viribus exemit. Ingenti præda, sed maiori fortitudinis gloria, hostiles impetus euadunt,

Danus magnam classē in Wandalos ducit.

Tempestatis vi naues multas percunt.

Wandali improviso Dani aduentu opprimuntur.

Danus à suo vi magna parte turpiter desertus, paucorum virtute euadit.

dunt, regem incolumem reducant. Libuit ea duorum diuersæ gentis testimonia conferre. Nunc redeamus in ordinem.

QVVM ergo (quò dicere cœpimus) incitati Wandali à duce, grassarentur in Dania, rex perspecta calamitate gētis suæ, misit oratores ad Henricum ducem Leonem, postulans locum familiaris inuicem colloqui ad Eydoram. Non recusans ille venit: & occurrit ei rex, & habitis hinc inde pro cuiusque dignitate colloquiis, in eum exitū res peruenit, vt ex fœdere prius rex & obsidum & prædæ dimidiū ex Rugianis duci permittat, & ex tributo gentis, & ad singula quæ dux iudicauit exigenda, rex illi cessit: & renouata sunt inter illos fœdera: & iussi sunt Wandali duci parentes conuiescere. Hi enim grauissimi fuere, qui Danis eo tempore imminabant: nam Rugiani conuiescere, fessi bello Danico. Missi sunt autem vtriusque principis nuncii, vt cognoscant & constituat æquo iure tributa duobus. Sed & affinitatem mutuam visum est inire principibus. Nam Hēricus filiam suam, relictam Cōradi nobilissimi principis (qui patrem habebat Conradum Imperatorem) quum ille sub Imperatore Friderico in nouissima expeditione Italica defecisset, vxorem dabit Kanuto filio regis. Quò factum exhilarauit vnuerfos, facta pace per mare, per terras: & mutatum est gelidum frigus aquilonis in lenes flatus austri: & cessauit marina vexatio, & detumuerunt procellæ tempestatum, & pacata est via transeuntibus à Dania in Wandaliā: & ambulauerunt mulieres & paruuli per eam, eo quò sum mota sunt offendicula, & defecerunt prædones à via. Pribislaus quo- 20 que, Obotritorū princeps, deposita diuturna rebellionis pertinacia, sciens quia non expedit calcitrare aduersus stimulum, sedit quietus & contentus funiculo permisse ditionis, & ædificauit vrbes Magnopolim, Ilow, & Rostockiū, & collocauit in terminis eorum populos Wandalorum. Et quia Wandalorum latrūculi inquietabant habitatores Zwerini & in terminis eius, Guncelinus præfectus, vir fortis, & duci fidissimus, madauit suis, vt quoscunque inuenissent Wandalorum incedētes cum armis (quibus non esset euidentis ratio) captos statim necarent suspendio: & cohibiti sunt utcūque à furtis & latrocinis. Erant per idem tempus & alii per terram Obotritorum nobiles, principum genere editi: de quibus suo loco supra attigimus, & infra (vbi opus euenerit) nō præteribimus, vt successionem principum ostendamus.

MULTA faciebant Waldemarus rex & Henricus dux à terra, priusquam mitterēt 30 Wandalos sub leges Christi. Sæpe anno vno rex geminas in littora Wandaliæ fecit expeditiones, vere & autumnò, nec requiem dabit. Omnium pertinaciores erant Rugiani, sæpe victi, sæpe rebellantes: donec superatis vrbibus, plenam (quò diximus) fecerāt deditiōnem, traditis de pace obsidibus. Sed non est iniucundum cernere memorati regis in littora Wandaliæ assiduum laborē & infatigabilem animum. Priusquam fræna illis imponeret, post eam (quam proximè diximus) vernam regis sed infructuosam expeditionem, inde tamē auctiori spe, per eiusdem anni autumnū classē reparat: & secundos nactus ventos, in vrbem Arcona & confinia eius milites exponit: populabūdus per continentem ingreditur: inexpectatus hostium aduentus imparatam reperit apud ho- 40 stes militiam. Oritur condensā nebula, vt in longinquum cerni nō possit. Verum vbi hostibus regis aduentus innotuit, arma corripunt, exercitum contrahunt, Danis occurrunt: non antè conspicientes quo sunt loco castrametati Dani, quàm ante eos in nebula constitissent. Strepitu primū festinantium ad arma proditi: inde paulum circa meridiem serenato aere sub oculis aduersi exercitus, certiores effecti. Non erat alia via nisi per hostes, his aut illis: nam retrocedere, id verò pudendum visum. Itaque arma, dispositis pro tempore aciebus intentantur, fortis dimicatio confurgit: Dani Wandalos, illi Danos repellere adnituntur. Multi inuicem cadunt, varia ac dubia diu volat victoria: tandem Danorum parti inclinat: cedunt Wandali, vicino vado multi immerguntur. Nauabant vtrinque fortes viri operam: sed tum res Danis cessit. Itaque præda onustus 50 rex, quia bruma imminabat, reuersus est in regnum.

CAP. 19.

Dani cum Saxonibus colloquiunt, pactū & affinitas.

Itinera pacē facta tutā redduntur.

Wandali crucis metu à latrocinis coercentur.

CAP. 20.

Danus in Wandaliā imprefione facta hostes certamine vincit.

CAP. 21.

Missus à Wandalis de pace legatus, se pro rerum ratione prudenter gerit.

pediri, terrendum apparatu. Ibi vir gnarus, murmura Iutarum in regem accipit, alimēta sibi deesse querentium, quamuis illis rex subsidia com meatuum ex aliis Daniæ insulis polliceretur. Animatur tum Wandalus ex eo murmure, ut æquas pacis condiciones (quas antè non audebat) exposceret, quum initio leges pacis cum plurimo suæ gētis detrimento non recusasset. Interrogatus, si rex fœderibus annueret, quibus modis de parte Wandalorum firmarentur, respondit, lapidem se in mare iacturum: quod Wandalis ic̄tu fœderis loco esset, arbitrantibus fœderis violatorem ita periturum. Sed pontifex is quem pacis sequestrum ille delegisset, obsides dandos asseruit: sic enim Danis à Wadalibus prioribus semper annis esse cautum, non modò obsides, sed etiam classis supplementa & pecuniam instaurandis nauibus dari cōsueffe. Ille refert temporum esse rationem 10 habendam: si hoc in retroactis sit aliquādo obseruatum, nunc esse aliam rerum faciem, vastatam à sua gente Daniam proximis annis: nūc satis accipere, si æquas à Wandalis pacis condiciones impetrarit. Indignatus episcopus respondit quæ videbātur rebus & tēpori congrua: cæterum ad regem se cuncta perlaturum pollicetur. Regi quidem superba visa Wandalorum legatio, & ideo properādā expeditionem. Sed quoniam horrescens ventis mare navigationē interclusit, maioribus agendum viribus rex censet. Ergo Henricum Saxonie ducem inuitat ad colloquium & ad belli communionē, ut iunctis viribus, ille à mari, iste à continenti terra inferant arma Wandalis interceptis: ut ita facilius indomitę genti iugum imponant & tributorum & Christianę religionis. Ceperat iam antè Henricus ex Wandalis magnam Obotritorū & Kissinorum ditionē. Gun- 20 celinū (ut diximus) Zwerino præfecit, & Werlow iam arcē tenuit: vnde facilis illi trāsitus ad Rugianos videbatur. Nam & Albertus Brandenburgensis marchio suæ ditionis vicinos Wadalos effecerat. Iam rex cū classe aduectus maritima populatur: dux quoq; à terra promouit exercitum: sed quidam ex pabulatoribus à Wandalis intercipiuntur. Struunt vicissim insidias Saxones hostibus, & intercipiunt ex Wandalis principem gentis, nobilem virum, patrem adolescentis qui nuper odio superstitionis gētis ad Danos cōfugerat: sed quum capi pater non pateretur, oppressus est. Audita autem patris nece adolescens non aliud respondit, dolere se, quòd in paganismo sacrilegus periisset.

CAP. 22.

IGITUR per mutua expeditionis tempora rex à duce conuiuia excipitur in castris: splendor & apparatus rege dignus instruitur, in famulatu, in epulis, in omni rerum ordi- 30 ne. Sua quisque deinde parte hostilia populatur. Wandali se arcibus atq; præsiidiis continent, sua omnia inuiuis paludibus condunt. Magno internunciorum periculo principes redeunt in colloquium. Rex suo itinere vastans omnia, ad oppidum tum paruum, Rostockium peruenit, idque habitatorum metu desertum incendit: inde populatis circum omnibus ad mare contendit. Nūciatur classis Pomerana cum Rugiana adnauigare. Rex à duce præmonetur anem linquat, mare repetens, ne intercludatur ab hostibus: quod rex consilium putauit non contemnendum. Sed tum insidias cogitauit insidiis illudere. Compertum habuit militis sui in terram egressum expectare Wandalos, ut ea opportunitate classem exurerent atque expugnarent. Rex iubet milites condi in naues, paucos in littus egressos vicinas domos incendere: arbitratos Wandalos omne Danorū agmen expositum terras populari. Sed neque hostibus Wandalis defuit calliditas circumspectiendi: nam omnium rerum facti certiores se continebant. Vires enim suas utriq; exercitui terra mariq; impares (ut erant) reputabant. Igitur ad pacem inclinantes, eundem quem pridem in Daniam misere oratorem, submitunt, de pace tractaturum. Is ignem in littore accendit: id erat signum colloquium de pace petentis. Interdicitur Danis ne in cuiusquam nauim excipiantur, ne pacis cupidos arbitretur Danos. Sua igitur nauis aduehitur, eundem quem prius pontificem Absolonem sequestrū requirens. Ille per cōtumeliam rememorat, insulas Daniæ vastatas à Wandalis, exprobrans quod antè ab illo fuerat obiectum in Dania, quū ibi legatione fungeretur. Respōdit Wandalus cuiq; tempore suam esse orationem accommodandam: factam nunc re- 50 rum commutationem, ut Danis inclinaret victoria. Si neglecta fuerit præfens nūc de pace oblata conditio, fortè futurum aliàs ut reiectæ pœniteat exhibitionis. Hac verborum vicissitudine quum multa inuicem iactata fuissent, Absolon pontifex sequestrū se facit apud regem: conuenitque ut datis in fœdera tum ic̄ta obsidibus, rex classem reduceret. Sed hæc ad solos Rugianos pactio pertinebat.

Dani & Saxo-
nis in Wanda-
los expeditio.

Rostockium
incenditur.

Wandali lega-
tum mittunt,
qui de pace a-
gat.

CÆTERVM orientales Wandali nequaquam hostiles animos posuere: quibus e- domandis rex fœdera renouat cum Henrico duce Saxonum, ut ille à terra, ipse à mari 10 vigeat hostes. Adnauigat iterū classis regia: Héricus verò dux nihil segnius à terra producit exercitum. Præmiserat tum ille (quod diximus) ex equitū alis nobiles quatuor comites. Hi præmissi castris metandis, dum incautè rem gerunt, cladem insignem accipiunt, duobus oppressis. Quam rem ad hoc solū renouamus, ut Danici scriptoris testimonium nostris annalibus conferamus. Accepta elade, Saxones tamen victores, vrbe Demyn subruunt incensam, ut solo æquaretur. Cosconam quoque simili premunt desperatione, desertamque iubent conflagratione deleri. Nam habitatores cum omni sup- 10 plectili se in proximas paludes condidere. A mari autem rex Wolgastum oppidum aggressurus, ut cætera vacuum reperit atque desertum: sed ille suorum imposito præsidio fecit communiri. Cæterum populationibus vtrinque, rex à mari, dux à terra, nō segniter institere: quando neque pugnae dabatur copia, neque ab hostibus fœdera peterentur. Progressus tamen rex longius in flumen, exercitum ducis nauibus ponte facto transposuit, oppida mediterranea totis viribus expugnaturus. Quod vbi Wandali com- 20 pertum habuere, submissis oratoribus de pace atque fœderibus agere cœperunt. Nam vsque in illam diem nusquam totis copiis in aciem prodierunt, sed leuibus tantum præliis conflixerunt ex insidiis. Pacis tum condiciones hæc fuere, ut Wolgastum oppidum, oportuno littoris loco situm, trifariam diuideretur, & quibus vellet rex præsiidiis teneretur: 20 piratis Panis fluminis aditus negaretur: & ad ea obseruanda, tam regi quam duci obsides darētur. Wandali obsides se duci dare pernegabāt, quòd ille nuper nobilem virū Werflaum obsidem suspendio necasset. Rex sine belli consorte se pacisci recusabat: perferri tamen ad ducē iubebat pacis fœdera, si fortè probaret. Ille regio deferens honori assensus est, dummodo in fœdere conciperetur, ducem, quæ belli tempore occupasset, iure belli retēturum: quod quū vtrinque placuisset, reductis exercitibus, pax reddita est cæteris.

CAP. 23.

Expeditio in
Wandalos o-
rientales, &
oppidorū in-
cendia.

Pacis condi-
tiones.

CAP. 24.

Rugiani in
Danos rebel-
lionem faciunt.

Saxonia dux
à Dano alter-
natur.

Wandali hō-
minis Danio-
ratione in
fraudem im-
pelluntur.

SED diuturna esse non potuit, propter alternum immortale vtriusque gentis odium: quum Dani principes, Wolgasto præfidentes, Rugianos secum ex fœdere in vrbe agētes, vexationibus crebris oppidum deserere compellerēt. Nec minus Rugiani, nouarū rerum cupidi, in ducem Henricum respicientes, Danis rebellare audent. Quod vbi Da- 30 norum rex compertum habuit, classem reparat: Rugiam aut in fide cōtinere, aut ad pristina iuga tentat reducere. Angebat plurimum Christianum regem nō tam ditionis suę in eam gentem propagatio, quam idololatrę gentis subuertenda religio, cupientem ad Christi iuga reducere populum iam diu infidelem. Verna expeditio solam vastationem effecit prouincię, Rugianis se intra mœnia tenentibus: nisi quòd leuibus præliis fiebant excursionses & agrorum populationes. Renouata in autumnum classica expeditione, quum horrea omnia plena reperirentur, ad Arcon oppidum legiones expositæ: ipsi ciues mutuata à vicinis militia, in improuisos se adoriri credentes erumpebant, iusta Danis acie congressuri. Ibi multa fortium virorum præclara facinora vtrinque sunt conspēta. Sed tum oppidani intra sua mœnia sunt repulsi, & rex populatione prouincię facta, 40 incolumem exercitum classemque spoliis reduxit onustam. Interea dux Henricus pactis fœderibus iam sibi Wandalorum primores deuinxit, regemque Daniæ ad colloquium euocat opportuno loco. Ibi dux questus, quòd rex sibi fœderatos Wandalos, nō prius corā se quæstione intentata, sit aggressus bello. Rex autem nullius se respectu retinendum respōdit, quo minus hostes suos bello lacefferet. Ita exasperatis vtrinque sermonibus, colloquium simul cum fœdere diremerunt: multę deinde nauales pugne varia fuere fortuna inter partes. Sed erat ex Danis vir gnarus linguę Wandalicę, & inter proceres eorū pater- 50 terna familiaritate notissimus. Hic ex consilio nōnullorum de regno procerum circumueniendę gentis audaciam præsumit, monitus tamē ab illis quos conscios fecit, ne quibus promissis Daniæ regnum oneraret: armis enim, non dolis, Danos bellagerere consueffe. Ille profectus ad Pomeranos principes, mirari se ait, quid prudentes viri Saxonū fidem Danicę integritati prætulerint: quorū alii fines eorū iam sibi subiecerint, quotidie ditionem suam cum Wandalorum detrimento amplificantes: Dani autem finibus suis contenti, non nisi de præda cum hostibus conflagat: si sapiant, longè illis Danorum quàm Saxonum magis ambiēda fœdera. Mouit oratio principes viros. Nam Henricus Zwerinum, Raceburgum, Werlam & omnem Obotritorum terram tenuit à Wadalibus.

Itaque nulla interposita mora cum Saxonibus bella Wandali renouant, arbitrati Danos sibi facile accessuros. Sed hac in parte ludificatos se compererunt.

CAP. 25. Q V V M dux emissis ad regem oratoribus, Lubicensi & Zwerinensi præsulibus, filiam suam (quod diximus) regis filio despondet, arbitratus fœdera sic sancitum iri: venitur ad colloquium apud Eydoram. Bellum communi consilio & auxilio Wandalis indicitur. Rex à mari Wolgastum oppugnat, dux Demynum iam reparatum obsidet. Sed quoniam obsidionis longam moram prospiciunt, populationi indulgent. Wandali verò viribus impares, vtrunq; hostem ære placant & obsidibus. Henricus interim dux, & in Saxonia & in Bauaria motus in se coactus excipere, Wandalarum inde facta posthabuit. Pomeraniæ autem principes, quòd Rugianis popularibus suis non bene vellent, propter contemptum quem ea gens pro solita sibi superbia principibus ostenderat. Accessit zelus diuinæ religionis, quòd memorati principes, ex parte Christiani, non equis oculis aspicerent vanissimam gentis illius superstitionem. Iam Daniæ rex Walde marus in animū induxerat, semel genti toties victæ, toties rebellanti, totis regni sui viribus incumbere, vt sub iuga missos Christo simul & sibi parere cogeret: in quam rem iam propensos Pomeraniæ principes belli socios acciuit. Illi non segnes incubuere, quòd sperarent, regem Christi honore & suis tributis contētum, facile illis prouinciam permissurum gubernādam. Hac interim fiducia pleni, non minori illi apparatu à terris bellū instruunt, & omnem apparatus constituūt, quā rex à mari. Tum illa facta Arconæ vrbis expugnatio, fani simulachriq; subuersio, deinde vrbis Karentinæ deditio, & vanorū numinum exterminatio, & Christianæ fidei in gentem propagatio, quam supra XII. capitulo (ordinem sequuti temporum) fecimus, nunc interpositis alterius authoris testimoniis, in id ipsum reuersi. Sic pacatis Rugiæ rebus, omnia Danis compacata videbātur. Sed neq; Pomerani neq; Circipani neq; Kiffini satis quieuerunt.

CAP. 26. O B S E R V A B A N T omnes interim opportunitates rerum gerendarum. Audierant regem Waldemarum, totius regni celebrato cōuentu, parentem suum Kanutum, missis ad hoc Romam nunciis, in sanctorum numero ascriptum prodentibus miraculis, curare vt in aram de tumulo trāsferatur, filiumq; Kanutum corona donatū, secum regnare constituisse. Ita summa exultatione, omnia laudibus & plausibus per Daniā resonabant, quum rex duorum medius, inde patris æternam gloriam per gentes vulgari, inde filii auctam cerneret in terris maiestatem. Wandali interim excurrerāt ad prædā, quadraginta nauibus egressi ad solitum quæstum. Norwagii regis oratores eidē inerant conuentui: iam redeuntes, à Daniæ quibusdam proceribus honoris gratia deducuntur per aliquot milia: Esbernus is erat ex primoribus Daniæ, qui hospites deducebat. Ille iā rediens, apud Oldam insulam audit regem suum iam arma renouare in Wandaliā: rogatiq; ab illo incolæ si quas piratarum naues conspexissent, quadraginta nuper vela in proximum se portum contulisse retulerunt: sed piratarum an mercatorum fuerint, esse illis incompertum. Statuit ille sub noctem profundo se credere, littora vitare, vt falleret fortè ad prædam excubantes. Proditus autem exorta luna, à Wandalis incurritur: hi enim in insidiis latuere. In proram progressus Esbernus, iubet armatos suos se circūstare, telis hostem infestare. Diu vtrinq; pugnatur, Wandalis plurimum sanguinis ab vna naue haurientibus. Semel, iterum, ac tertio repulsi, quum virtutem mirarentur, rogant quis naus sit præfectus. Frustra, inquit Esbernus, de præfecto sciscitatio quando prædę imminere non poteritis. Captiuorum apud Wandalos quispiam ex Danis vocem agnouit loquentis: Esbernum, ait ille, capere non poteritis. Tum illi, partim pudore, partim furore inuecti, pertinaciter insistant vt capiant: fortiter oppugnati, forius se defendunt, donec absumpta penè tela viderentur. Tum iubet Esbernus vnum è suis accepto silice mālum inscendere, inque summitate excusso igne ostentare flammam: Wandali rati dari signum sociis nauibus, absistunt. Sic inter multos pauci in patriam reuertuntur incolumes.

CAP. 27. W A N D A L O R V M ergo bellum intermitti rex nō passus, auctus Rugianorum ex fœdere classe, Zuinam fluuium ingreditur, ducturus in Iulinum oppidum, ea tempestate in Pomeranis præcipuum, quòd duces inimico in se animo essent propter Rugiam, quòd sperabant illis non permissam. Iam regia classis per latum illum sinum quem tres amnes, Panis, Zuina, Diuina, collecti ante exitum in mare conficiunt, peruenit ad confinia

confinia Iulini. Pons illic amni Zuinæ superpositus, oppidum coniungit aduersæ ripæ: hinc nocte prima quieuerunt. Ante lucem Iulini ciues in cymbas suas coiere, hostibus in lacu obuiā ituri, vt iter interciperetur: nec Danis fiducia defuit illos excipere: diu in flumine certatur. Interim rex pontem ex parte demolitus, transitum classi facere cōstituit. Pugna & ibi conferitur: perucit tamen Danorum instātia vt classem deducerent, sepibus multis, quæ in flumine piscandi gratia constiterant, demolitis. Peruenitur ad vicinā Camini vrbis insulam Cristoam: quam rex populari prohibuit, vt esset ibi iumentis pabulandi refugium. Ducitur in vrbem: quam oppugnare rex adortus, primum certamē in ponte conserit: sed ea videbatur pons imbecillitate, vt magis pugnatibus ab illo periculum esset quā ab hostibus. Quo perpēsō, rex iussit receptui cani: & iam excursionem factā in vicinas ripas, quicquid prædæ contrahi potuit, in naues congeritur. Rex iam de reditu cogitans, præmisit qui vadosa propinqui fluminis loca pertentarent: infida enim erant ea peregrinis & ignotis vada. Ipse tamen non expectato exploratoris reditu, egrediendi audis superuenit scrutanti: seque in syrtes atque periculosa loca coniecit, vnde plurimo post labore vix eriperetur. Verum quia Iulini oppidi vicina erant prædia, in ea excursiones facere ante abitum constituit. Absolon, vnus ex pontificibus, noctu loca explorauit vadosa: & quibus exponi copiar poterant, fixis noctu stipitibus, aut in nodum curuatis iuncis, signabat. Orta autē luce cum expeditis egressus, latè populatur. Interim rex agmen & totius robur exercitus in ordinem redigit, oppidi illius oppugnationi institurus: in quam operam egressos pridem equites iubet reuocari. Sub ipso autem reuocationis momento Absolon pontifex Magnum, Erici nobilis viri filium, cum parte copiarum audit ab hostibus circunuentum, nisi succurratur, statim periturum. Ibi iam vir fortis pontifex animum circūfert quid cui præponat, regis imperium aut sociorum salutem posthabeat. Sed sumpto ex tempore consilio, cōmilitoni primū fert suppetias, & cohorti consulit alioqui peritura: itaque aduolans socios eximit periculo. Magnus acceptæ per illum salutis non immemor, seruatore suum publicè vocat, seq; suūque caput semper pro illo vigilaturum spondet. Absolon verò, vt iustam in se indignationem regis temperet, magno ante se captiuorum pecorumq; grege in castra præmisso subsequitur, regios oculos re bene gesta sibi concilians. Rex tamen leuiter increpitans, ad latus suum (vt semper) deuocat accubiturum.

CAP. 28. R E P E T I T A classe, anceps eius periculum erat educendæ, quòd paludosis locis hærentia nauigia, iam prædis & hominibus onusta, vix erat commouere. Aliis effodiendæ arenæ insistentum, vt per fossata egrederentur, est visum: sed infinitus & frustratus labor aliis est visus. Eo confugiendum duxere, vt subiectis teretibus lignis tractu virorū educerentur. Potuere sex Rugianorū non magnæ naues illo ordine exportari. Interim Casimarus dux iam hostem in castes coniectum reputās, quadraginta naues per armauit ad amnis ostia constituendas. Bugslaus vero à terris imminens, equitum peditumq; copias ductabat, Iulineses increpitans, quòd per socordiam non in aciem aggressi Danis se contulissent. Iam Dani hærebant in vadis: vtrinq; hostes perurgebant. Misera rerum conditio, victores victis similiores. Circunfusi Absolonem Iutæ conuitiis incessabant, quòd eo ductore in eas essent perducti angustias, è quibus nisi rex saluus educeretur, perpetuū dedecus Danico nomini oriretur, se verò vniuersos, hostiū gladiis subiectos, certa in morte remansuros. Solere reges rebus gerendis illustres viros præficere, & talium ductu cuncta gerere: nūc sacrorum pontifices, arma tractantes, regem & omnē nobilitatem, pariterq; omne nomen Danicum, in perpetuam ignominiam perduxisse. Has conuitiationes molestè sed dissimulanter tulit vir prudens, nil aliud respondens, quā esse prouidentis viri ea proloqui, de quibus nihil eum dixisse pœniteat. Superueniens autem quidam vir fortis, & qui Absolonis fortia facta sæpe expertus sensisset, primo quidē tumultu quid ageretur accipere non potuit: vbi verò conuitia iaci in fortissimum ductorem animaduertit, Parcite, inquit, commilitones, virū qui patriæ decus sæpe auxit, semper sustinuit, conuitiis laceffere: cuius ductu eò petuenit Danicum nomē, quòd maiores nostri ne respicere audebant, cuius auspiciis multæ sunt peractæ victoriæ. Et quid est quod fœminarum ritu ad eiulationem descendimus? Viri sumus, gladios tenemus, exercitū habemus incolumem. Si mare inuiū est, per medios hostes equites reuehamur in patriam. Talibus aliquādiu monitis insistent, magis obtrectantiū ora cohi-

buit, quā animos à trepidatione reuocauit. Interim Casimarus per contumeliā & contēptum Danorū tētorā figit in littore: ibi aureis argenteisq; poculis bibit in oculis hostiū.

CAP. 29.

Rex è presenti periculo Absolonis consilio euadit.

REX tali deprehensus discrimine atq; periculo, proceres conuocat, percontaturq; quo sit opus factō. Diu silentium fuit. Iubet proloqui quemq; quid sentiant. Tum vnus præ cæteris, Pueros, inquit, tibi rex in cōsiliū adhibendos censemus, quorum ductu, ingressus in eas difficultates, expliceris. Sentiēs sibi Absolonis familiaritatem obiectari, non esse inquit rex, boni moris, vt in concilio conuiciis se viri boni laceflant: dicere quēq; par esse, quid in communi periculo pro omnium salute sit ineundū. Tum Absolonem intuitus, quid videatur ex re esse percūctatur. Ille nihil moratus, Cuncta tibi, inquit, in expedito esse rex, si per obrectatores liceat, edicam, naues expositis iumētis atque grauiori armatura, exonerādas: tibi cum equitum manu in littus secedendum, expedita remigiis, ac loricatis plena nauigia præmittēda: vt sustentata primūm hostilis classis incurfione, cæteris nostræ classis nauibus exitus præparetur. Rifu exceperē dicentē æmuli, percūctantes si primus ipse esse velit qui naui exeat loricata. Ego inquit, nisi exequendi præsumerem audaciam, cōsiliū tale inter hos proceres non vulgarem. Fit raturum quod ille conceperat. Rex expositis in continentem iumentis, conscēso equo expeditam suorum manum in littus perducit. Tunc Casimarus antē iactabūdus, se collectis tentoriis festinatō proripit, inq; naues se recepit. Septem armantur apta loricatis nauigia: sequitur classis tota, iam oneribus expedita, pertransiens formidata vada. Ad primum conspectum egressorum de lacu nauigiorū hostica classis retrocessit, non expectandam rata manum illorum quos ante irriferat. Iulium deinde rex cum equitatu alabitur. Bugslaus, paulo antē de trepidatione deq; timore Iulinēses coarguens, ipse fuga se proripit: pontem nuper effractum per transitum, traiciēdo equitatu reparat, vt interim expedita classis elabatur. Ventum est ad hostia Zuinæ fluminis: ibiq; iumentis iterū in naues receptis, ad maris principia anchoras proiciunt, firmantes nauigia. Omnium anteriores fuere Esbernus atque Suno post Absolonem.

CAP. 30.

Dani conspectus hostes terrores fugat.

INTERIM Iulinensium quidam eques in littore obequitans, quum per interpretē Gutsalcum nunciaret, suis ciuibus in animo esse, postero die missis oratoribus fœderā pacis inire cum rege, & iam abiturus equum calcaribus vrgeret per iactātiā: exiliens iumentum vehementius quā ille caueret, præcipitem dedit equitem, tam graui lapsu vt semianimis in arena volueretur. Famuli effusum leuare conātes, Danorum prohibiti sunt telis. Interim scapha inuecti Absolonis ministri, illum in liburnicā domini inferbant nihil sentientem. Interposita mora, quum ex graui lapsu quasi profundo somno respiceret, in proximos conuersus, vbi esset interrogabat. Diu erat, antequam pernosset in hostili se naui teneri. Interim rumor percrebuit, expectare hostes, veniētes ab anteriore terræ sinu Danos, vt exciperent in mari, magna & expedita classe paratos ad prælium. Iulinensis ille omnem esse vanum rumorem qui dissimaretur, quā sanctē asseuerabat, compertum sibi esse, genti suæ non superesse animum manum cum Danis cōferendi: inq; eam rem multis commemoratis, tempori seruire, & hostibus (à quibus captus teneretur) assentari credebatur. Sed tamen rerum exitus declarabat vera loquūtū. Sic enim euenerat vt nemo se illis ad prælium obiectaret in mare prodeuntibus, agmine ad pugnam instructo. Nam omni classe reducta, omnigenū rerum præda onusta, incolumē in patriam nauigationem Dani tum victores habuerūt. Erat ex eo agmine, qui reparandæ ratis suæ gratia, post abeuntem classē in hostico remaneret, & rudibus reparatis, post eam sine cuiusquam incurfione nauigabat. Libet hac in parte interfari. Iulium oppidum regi quōdam Danorum Zuenoni, ad tempora Ottonum Imperatorū regnanti, sæpe se opposuit, bello sustinens totius regni molem: ter etiam regē prælio cepit. Nunc paucis interpositis seculis, ne in aciem prodire audet. Ea rerū est vicissitudo. Et ipsa Danorum natio, quæ ante illa tempora terrori fuit Gallis, Germanis, & omnibus circumiacentibus prouinciis, nunc ab vna Wandalia tot bellis distinctetur, tot laboribus implicatur. Vide rerum mutationem mirabilem, sed non nouam.

CAP. 31.

Pomerani Saxoni, Danis Rugianorū auxiliū asciscit

INTEREA Casimarus & Bugslaus, Pomeranorum principes, scientes Danorum regem non quieturum, Henrici Saxonum ducis vltro manum petunt, auxilio venturā aduersus regis potentiam. Ille vt potestatis suæ in eos ditionem acciperet, non cūctanter annuit. Rex non ignarus, vtriusq; etiam iūcti hostis arma nihil veritus, vltro iterū in

Pomera-

Pomeranam classe procurrit prouinciam, Rugiana virtute in auxilium & supplementum copiarum & nauium desumpta. Per Zuenam fluuium, lacum illum magnum, inde per Oderam Stetinum vsq; vetus & opulentum in prouincia oppidum, peruenerūt, cui præerat Werflaus, principibus terræ memoratis sanguine coniunctissimus: sed qui imperio ab illis seposito, suæ ditioni præerat. Superstitionem ille patriæ veterem vehementer auersatus, sacram Christi religionē omni voto expetebat, quod in se fuit, religiosos, & bonos viros exquisito cultu prosequutus. Iam fidei nostræ & ille rudimenta perceperat ab Ottone Bambergensi episcopo: urbem illam præsidio tenebat, Rex vrbi oppugnandæ institit. Est autem oppidum ab imo decurrentis Oderæ in aduersum cliuuum erectum, vallis ac mœnibus roboratum, vt eius captio perquam difficilis videatur. Sed tamen virtuti nihil imperium rati Dani, oppugnationem intētauerē, coronaque cinctū infestabāt. Vallum fossionibus impetitur, vt per cuniculos properetur expugnatione: penetratum est sub mœnia. Illi à telis iam immunes (quod in longinquum & in directum illa mitterētur) hostes infestauerē: fessis recentes alii subiere. Quid multa? Defatigati ciues præfectum orauere, vt ad hostes descendens deditiōnem impetraret. Cuius mentio apud milites fieri non potuit, inhiantes vrbi capiendæ, vt eam diriperēt. Volentibus ergo qui intus laborauerē, ac permittentibus qui foris oppugnauerūt, Werflaus per funem muro demittitur, vt regem petat, deditiōnem oblaturus. Quam ille legationem libenter audiebat, vt sanguini parceretur in reliquum fundēdo. Quum autem esset auditum in exercitu deditiōnem accipi à rege, quum offerretur ab hoste, languidius institere oppugnationi: nam direptioni (quam sperabant) per eam occasionem locus non erat. Ita factū est, vt magnorum sibi laborum minimum prospicientes fructum, segnius pugnarent. Rex vbi aduertit ob eam rem milites tardius frigidiusq; pugnare, murum obequitat, hortatus milites vt urbē annitantur capere. Sed tum illi quum maximē contenderent, videntes urbem captu non facilem, inter misere murmura. Tum rex admissio præfecto deditiōnem accepit, cognitaq; viri virtute, urbem illi sub Danorum imperio regendam permisit, segregatam ab reliquo Wandalia principatu.

IMMINEBAT iam tempus allecum sub Regia capiendorum, quæ nunc à multis annis ad littora Scaniae contingit. Et ne alimentorum defectio publicorum regioni incideret, intermittendā rex expeditionem putauit: attribuitq; eam sub Rugia gubernandam Kanuto, Pribislai, qui è Wandalia ad regem dudum profugerat, filio. Ille operam recusans, causatus est, non tanti esse quod in Dania ab rege teneret tenues Lalandiaefines, vt pro his capitis discrimen subiret, pugnaturus assiduò in congentiles suos: ad pontifices, quorum cōsilio & nutu cuncta gererentur, ille deriuabat onerosum ministeriū. Rex nō æquo ferens animo imperii detrectationem, Pauca, inquit (fateor) hæctenus accepisti, quia nec maiora meruisti. Et quoniam Absolonis sibi obiectam familiaritatem iterum reputabat, illū rex percūctatur, si tutādæ prouinciaē operam sibi velit desumere. Nihil moratus ille respondit, quicquid per pontificē possit exerceri, horum se nihil pro publicis cōmodis recusare. Addidere se tanto labori socios etiā spontaneos Esbernus frater, Torbernus, ac Petrus Torstani filius: quibus accessit Zueno Arufiensis pōtifex, cum aliquantis Iutis. Rex omnibus collaudatis, gratias habet Absoloni, quod non grauate subiret ab aliis recusatam prouinciam, quodq; singulari tam sibi deuinxisset ciues suos animo, vt nulla in re pontificem suum putarent deserendum, in regnum reuertitur. Quum interim Ticislaus Rugiaē princeps (tum verò sui regem illum dixere) cum germano fratre magnam Danis com meatum importari iussit copiam. Sed quum Iutæ aliquanto se insolentius ad rapinam pararent, oblata etiam sponte præripientes, eo iussit Absolon Rugianos obsequio abstinere, de solis allecibus recens captis, quantū diurnis vibus satis esset, iussit inferri. Iam euitato incurfionis (vt sperabant) periculo Rugiani redire in sua disponebant nauigantes, & tamē Iutarum vix manus euasere, populi infrenis, & qui sacrorum antistitem in armis ducem contempserē.

IMPLETO ad quod stabant Dani ministerio, quum euitato Pomeranorum incurfu in regnum redirent nauigarentque, Iutæ sub littore Fioniaē piratas se longē fortiores conspicati, relictis nauibus in prædam terras fuga petiere: hostes direptis nauibus confractisque abiere. Absoloni triste nuncium defertur, socios Iutas nauibus exutos. Ad nauigat, videt laceras reliquias. Scrutatur nota piratarum receptacula, & nemine

LI iiij

Stetinum Dani oppugnant.

Danus oppidū in deditiōnem accipit.

C. P. 32.

Absoloni episcopo prouincia traditur aduersus hostes defendenda.

CAP. 33.

Absolon Wandalorum classē parari se certior.

reperito parat abire. Quumq; expeditissimo ad cursum vteretur nauigio, longè præuo-
lavit, & iam de vicino littore hominem conspicatur, p̄ano sublato signum edere postu-
lati colloqui. Rem magnam esse ratus Absolon demittit anchoram, cymbam conscen-
dit. Vbi propius venit, agniti hominis fidem damnat, quòd accepta nuper pecunia, ho-
stiles conatus (quos primos ille facere consueuerat) non prodidisset. Sed ille purgatio-
nem afferebat, piratas tum abiisse, priusquam ille fidem interposita pollicitatione dedis-
set. Tum rogat pontificem quòd proficiscatur. Vbi domum petere audiuit, iam, inquit,
expeditio erat ineunda, quum tu deponere conaris. Nam magna paratur classis ab ho-
stibus Wandalis, quem locum petitura, necdum comperi: sed comperturum se breui
promittit, & ex fide renunciaturum. Quo loco pontificem requirere veniat, sciscita-
tur: constituitur illi in sulcæ Monæ promontorium: diem edicere iubetur, quo illic se vi-
dendum iterum præbeat: sextum pollicetur. Et hoc dicens abiit, è conspectu factus an-
tequam Danorū sociæ naues propinquarent: veritus est enim, ne à multis agnitus pro-
ditusq; patriæ pœnas daret. Aduentantibus sociis Absolon exponit, compertū sibi esse
proximam venire hostilem Wandalorum classem: nunc optionem illis esse marine ve-
lint, aucta classe, aut expositis equis, terra configere: aut si neutrum probēt, incolas re-
gionis à mari in mediterranea iubeant commigrare, ne hostibus prædæ sint. Certè iu-
menta in terram exponere, perquam difficile & incerti videbatur exitus, si hostes in ter-
ram non elicerentur: incolas emigrare miserum. Statuunt vt domum quisque repetens,
aucta classe com meatibusque adductis, naualem pugnam præstolentur.

De ratione bel-
ligerendi cum
suis deliberat.

CAP. 34.

I AM bruma appetebat, nec minus tamen ad expectatum hostē exire maturabant.
Exortum est autem tantum subito gelu, vt crustatis in glaciem glebis madentibus plau-
stra figerentur immobilia. Sed agricolæ com meatus in naues portaturi, onustis iumen-
tis plaustra relinquere cogebantur. Præteriens Absolon equo vectus, miseratus est la-
borem agrestium. Illi se solantur, leuius id esse censentes, quàm ad prædam exponi in-
cursantibus piratis. Tum ad Monam constituto die se recepit: illic quem miserat, re-
uersum se cernit expectare, qui omnia reportans hostium cōsilia denudabat. Quumq;
Wandali longius morati non apparerent, classis Danica portum delegit duabus specu-
latoriis, quarum altera Zelandensis, altera Falstrēsis, communi tamen omnium periculo
perarmatis. Qui Falstrensem gubernabat, vir eius regionis primarius, & qui hostibus
quàm ciuibus propensior à nonnullis putaretur, demoratur, quoad Danorū omnia cō-
silia hostibus secretò demandet. Ita vnus hominis perfidia, bene gerendæ rei adempta
est occasio. Igitur quum intellexissent Wandali Danicam classem in expedito esse, de-
morari que aduentum suum, sinum qui viridis dicitur, solum attigere: edito que in litto-
re signo, quum sublimem ibi crucifixi Domini statuam euertissent, abire. Sed neque
tam citò moliri fugam poterant, quin Danica classis, iam comperto eorum gressu, pro-
tinus adnauigaret. Primo mane soliti educere Wandali, celerique sibi fuga consulere,
tum Absolonem non fefellerunt. Quippe superuenit abeuntibus, infestauitque nouis-
simos, nec destitisset persequi, nisi exorta tempestatantum vtrinque creasset laboris,
vt alternis obliuiscerentur. Intenti quique propriis periculis ægrè luctantes Dani in
portus redierunt. Wandali tempestate disiecti pro magna parte perierunt, testificantibus
crebris nauium fragmentis, quæ per littora visibantur. Iarimarus Rugianus duab.
ex ea classe nauibus captis, alteram dono misit Absoloni. Sacra erat diui Nicolai festi-
uitas, quum interposita nocte tantum in portu glaciei concreuerat, vt non nisi magno
labore educeretur, vna semper præuia nauis, & ea sæpe mutata, quòd glacies in ferri mo-
dum tabulata nauium discinderet.

CAP. 35.

ESTATE proxima, quum iam annus ageretur Christianæ salutis post mille ac cen-
tum septuagesimus, colloquium fuit inter regem Danorum Waldemarum, ducemq;
Saxoniz Henricum Leonem, de rebus Wandalorum ad Eydoram fluuium. Christo-
phorus regis naturalis filius, Sleswici præfectus (nostri ducem vocāt) solis tum suæ præ-
fecturæ viribus Brannesios (sic enim vocant Dani Wagrios Aldenburgenses) infestos
habuit: quæ prouincia iam Holfatis parebat, paucis in ea Wandalis antiquis piraticæ
questibus necdum posthabitis, in mari permultum nauigantibus. Absoloni prouincia
datur, vt iunctis cum Christophoro copiis in eam ducat regionem. Audiebant autem
Wandalos iam prædatū exisse in Daniam: sequi properant quòd illi diuerterant. Exeun-
tibus

Absolon in-
festat Wandalo-
rum nouissim-
os.

tibus Danis iungit se Eschillus pontifex regionis maximus, hoc est metropolitanus Lū-
diæ, promissa barba testificatus peregrinationem longinquam de terra sancta. Is Abso-
loni mandat per fidū, ire se socium quocunq; ille pergat. Conuenit inter illos petere La-
landiam, quòd & Rugianæ septem naues subsidio venere. Fortè Rugiani in portū se cō-
tulere quo hostilis manus latitabat. Aggressi hostiliter Wandali Rugianos (iam hostes,
licet congenites) abigunt in terrā, prædā partiuntur, duabus ex iis nauibus quæ prom-
ptiores videbantur, abductis. Sed quo minus abducerent, ab iis qui Zelandensium nau-
ibus custodes inerant, deterrantur. Quum verò Wandali relinquere cogerentur ca-
ptas Rugianorum naues, perforatas miserere. Danica autem classis, quum euanescerēt
ex oculis hostes, urbem Brānesiam recto cursu adnauigauit. Iam incolæ munitioni dif-
fisi, quæ ex veteribus cōuulsionibus nullæ vel exiles erant, in ecclesiam quam extra val-
lum habebant, confugientes, pretiosiora quæque secum tulere. Cōhibuit religio viros
Christianos, quòd minus se sacrilegio contaminarent: quanquam præda per iniuriā pau-
peribus detracta, etiam sacris in ædibus immunitatem non habere mereretur. Pontifi-
ces autem, qui rebus præerant, boni consulebant. Progressi autem cum exercitu pro-
uinciam vastabant, iam Holfatiæ comiti parentem: Wagriam dixere veteres, quā Dani
Brannesiam appellauerunt. Burna atq; Marcradus, Holfatorū primores, quos Adolphus
apud Demynum orientis oppidum oppressus, filio impuberi tutores reliquit, magna
Wandalorū Saxonumq; manu collecta, obuiam ductabāt Danis ubiq; digrassantibus.
Illi conspecto hostili exercitu, legiones suas in ordinem deuocabant: Holfatiq; campis
æquioribus demorati, excursionem hostium expectabant.

Episcopi bē-
duces.

Præda è loco
sacro hōstol-
latur.

CAP. 36.

EXIERAT iam pridem manus non contemnenda Danorum, quæ ab Holfatis in-
tercepta, ad internecionem fuisset deleta, nisi auxilium illis sociæ cohortes in tempore
attulissent. Riuus erat amborū agminum medius, vno meabilis vado, ad quem cunctis
hærentibus, primus Absolon equum adegit transmisitq;. Sequuti equites expediti, so-
ciis laborantibus tulere suppetias. Sed is erat exitus pugnæ, vt neq; hac neque illa parte
magnopere victores viderētur. Nam Dani Holfatos cum auxiliariis copiis sustinere,
ne retro pellerentur: Holfati Danos prohibere, ne (quod cupiebant) progredierentur.
Sed abeuntibus in naues Danis, patriamq; repetentibus, inter auxilia Holfatorum tum
deliberatum est de bello Danis inferendo. Erant autem qui rem absente duce gerebant
magnates Saxonū, Guncelinus Zwerini comes, & Bernhardus Raceburgensis. Henricus
autem Leo dux, in superioribus agens Bauariæ prouinciis, Henricum de Orlemunde,
vicariū pro se, tutorem dedit Adolpho paruulo. Inter ipsos verò quos diximus, quū
de inferendo bello ageretur, compertumq; esset Danos equitatu plurimum valere, na-
uale bellum instituendum nonnulli putauerunt: quòd in eo promptissimis Wandalis
vterentur. Sed neque hoc tutum videbatur, Danis, nautico populo, in mari configere.
Quòd si viribus quas nuper vix sustinuerant, rex ipse cum totius regni sui accederet ro-
bore, vix ipsi duci Henrico, si adesset, videretur sustinendus. Tum in Sleswicū ductan-
dus videbatur exercitus, vt Iuria euastaretur, quomodo superioribus sæpe bellis factum
esse meminerant. Non est passus Bernhardus Raceburgensis comes, quòd regis bene-
ficio non parum terræ in ea regione possideret. Adiecit autem non facile esse Sleswici
pulsare portas, quam sexaginta armatorum milia, à rege Danorum tutandam imposita,
tenuerunt. Henricus quoque, qui tutorio nomine Holfatiam administrabat, nequaquā
passus est, bellum genti, quæ nihil præter pacem & temporum tranquillitatem quære-
ret, inferre. Itaque victus sociorum sententiis Guncelinus, treugas per Sunonem con-
stituit ad reditum vsque ducis. Sed ne interim Danorum animi torpescerent, assiduos
hostes Wandalos Circipanos bello tum rex petiuit.

Dani valent
equitatu, W
dali bello na-
uali.

CLASSE inuectus illi genti rex quum copias exponeret, limosam nactus est palu-
dem in conspectu, supernè quidem viridi tectam cespite, cæterum oneris impatien-
tem: desedit enim facillimè. Sed victrix domat omnia virtus. Equos post traxere præeun-
tes, armis nonnulli detractis, quo onere leuarentur, incessere. Sic quoq; cæno demersi,
iam iumentū, iam fessor subsedit, iam ductorē suum equus calce protriuit, nūc iumento
per iubas ne mergeretur, eques inhæsit. Miserum spectaculum, & labor infelix. Rarò
plus laboris in pugna extricatum, quàm tum in transeunda palude. Rex ipse Danorum
militum humeris incubens, non armis neque vestibus grauis trāsiliit. Iam peruenerant

CAP. 37.

Difficilis limo
sa paludis
transitus.

in solidam, stupentibus Wandalis, terram: nam inuium semper ab incolis hoc iter est habitum. Progressi vident oppidum in lacu nauigabili, solo ponte aditum præbente: sed illum præfectus vrbi Othmarus, stagnante in sublime operuit vnda, vt soli supernè pali eminent. Dani his adminiculis pontem alium superimponere aggressi, vimina multa congessere: quum interim oppidani, lignea de turri instantes operi, Danos proturbant: sed obiectis clypeis, reiectisque telis, labore indefessi imminebāt. Absolon interim cum expeditis militibus prædatum exhibat. Othmarus vrbi præfectus, videns opus crescere aduersus oppidum, scapha traiecit ad regem, supplicationes pacis intentans: sed illas ita temperabat conditionibus, prout prospera aut aduersa suis in pugna vidit prouenire. Rex vbi tergiuersantem deprehendit, auersas habuit aures. Miles quoque Danicus vbi de pace agi comperit, remissius segniusque pugnabat: & iam aspirante in noctem vespera, cœpit rex ad preces Othmari aurem inclinare, ne cum rubore aut obsidionem solueret, aut oppugnationem intermitteret. Reuersus cum præda Absolon, quum de pace apud regem fieri verbum intellexit, seuocat paulisper interpretem: regi que iubet se uerriorem interpretationem de verbis Wandali obtendere, ne ad pacem inclinaret. Interim oppugnatoribus ipse accedit, hortatus vt perseuerent. Erat tantus in militibus capiendi oppidi feruor animi, vt armati tranarent ad hostes, ponte nouo pro multitudine pugnantium in eo subsidente. Absolon cū paucis destituitur ipsis sub mœnibus. Qui nandi peritiam habuere, se suosque extraxere de periculo. Iam sub mœnibus pugnabatur. Falce demissa supernè Wādali Danorum scuta, de turri lignea retinaculis cæsis, cadere fecerunt è ceruicibus. Sed perucit pertinax Danorū instantia, vt oppidū caperetur. Incolæ, quia scaphæ nullæ erāt, dolis se immisere cum paruulis & vxoribus, vt elaberētur: sed facilè retroacti Danis victoribus fuere ludibrio. Oppido direpto atque incenso, ad vnum omnes trucidantur mares: Othmaro tanquam pacis legato, vix ipse rex pepercit, magis suæ famæ quam illius consulens merito, qui non synceram agebat legationem.

CAP. 38.

Saxonis ergo Danis fastus.

D v x interea Saxonie Henricus, à Bauaria reuersus, ad Eydoram regi colloquutus occurrit: sed iam indignatione in regem concepta, propter innouata per eius absentiam, pontem transire, regemque (vt prius consueuerat) honore præuenire detrectauit. Rex dignatione humanior quam fastu sublimior, illi occurrit. Nam dux euitauit, ne superiorem regem verbo aut nutu fateretur. Ibi inuicem ex postulantes quæ acciderant, rebusque colloquio ut cunq; firmatis, pacificè discessere. Absolon interea præternauigans in Zelandia littora calculis frequentia, lapides in nauim iussit comportari, nouo præsidio, quod in Zelandia ad portum mercatorum erexerat, prospiciens. Nam telorum hoc genus tum non vile est habitum: iacula vocant diui Stephani. Inde quum eo loci in balneis ageret, audiuit cuiusdam nauis velut piraticę, ab oriente venientis, inter socios fieri mentionem. Intermisso ad quod venerat, lauandi studio, vestem iniicit, tubicinem canere iubet, vt remiges nauigio, quod promptum stabat in anchora, aptarentur. Duas è vestigio naues perarmat: ille velo in sua, alterius verò magister remigiis utebatur. Piratę venientem conspicientes, velo deiecto in obliquum, quò Absolonem vêtus ire non sineret, remigio flexere cursum. Sed ille inuictus comes illos insequitur, telis incessens. Illi mutato consilio, quem declinare non poterant excipiunt, quò latus nauigii sui hosti obiectum altius muri specie obtenderent. Sed expugnati, ex his nonnulli, ne caperentur, mare insilierunt: alii præcis capitibus capti interiire: quæ interim figebantur in palos ad nouum Absolonis oppidum, terrorem piratis allatura. Interim verò Wandali, memores vastitatis quam rex nuper intulit patriæ, in Daniam crebris se incursionibus vindicauere. Rex verò Waldemar, cum cæteris tum recentis iniuriæ futurus vindex, quòd Wandali Pomerani nuper nauim interceptissent, quę regia munera ab eius focero missa portabat: misit tamen rex primùm in eam nauim cum rebus recuperandam, ad principes Pomeraniæ oratorem, qui præter contemptum & irrisionē nihil reportabat, hostilia omnia illos sentire in Danos, nihil pacati. Rex autem commo nito primū duce Saxonie Henrico, vt ex fœdere concurrat, ipse totis regni sui viribus à mari, & dux à terra incubuere.

CAP. 39.

Iulim oppidi excidium.

R e x expedita iterum classe Zuenam ingressus fluuium, ducibus Rugianis, Iulinū oppidum, non satis à pristinis cladibus respirās, captum direptumque incendit: ex quo die nūquam rediit ad pristinum florem, quòd iam à Saxonibus nouę ciuitates in eo litore fir-

tore firmarentur: præsertim Lubica in solo Wandalico, magnis incrementis, Wandalia veteres vrbes cœpit obscurare. Interim dux Demynum obsidens, riuum qui vrbem fecit inexpugnabilem, castris suis oppositum, cœpit aliorum deriuare: sed ea opera in cassum fuit. Quo enim extenuare molitur munitionem, inde magis firmavit. Igitur frustrato labore dux oppugnationem omisit: sed fortuna quod hostis nō poterat, peregit. Nā suapte incendio vndecunq; coorto, vrbs penè tota cōflagrauit. Henricus verò dux omisso Wandalico bello, ad alia properauit, quòd audisset Vdalricū Halberstaden sem episcopū (quem ipse propulisset in suam redisse terram) hostilia omnia in se commoliri. Fauebant episcopo principes Saxonie, Henrico auersi. Interim pacis apud Wandalos pro temporis cōditione rebus, eò se conuertit. Dissimilis per idem tempus regis fortuna. Nam ille vrbem Cosconam oppugnans, igne immisso penè consumpsit. Incolæ dilapsi in vicinū nemus paludibus obitum, omne pecus & omnem supellectilem eò deduxere. Captiuum quendā, cum fratre & coniuge ac liberis interceptum, ad egere minis pollicitationibusque, vt ad paludē, in qua incolę delitescant, eos perducatur. Promittit operā, fratrem illis permittens ducem, nauigio illuc ituris. Rex agmen terrestre, agmen ducit Absolon fluuiale: cuius ductor (spontaneo (vt cernebatur) errore deflectēs, diu illos ludificauit. Cōperta tergiuersatione gladio caput eius demetunt, vt vel sic ab errore redeat in viam. Palus minoribus tantum nauigiis adiri potuit, quorum Absolon Zelatensium manu prædā omnem abegit, in vniuersum tamen exercitum partiendam: quę res nō nihil illi apud suos peperit inuidiæ. Egressis paludem quidā ex remigibus iugulandū clamabat ductorem, qui illis pridē illussisset, & per risum collo eius funem cōiecit. Ille verū arbitratus supplicium, præuenire cōstituit. Nam simulatione hauriendæ aquæ se aquis immerfit, incertum dolo an metu. Semel ac iterū emerfit, funem manu tenens: nouissimè tamē suffocatus apparuit. Tanta autem pecorū vis coacta est, vt pastorum opera Dani indigerent. Nā tanta erat vastitas ab incendio, vt ne hirundines domicilia reperirent, sed in malis nauium antennisque nidificarent. Inde rex ducis Saxonie colloquio iterū fruiturus, superiora conscendit prouinciæ, amnis diuisus à duce. Caminum vrhem petit, vicina depopulatus: tantumque pecoris abegit, vt duobus mensibus alimēta inde præberet legionibus. Vbi intellexit rex abiisse ducem, regressus Wolgastū est. Præfectus inerat oppido Zulister, qui extrema pōtis parte defecta hostibus aditum curauit adimere: sed pertinax virtus nihil linoquit intentatum. Nam manibus sociorum Dani milites subleuati ad respere nonnulli, in ipso ponte prælium conferentes: vbi vniuersus Absolonis armigeri conspicua pugna fuit. Interceptus ab hostibus videbatur, tamē pugnans elabatur. Gladii sui lōgitudine impeditus à cursu præceps labitur. Illico læcis multis petitur: sed meliore fortunæ quam suo clypeo tegitur. Genibus nixus, crura petit proximorum, donec assurgens, à superuenientibus sociis iuuaretur, rediretque ad suos incolumis. Seruata est tum vrbs, ne caperetur ab hostibus.

W O L G A S T E N S E S autem vrbs suæ angustias perossi, mœnia prolatauere, deuo lutaque saxa immisere fluētis, vt nauali obsidione præmi nō possent: quæ res illis subsidio erat & saluti in proxima Danorum expeditione. Nam rex imperium declinās Panim fluuium, ad Zuenam nauigio contendit. Iulinū oppidum superioribus expeditionibus euastatum, nunc tamen denuo cœptum habitari, quum illis munitionibus nondum firmatum esset, vt tolerandæ obsidioni sufficeret. Ciues ad famam nouæ ex Dania classis populariter emigrantes, Caminū contenderunt: ibique firmatis sedibus obsidionē tolerare constituerunt. Sed rex ad Osnā vrhem cōtendit, populationi potius agrorū quam vrbi tardę obsidioni insistens. Ostendit tamen Osnæ vrbi apparatus obsidionis, si forte ea re terri ciues deditiois facerēt mentionem. Sed ciuibus ea re nihil motis, reduxit exercitū, aliam sequētis anni meditata expeditionē. Iam enim rex ille in eam venerat cōsuetudinem, vt annuā in Wandalos armaret classē, vel quòd illi ab excursionibus solitis sibi non tēperarent, vel quòd suos in regno desidentes, ad tumultū & ciuilia mala promptos intelligeret, externis maluit bellis implicari. Quanta temporū mutatio! Erat ea natio Danorū terrori aliquādo vniuersis: Britannia occupauit, Gallias expilauit, Germanie littora est populata, Phrisiis imperabat, Saxones aliquando ad iuga coegit. Nunc ab vna gente Wandalorum ita fatigatur, vt pares penè vires & aliquando superiores ostendere Wandalia videatur. Nec mirum in Danis debet videri tantam esse mutatio-

Demynum ita cœdit flagrat

Absolon episcopus ingenti præda potitur

CAP. 40.

Wolgastū ampliat.

Annua Danorum classis in Wandalos.

nem, quando in Græcis & Romanis eandem, si non maiorem, conspiciamus rerum conuersionē. Rex sedulus Wandalis imminere: sed neq; Wandalarū peruigil cura dormitabat, patriæ iura tueri, assiduum Danis hostem agere. Vetus enim & penè innatū erat odium duarū mari diremptarum nationum, cōmunis vtrique mare palæstra, primū de præda, inde etiam de gloria certantiū. Et (si quid credimus Helmoldo) voluptati suę dabant Wandali Danis cōferre manus. Sed tamen ea gentis pertinacia Wandalicę hoc effecit, vt primū ad inopiam redactis omnibus, deinde vastatis oppidis & exhaustis, cōsumptisq; terræ cultoribus, per crebra bella alienigenis terra impleretur, & ad Saxonum iura nouæ ciuitates instructæ, veteres desolatæ, antiquum Wandalarum nomen penè aboleuerit, & in contemptum ignominiamq; detorserint minores.

CAP. 41.

CONSENTANEVM est huic operi inserere memorabilia vtriusq; ordinis in hac Wandalia nostra. Quum enim varia fortuna maritimi Wandali (præsertim orientales) Danorū regi conflictarent, interim Wagria, pars Wandalia occidentalis, sub Holfatorum gubernaculo debuit conuiescere: furtim tamen maria tentauit. Terræ autem præfuit Henricus de Orlemunde comes, tutor Adolphi paruuli, sed continuò per annos, pro eitate succrescentis. Episcopatu tunc Lubicensem post Geroldum germanus eius Cōradus administrabat, diu extra ducis gratiam cū archiepiscopo Bremensi agens. Nouissimè tamen illi reconciliatus, longam cum illo peregrinationem terræ sanctæ iniit, anno

1172.

LXXII. post centum mille: in qua defecit moriens, tumulatus in Tyro. Quum autem dux fœliciter in sua reuersus est, adeunt eū Lubicenses canonici, pastorem eius nutu deposcentes. Sciscitatus eorū inclinationem, audiuit quia Hæricum sancti Egidii in Brūswico deposcerēt abbatem, eiusdē peregrinationis comitem, incomparabili literatura virum, Brabantinum genere: qui insignis eminebat in conspectu Constantinopolitani Imperatoris & sui præsentia ducis, quum inter Græcos & Latinos de processione Spiritus sancti disputaret, atq; obtineret, etiam Græcorum testimonio doctorum, illū a Patre Filioq; procedere. Diu deliberans dux ait, Virum nobis commendatissimum, & consiliis nostris opportunum deposcitis: cuius absentiam de Brunswico non æquè ferimus: tamen quia ecclesiæ vestræ profectum diligimus, si ipse annuat, permittimus. Profecti Brunswicum, in conspectu fratrum sancti Egidii, astantibus vicinorum abbatibus monasteriorum atque præpositis, literas electionis & ducalis consensus exhibuerunt: quibus lectis, fratres quidem variè affecti, patris prouectioni congratulati, suam defectionē complorabant: ipsum intuebantur, quid sentiret, quidve loqueretur. Ille, vt erat singulari prudētia, defixo diu in terram vultu, inde suspiciens, Magnum est, inquit, fratres, patres & domini, ad quod me vocatis, nihil ego in me tanta vestra de me expectatione dignum agnosco: quale sit onus video in Dominica vinea laborantibus præsidere. Quia tamen non tam ad honorem quàm laborem, non tam sublimiora quàm onerosiora deuocor, præsumens diuinę voluntatis in vobis operari beneplacitum, ecce pareo. Perductus est autem Lubicam, & consecratus à Walone Halberstadēsi, Bernone Magnopolensi, & Euermodo Racesburgensi, episcopis. Humilitas non extincta, sed in episcopatu est adaucta. Nam quū multis à Domino præditus fuerit donis spiritalibus, specialius tamen in eo effulsit scientia literalis cum faciēdia sermonis. Et quum his pleriq; euanescentes in cogitationibus suis, magis ad arrogantiam vtatur quàm ad ædificationem, ipse in eadē humilitate permansit, semper deuotus Deo & gloriosissimæ eius genitrici, in iuniis, vigiliis, abstinentiis, orationibusq; in eleemosynarum largitate: in prædicatione autem diuini verbi ita singulari quadam prerogatiua fulgebat, vt nemo tam saxeum pectus haberet, qui non ad eius cordatissima verba compungeretur, vel etiam ad lachrymas impelleretur. Nam profundissima Scripturarum ita planissimis verbis exponendo dilucidabat, vt occultam eorum similaginem de internis visceribus eliciēs, omnes dulcissimo pane verbo Dei reficeret, vt gaudium omni populo non modicum mellita eius faceret doctrina. Transibat Turingiam, & in monasterio dominarum pausaturus, accepit hospitium. Ipsa meridie, quum in vesperum sequens aduentaret, quædam ex dominabus (quæ post in abbatissam alterius est assumpta loci) dū meridiano sopore quieuit, vidit per quietem in medio sororum episcopum, cui illæ canerent, Verè fœlicè præfulem, veræ fidei doctorem: & inter hæc astare quendam ætate venerabilem virum, qui per fœstram, vnde sacra sumitur cōmunio, dominabus loquens ait, Accipite venientem

Monialis per quietem vidit episcopum venientem.

tem pontificem, cui canticum solennè iam in visione decantastis. Hæc vidit: & expectata, quum sacrum nonarū officium expleretur, narrauit sororibus visionem. Nec longum tempus in medio, venit qui pro aduena pōtificè deposceret hospitium. Recordatæ visionis incunctanter annuunt, postulantes vt exhortationis verbo illas adoriri dignaretur. Nihil ille moratus, incipit, *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias*: multa de castitatis, multa de religionis laude introducens: quæ tali compunctiōne afficeret vniuersas, vt verè fœlicem præfulem, veræ fidei doctorem (quod vna viderat) omnes testificarentur. Hic est ille qui cum Henrico duce primum posuit lapidem maioris ecclesiæ Lubicensis (quæ etiam nunc extat) in honorem sancti Iohannis Baptistæ ac diui Nicolai: nam illa vetus in arena, opus erat Geroldi. Henricus autem dux & huic & Racesburgensi ecclesiis instruendis aliquandiu institit: sed inciderunt statim tempora, vt omissis ecclesiis, de vrbibus & arcibus communiendis circumspicere cogeretur: nam omnis illi tum Saxonia insurrexit. Sequuta sunt grauiora tempora, quibus Ro. Imperiū suis viribus in eum abuteretur. Primam quidem grauem tumultuationem placuit Imperator: altera verò durauit ad Imperatoris mortem. Sed ea in Saxonia nostra leguntur. Ille verò pontifex in vrbe Lubicæ diui Benedicti sui ordinis erexit monasterium vitorum, eo nimirum anno quo pax integraretur inter sacerdotium & regnum, papam & Imperatorem, hoc est post mille centum LXXVII. Proque tenui rerum suarum facultate idem dotauit monasterium, vbi etiam sepultus expectat nouissimam tubam.

CAP. 42.

E VERMODOVS Racesburgensis pontifex eo etiam tempore vitam finiuit in terris, sed viuit in Christo: quia religiosam vitam ducēs in sanctitate & iustitia, vsque in finem vitæ perdurauit, tantæ proculdubio apud Deum & homines æstimationis, vt etiam per viuentem Deus virtutes multas faceret. Henricus Racesburgensis comes captos tenebat Phrisios, multis sæpe tormētis expositos. Interuenit pro eis episcopus, vt laxarentur: nihil profecit. Dies erat solennis Paschæ, quum captiui in catenis sub custodia astarent in ecclesia. Circuiens pontifex omnes fideles aquæ infudit asperione: videns captiuos, miseratus in eos intendit: & aspergens catenā, dixit, Dominus soluit compeditos. Mox illa diffiliit: illi silentes abierunt. In virtutis testimonium catena seruabatur. In Thietmaria magnus erat archipræsul Hartwicus: solēnia missarum peregit Euermodus. Accidit sub diuino officio, vt homicidium fieret: quod in celebri conuentu populi non insolitum habet illa terra. Episcopus inter missarum solennia populum de euangelio erudiens, inter alia de diuino præcepto charitatis inseruit, admonens, vt quoniam in oratione Dominica postulamus dimitti nobis, quomodo & nos dimittimus. Conuersus in illum ad quem occisi proxima pertinebat iniuria, orabat vt culpam dimitteret occisori. Vbi ille non mouetur, descendit ambone pontifex, & sacris reliquiis in manu gestatis procidit ad pedes eius, orans veniam occisori. Ille per Deum, & quicquid est sanctum iurat, nunquam se dimissurum. Exurgit pontifex, & contemnti benedictionem, alapam durissimè infixit. Quis non tum putauerit hominem insanitum? Certè manibus statim complois, annuit episcopo, veniam tribuit. Quod diuinitus factum quis non videt? per alapam enim vir sanctus dæmonem, qui cor eius tenebat astrictum, effugauit. Successor illi in ecclesia illa Isfridus, præpositus in Ierichow regularium, non canonicorum sed monachorum ritu viuens in præpositura (hoc est, nulli seueritate vitæ cedens, nulla vtens relaxatione) durissimè sibi imperabat, vir utique singularis, quem tamen & intestina & forensia mala pertentantur. Nam qui sub eo præposituram agebat, ad pontificatum aspirans, multis malis virum laceffiuit. Et comes Bernhardus inquietū esse voluit, quòd Henrici ducis familiaritatem nollet deserere. Deposito quoque Henrico, quum Bernhardus, antea comes de Anehold, ad ducatum peruenisset, hominum ab episcopo deposcebat. Pontifex renisus aiebat, Henrico quidem, qui omnia contulisset ecclesiis, meritis suo tempore (velut patrono) impensos honores, longè aliorū esse aliam rationem. Tulit illi dux omnes ecclesiæ decimationes: ille non intuebatur. Homines ecclesiæ vinxit, & emunxit pecunia. Episcopus causam ecclesiæ Deo commendauit, omnia sustinens, priusquam ecclesiæ nouam induceret seruitutem.

Henricus dux a pietatis officio bellis ortis auocatur.

1177.

CAP. 42.

Euermodi episcopi virtutes & miracula.

Spernenti benedictionem episcopus publice dat alapam.

CAP. I.

DI V nos tenuit nota regio, commemorâtes domestica & propinqua, in quibus copiosiores sunt annales, quæ externis rebus parum tribuunt. Verum Wandaliæ res commemorare professum, non decet Bohemos, Polonos, Russos, Dalmatas, & iam Bulgaros, tacitum præterire: de quibus singulis magni codices scriberentur, si quis vetustatis adiumenta teneret. Sed quoniam de his parum compertum tenemus, debet quisque patriæ suæ, Russus, Polonus, Dalmata, Bulgarus, ut collectis antiquitatibus res proferat in medium, edatque legenda sua, qui cupidè requirit aliena. De Bulgaris autem hæctenus nihil à nobis commemoratum est, quòd huius gentis portionem esse nemo commemorat: esse autem ostendit euidèntissimum nationis signum, eadem quæ cæteris est lingua, certis proprietatibus (ut fit) per tractus regionum variata. Ea verò pars gentis vndecunque demigrans, venit in Thraciam Mœsiamque, aliquot annis posteaquam cõgentiles eius Dalmatiam, Croaticam Histriamque occupassent: factique sunt Christianismo limitanei milites, aduersus infestissimam nomini Christiano Turcorum gentem, eo tempore quo I. Ludouicus Lotharii filius, Ro. teneret Imperium, circa annum Christi DCCCLX. diuque insequuti sunt ritus Ro. ecclesiæ, quum à summis pontificibus sciscitarentur de quo in ritibus nostris dubitauerunt, illisque pontifices rescripserunt. In quibus Nicolaus papa I. singularem præstitit diligentiã: nam ex eius rescriptis multa sunt inserta corpori Decretorum, per Gratianum: quod monstrat inscriptio, quæ in hunc modum est, *Nicolaus papa ad consulta Bulgarorum*. Tantumque profecit in gente, ut pulso Photino hæretico (qui se illi genti inuenerat) veri fierent catholici: ita ut rex gentis tradito regno maiori ex filiis, monachalem habitum acceperit. Verum quum accepisset illum recidere ad paganismum, resumpsit regnum, & eiecto ex oculatoque maiori filio, minorem ad sceptrum reposuit, ipseque rediit in monasterium. Quo etiam tempore Zweropylus Dalmatarum in ea natione rex, Christo credidit cum gente sua. Verum quum Imperatoribus oriētis de multis cõmunicarēt

Bulgari sunt Wandali, & Rom. ecclesia addisti.

Latini Græcos pro degeneribus Christianis habent.

CAP. 2. *Blondi verba de Bulgaris.*

SED ut certis agamus authoribus de Bulgaris Wandalarum cõgentilibus, Blondi ponenda sunt verba: Tenebat orientis Imperium Constantinus Constantii filius, & in Ro. pontificatu erat Adeodatus, circa annum Christi DC. quum Bulgari, noua gens, Thraciam inuaderent, quum Imperator iam diu Saracenis cõflictatus pacem cum illis faceret, tributa pollicentibus. Accidit, inquit Blondus, pax illa opportuna, quòd Bulgari post parum Thraciam inuaserunt. Fuerunt verò non ex illis quos aliquoties supra Danubii accolae fuisse ostendimus, sed noua eius gentis examina, quæ Scythiæ finibus tunc primùm egressa (*rectius dices Blonde Sarmatiæ: sunt enim Europæi*) constituerunt in Romanorum prouinciis sedes capere. Congressus illis Imperator inter Pannoniam & Mœsiam superiorem, insignè accepit cladem: quumque potius fugeret quàm pedem referret, paci ab illis oblatè cupientissimus acquieuit. Satis namque Bulgaris supraque est visum, feracissimi agri prouincias Danubio continentes, Romani principis autoritate, per ista secum fœdera habitare. Cessitque ei genti non modò prius barbaræ & efferatæ, verum omni Europæ fausta scilicetque modestia, qua Bulgari tunc sunt visi, quòd habitam eo ex fœdere de Romanis prouinciam, hæctenus annos septingentos & supra possident: vbi rãquam limitanei milites excubitoresque Christianorum, aduersus cæteram barbariem permanserunt. Deinde ad tempora Iustiniani II. qui patri suo Constantino successit in Imperio, hæc de Bulgaris infert. Generalem, inquit, omnium prouinciarum pacem primùm omnium rupit Imperator Iustinianus: qui fœdera violans cum Saracenis ista, eos apud Mesopotamiam & in Perside maximis affecit incommodis. Illi verò reparatis viribus irruentes, Imperatorem cum exercitu omni Mesopotamia expulerunt: & multo plura tunc Iustinianus cæde in exercitu damna accepit à barbaris, quàm intulerat.

Alius Blondi locus.

intulerat. Redintegrata tamè est pax, secundum quam nouo fœdere firmatâ, fregit Imperator inconstans aliã pacem, à genitore Constantino cum Bulgaris constitutã. Duxit namque in illos improuisus, quibus (ut erant imparati) nullo in loco resistentibus, cædibus Imperator & incēdiis per vniuersam Bulgariã debacchatus est. Illi verò cõspicati Iustinianum furentem, nulla ratione bellicæ disciplinæ duci, & exercitum sine ordine palantem dimittere, retro ad superiora Mœsiæ Thraciamque cõfinia confugerunt: qui magnã in manum coacti, nihil per multos dies aliud annisi sunt, quàm ut suis incõdita etiam mulierum puerorumque turba in vnum coactis locum, vrbes oppidaque furenti Imperatoris exercitui diripienda permitterent. Exinde animis post tantã consternationem resumptis, saltus cæterosque meatus, per quos Iustiniano in Thraciam & Constantinopolim redeundum erat, obice multo & additis stationibus munierunt. Quæ postquam audiuit imprudens Imperator, ad Bulgaros mittens, ea conditione pacem reditumque impetrauit, ut captiuis rebusque omnibus quas diripuerat omissis, abiens, pacem precariò concessam iureiurando confirmaret, & sui exercitus primarios, sacramento adactos permitteret cõfirmare:

Iustinianus face violata Bulgaros adortus, pacem tandem petiit.

NEC longum tempus in medio, quum Iustinianus Imperio deturbatus exulabat, confugiensque ad Bauarorum regem anno ibi integro delituit: & filia eius accepta coniuge, reduci per illum sperauit. Sed Absimarum, qui Imperium occupauit, secretis apud Bauarum egit nunciis, ut accepta pecunia proderet illum & hospitem & genetum in manus hostiles. Quod quum rescisset Iustinianus, fugiens Trebellio se regi Bulgarorum coniunxit: & Trebellius susceptam aduenæ curam ex fide gerens, illum per arma reduxit in patriam. Sed vsus est Iustinianus in Trebellio regem maxima prorsus ingratitude: Nam ortis inter Thraces & Bulgaros (ut fit) de finibus contentione, Bulgariam cum exercitu est ingressus. Et tamen Trebellius armis tumultuariè raptimque correptis occurrens, illum repulit, & maximo affecit incommodo. Nec aliqua in re exilii & periculorum, quæ pro illo subiit memor, ferociam asperitatemque morum (qua primis Imperii temporibus erat vsus) deposuisse videtur: præterquam quòd Romanum pontificem fouens, quantum debuit veneratus est. Aliquot deinde annis interpositis satis Bulgari quieuerunt vsque ad tempora Imperatoris Constantini, & qui hostis esset imaginum, contemporaneus Karolo magno. Quum rex Bulgarorum Thelesius Thraciam est popularus: quem Constantinus repulsum magna copiarum parte spoliavit. Isque Thelesius in patriam de fuga reuersus, à suis ob rem malè gestam interfectus est. Ei surrogatus in regem Sabinus, Constantinum Imperatorem placare, & sibi fœdere atque amicitia coniungere cupiens, illi in imaginum depositione cœpit consentire. Quod ad eò molestè tulerunt Bulgari, ut nouum regem interficere sint annisi: sed is fuga prolapsus, Constantinopolim se recepit. Creatusque est à Bulgaris rex nomine Pagianus. Idem Constantinus cum Leone filio, eo ferme tempore quo Karolus Saxones domuit, Bulgaris bellum induxit. Cui bello pax à Bulgaris petita, præter eorum spem breui attulit finem. Constantinus enim post inchoatum hoc bellum, se morbo implicari sentiens, concedendæ paci se facilem præbuit: & Bulgari (quibus esset eius inhumanitas notissima) postquam eum intellexerunt morbi necessitate, quod à suis abhorrebat moribus, tanta vsu facilitate, bellum magnis conatibus resumpserunt. Constantinus autem, quem morbus (eo lentior quo diuturnior perniciosiorque futurus) nondum strauerat, exercitu parato magnam in illis temere furētibus edidit stragem. Triumphantem Constantinopolim reuersus, elephantis morbo grauari cœpit: ex quo adusti spumantisque sanguinis vitio, putrida caro, nervos ossaque destituens, illum ubique vlcèratum, ad crudelissimum & sua omni vita dignissimum perduxit interitum.

CAP. 3. *Iustinianus Imperio deturbatur.*

Erga Bulgarios qui eum restituerunt, ingratus.

Constantinus Imper. hostis imaginum.

Constantinopol. imperatoris aduersus Bulgarios bellum.

CAP. 4.

MICHAEL Imperator Constantinopolitanus bello Bulgaros agitabat: in quos aliquandiu inferiores dum insolentius vitur victoria, apud Adrianopolim victus fugatusque, non magis copias quàm animos amisit. Namque Constantinopolim ex fuga reuersus, siue quia occidi à populo timuerit, siue quia ad eò altum in cor mœstitia descenderit, Imperio se abdicauit. Crunus interim Bulgarorum rex, Adrianopoli potitus, & victoria de Michaele parata audacissimè vsus, in Constantinopolim arma vertit: & castris ad portas vrbs firmatis ostentationem attetare præsumpsit. Leo autem suffectus Imperator, cum populo militibusque erumpens, & repulit audaces Bulgaros, & Crunno fortè congressus, illum interfecit. Ludouicus Karoli filius iam præerat Imperio: qui Bulgarios.

Ludouicus I. Imp. in Bulgarios.

garos post petitam impetratamque pacem Pannoniarum limites ingredi ausos, sola mittendi in eos exercitus ostentatione a motibus fecit abstinere: & petitam iterato pacem per Baldricum & Gerhardum comites Interranorum (qui sunt Dalmatiae populi) concessit. Eam vero pacem, vix dum ictis foederibus constitutam, Bulgari rumpentes, nauigiū ingens per Danubium, in Draui fluvii ostia perduxerunt. Maior interim difficiliorque expeditio Imperatoris, patrem & filium distinebat. Nam Aido quidam perfidus, quem Ludouicus regendae Aquitaniae praefecerat, Anforam urbem dolo captam diruit. In illum versus Imperator, Bulgarios reliquit. Paulo deinde post Bulgari, quum longo prius tempore schismatici fuissent, catholicae fidei dogmata acceperunt: eorumque rex (quod diximus) regno relicto & filiis, effectus monachus: & Zueropylus Dalmatiae rex, subditaque illi gens Wandalorum (quam nunc Sclauorum vocant, & quam a Bohemis Germanis originem habuisse etiam Blondus ostenderat) tunc primum ad fidem Christi sunt conuersi. Facta autem est per id tempus regni Dalmatiae diuisio: cuius membrorum nomina aetate etiam nostra in vsu sunt. Siquidem vetusti nominis Dalmatia, Graeciae origo prima, ab oriente Macedoniam, ab occasu Histriam, a meridie pelagus Adriaticum, a septentrione Pannoniam habuit. Noua autem diuisione a campis Dalmatiae, hinc Histriam vsque, Croatiam albam, inde a dictis campis Dyrrhachium vsque, Croatiam rubram: & versus montana, a flumine Drino, trans flumen ipsum Macedoniam vsque, Raschia, & citra flumen Bosnam vocauerunt. Seruat tamen aetatis nostrae consuetudo, ut ea omnis Dalmatia quondam, in mare superum vergens, Dalmatia: & quicquid eiusdem motis mediterraneaque fuere, Croatia nominetur: Raschiaque & Bosna pro regni Croatiae regionibus habeantur.

Dalmatia diuisio & varia nomina.

CAP. 5. Vngari, Scythae, non Germani, Germaniam valent.

VNGARI vero gens Scythica, cuius nulla sunt in Germania (quo modo Hunorum & Wandalorum) expressa vestigia, natio moribus & lingua discrepans omnibus in Germania gentibus, tunc primum per Arnulphum Imperatorem a patris claustris, quum illos vocaret in societatem belli aduersus regem Morauorum, immittitur: quod & supra suo loco, & in Saxonia diximus. Ea gens Vngarorum noua, primum euastata Germania, versa in Graeciam Macedoniamque, multas eorum ciuitates sibi tributa pendere coegerunt: pariterque populati Bulgarorum agros, & ipsis Bulgaris praelio congregatis, magna prostratis occisione, eos sibi fecere tributarios. Magna tum vis Vngarorum, in superabilis potentia. Bisque terque Italiam agmine ingressi, victoriam reportant a Saracenis, a Burgundionibus: & quum diu incertis sedibus essent diuagati, in Pannoniis confederunt. Ibi rege creato, temporibus Henrici II. Imperatoris (eius qui primus per electionem electorum principum est assumptus) ad Christianismum peruenerunt: quum Henricus illi Imperator germanam sororem Gislam coniugem daret. Cuius foeminae instantia singulari, rex baptizatus, Stephani nomen accepit in sacro fonte: adeoque profecit in Christi religione, ut viuens & mortuus claret miraculis, perindeque relatus in caeterum sanctorum. Nec minoris erat virtutis filius eius Emericus: qui tametsi parum regnauerit, illa tamen fuit integritate ac sanctitate morum, ut & ipse mortuus in catalogum sanctorum ascriberetur. Successit Ladislaus, tertius in regno Christianus rex, & ipse sanctitatis eximia, sanctorum in ecclesia numero deputatus est. Huius autem gentis praecleara facinora profecit, non est nostrae professionis, quod satis alias magnam suscepimus prouinciam, gentem Wandalorum latissimam a tenebris educere. Cuius portio (ut diximus) Bulgari, quum a nobis attingeretur, nos induxit in mentionem Vngarorum. Nulla me tamen tenet diffidentia, superesse hodie & in Bulgaris, & Vngaris, & Bohemis, & Polonis, qui sua quisque gente admonitus, praecleara antiquitatum monumenta reuocent in lucem. Ea quoniam per exilia ad nos vsque hodie peruenerunt, breuius quam vellemus cogunt transire illustrium nationum praecleara facinora.

Vngari Pannoniam occupata sunt Christiani.

CAP. 6. Ex Bohemis Bulgari & Dalmatae.

BOHEMIA multarum iure gentium, quae diuisis temporibus (iunctis sibi vicinis de Morauia deque Slesia cogentibus) Dalmatiam & Bulgariam impleuit suae gentis hominibus, a nobis in mentionem reuocanda est, sub hoc tempore Friderici I. quod nunc est in manibus. Nam quum saepe alias illa prouincia conflictaretur Romanis Imperatoribus, dedit manus Ludouico Germaniae regi, Ludouici Imperatoris filio: victa etiam ab Arnulpho Imperatore, tributa pependit. Tum ab Ottone Magno parere iussa, saepe retraxit colla iugo. Henricus quoque I. gentem parere coegit: & III. deinde Henricus (quod suo loco

suo loco diximus) coronam reddidit contemporaneo regi Vratislauo, antequid a patribus saepe promerita & acceptam, sed a sequentibus non dignata suscipere, quod perinde superiorem regem aut Imperatorem agnoscere dicerentur. Igitur multi regis nomine & dignitate temperantes, satis habuere duces dici Bohemorum. Verum Vladislaus, quarto loco natus a nouissimo rege, quum militaret Imperatori Friderico tum Mediolanum oppugnanti, ibique operam nauaret praecipuam, Imperator remunerationis loco coronam imposuit, regemque Romani Imperii socium appellauit: & ita auctum dignitate remisit in regnum, deditque illi quae ferret insignia in clypeo, rubrum leonem caudae bifurcatae, in campo candido: quae vsque hodie tenent arma reges Bohemorum. Is pontem Pragae strauit super flumine Multauiam, strenueque regnum per sua tempora administrauit. Quumque factus functus ad meliora transisset, quidam ex primoribus procerum ditionem occupauit, abstinensque regio nomine ducem se appellauit. Sobieslao viro nomen, qui ausus regis sui filium paterna ditione detrudere. Sed non sunt passi prouinciales per vim patris diu incubare Imperio: vix enim quinquennio praefuit, & a prouincialibus actus in exilium, legitimo haeredi fecit regni locum. Fridericus is erat, cuius nomen genti alienum, declarat honori Imperatoris datum, ut ex eo vocabulum fortiretur. Sed neque ille diu praefuit: abstinuitque regio nomine, quod perinde chariorem se proceribus (quo illis dignatione propior esset) futurum sperabat. Cum viuentem adhuc & regnante eodem Friderico excepit Conradus, ex proceribus vir nobilissimus: qui Imperatorem toties in Italiam mouentem cum expeditis sequutus, quocumque deuocebatur aderat. Sed in agmine & expeditione illa, cum multis nobilibus moriens defecit. Bitislaus exinde accepit Bohemiae gubernacula, regio & ipse temperans nomine. Hic binomius erat: nam & Henricus Bitislaus est appellatus: perinde insignis, quod pontificatum vna gessit cum ducatu annis quindecim, coelibatum ex more Romano implens in pontificatu: quocirca moriens haeredem non reliquit. Wentzeslaus huic frater successit: qui & ipse cum patribus suis regio nomine temperauit, siue quod parui facerent, siue quod ab Imperatore, more maiorum non impetrauerunt. Wentzeslaum Primislaus, Vladislai secundi regis filius, ditione eiecit, & a Philippo Romanorum rege, Friderici filio (qui in controversia cum Ottone III. fuit electus, quemque Romana ecclesia regem non cognouit) tertio loco coronam regni est adeptus. Huic duo erant filii, Wentzeslaus & Ottokarus, quorum primus breui absumptus regnum fratri reliquit. Is alio nomine Primislaus V. Rex magna peregit, quae infra suo tempore commemorabimus.

Bohemia regni nomen & titulum accipit: quo tamen nonnulli abstinent.

Bitislaus Bohemiae dux & pontifex.

Bohemia tertio regnum dicitur.

PRIVS QUAM in nostram Wandaliam reuertamur, lustrandae sunt nobis vicinae prouinciae: quae etsi huius communionis non existant (quod lingua euidentissimo signo demonstrat) non tamen silentio praetereundae sunt, quod nobis in conspectu positae, sine culpa filii non debebant ab eo qui etiam longinquiora in mentionem adduxit. Sunt autem Prussia, Letuania, Liuania, in quas nostri quotidie mercatores solent commeare. Prussia regio ab oriente habet Letuaniam, a meridie Poloniam, ab aquilone Liuania, ab occidua parte Pomerania: inclusa pro magna parte Wandalicis prouinciis, magnum rerum habet commercium cum habitantibus veterem Wandalicis tractus regionem, maritima Germaniae. Olim sua lingua (quae etiam in vna parte gentis permanet vsque hodie) a caeteris discreta nationibus, nunc eius pro magna parte oblita, in urbibus & arcibus tota Teuthonica est: nisi quod (ut dixi) rure interiori pauci praescae linguae homines manent. Praeclearas fouet vrbes ad mare Sarmaticum: quod ab illa parte orientis nomen accepit. Vnde intelligere debemus, authore Ptolemaeo, omnem illam vastissimam regionem Europae, ab ea parte maris in orientem, per Prussiam, Liuaniam, Letuaniam, Russiam, Pomeraniam, Poloniam, & nunc Tartariam, vno olim nomine appellatam Sarmatiam, & (ut Graeci vocant) Sauromatiam. Sed (ut dicere coepi) Prussia maritimas vrbes habet Montem regium, opus praeclearum Odinkari regis Bohemiae (quod suo loco dicemus) in quo magni magistri ordinis Teuthonicorum nunc sedes est: posteaquam Poloni Marienburgum cum magna parte prouinciae interceperunt. Deinde Elbingen, & omnium nunc locupletissimam Gdanum (Dantiscum vocant, abutentes vocabulo) urbem insignem, magnum emporium mercatorum: cuius per reliqua mentione celebriorem, ubi opus euenerit, erimus habituri. Intus autem ad mediterranea in ripa Visulae fluminis insignis vrbs, Turrea vocant, olim florens, nunc (ut ferunt) magnis decre-

Prussia situs & celebriora oppida.

Sarmatia, Graecis Sauromatia, quas gentes continet.

mentis defluens: quòd omnis negotiatio ad mare positam Gdanum urbem confluit. Huius prouinciæ cōmeminit Cornelius Tacitus in Germania sua, per hæc verba: Dextro Suæuici maris littore Efluorum gentes alluuntur, quibus ritus habitusq; lingua Britanicæ propior: matrem deūm venerantur, insigne superstitionis formas aprorum gestant. Id pro armis omniq; tutela, securum deæ cultorem etiam inter hostes præstat: rarus ferri, frequens fustium vsus: frumenta cæterosq; fructus patientius quàm pro solita Germanorū inertia laborant. Sed & mare scrutantur, ac soli omniū succinum (quod ipsi Glesum vocāt) inter vada atq; in ipso littore legunt: nec quæ natura quæve ratio gignit, vt barbaris, quæsitum compertūve diu. Quinetiam inter cætera eiectamenta maris iacebat, donec luxuria nostra dedit nomē, ipsis in nullo vsu. Rude legitur, in forme perfertur, preciumq; mirantes accipiūt. Succum tamen arboris esse intelligas, quia terrena quædam & etiam volucra animalia plerumque interlucent, quæ implicata humori, mox durefcente materia clauduntur. Fœcundiora igitur nemora lucosq; sicut orientis secretis (vbi thura balsamaque sudantur) ita occidentis insulis terrisque inesse crediderim: quæ vicinis solis radiis expressa, liquentia, atque in proximum mare labuntur, ac vi tempestatum in diuersa littora exundant. Si naturam succini admoto igne tentes, in modum tædæ acceditur, alitque flammam pinguem & olentem: mox vt in picem resinamq; lentescit. Libuit tam vetus & fidele testimonium doctissimi viri, illius verbis dicere. Arbitror tamen ab illa ætate, gentem esse accolam innouatam. Nam vastam illā Sarmatiam, quam nūc occupauere Tartari, ante illos Huni tenuere, gens indigena, teste Peroso: quæ inde in Pannonias & vicinas prouincias commigravit, deletaque est ad internecionem à magno Karolo. Per latissimos autem campos coaluere gentes, quæ moribus & lingua diuersæ, nunc in angustum ad mare Sarmaticum coarctatæ habitāt: inter quos & Prussos deputandos putauit, cum cæteris per Liuoniam sparsis gentibus, vt in ea dicemus. Nunc verò ad mediterranea introrsus pulsi Prussi, agros paucos in seruitute colunt: maritima Teuthones omnia tenent. Imperat autem ordo Teuthonicorum fratrum: qui vnde originem acceperint, in Saxonia nostra diximus, & vbi memoria incidit, quod ad rem pertinebit, non præteribimus. Olim quidem Prussia tota parebat ordini memorato: nouissimo autem bello, quod memoria nostra gestum est, pro magna parte cessit volēs in ius regis Poloniae. Hæc tam pauca dixisse contenti super hac gente, cætera suo seruamus tempori.

CAP. 8.

Letuania situs, lingua, mores & vrbes.

LETUANIA post eam magna prouincia, Polonos à meridie, & Russos ab oriente, Liuoniam ab aquilone, & occidua quadam parte habet: cui Prussia ab ea regione coniungitur. Paucos ante annos, auorum memoria, primū in ius Christianæ religionis concessit (quod ad sua tempora commemorabimus) multum annitente, & plurimum in eam causam sanguinem profundente memorato ordine Teuthonicorum in Prussia manentiū. Populus lingua & moribus discrepat à vicinis: cui etiam frequens digladiatio est de finibus, cum vicinis iam Tartaris, peculiari gēte, quæ veteri eius regionis more pastorem vitam agit, in carris omnem portans supellectilem. Sedes mutat, vt pote quæ domicilia nulla tenet: agros nullos colit, venatione & pecorum suorum cibo contenta. Principes tantum domunculas tenent sine precio, quas facili ex causa mutant. Nulla est in gente ciuilitas: religionis nulla diu mentio. Paret magno suo Imperatori, quem Grandem canem appellant, iusto ad mores vocabulo, quod canino potius quàm humano ritu cum suis viuit. Sed ad Letuanos redeundum. Ea gens paret magno suo principi, quem nō regem, non ducem vocat, sed hoc solo dignatur nomine, vt magnum principem vocitet. Reuera si gentis molem metiaris & latitudinem ditionis, magnus est princeps, nulla in re virib. aut opibus minor vel Russorum Imperatore, vel Polonorum rege. Aliquot vrbes, paucas tamen in magna prouincia tenet. Quicquid ibi ciuilitatis est, a Teuthonibus est. Habitant Saxones, Westphali, & ex Prussia Liuoniaq; Teuthones non pauci. Commeant mercatores, preciosis vtique mercibus in commutationem, adductis pellibus atque cera, magno pondere atque numero. Vila atq; Canna urbium primarum nomina sunt: sed nihil ad vrbes Teuthoniæ aut cæterarum prouinciarum ciuiliū. Hanc ego gētem cū conterminis latius quandoq; habitasse conicio: quāuis etiā hodie vastis tendatur prouinciis. Sed tamen à Tartaris vastissimos campos Sarmatiæ olim tenentes populos, in angustiora esse perductos (in quibus & Letuanos)

Tartarorum mores.

nos) magna illis cessisse regione est verisimile. Paret autem Letuania modò vni ex filiis regis Poloniae. Magna enim illa hodie domus Poloniae, originem ducens ex Letuanis: quod suo tempore ostendemus. Incomparabilis est hodie sua magnitudine, cunctis principum per orbem Christianum familiis. Quam enim gentem dabis tam latè imperitantem? Teneat Hispaniarum rex hodie propicio Deo omnem Hispaniam, quinque regnis distributam: adiecerit magnum Beticæ regnum, quod Granatæ vocant. Pace eius dixerim, Poloniae domui par esse non potest: tria enim latissima regna hodie complectitur. Tenet Wladislaus senior inter fratres regna, Vngariam cum Bohemia: tenet Iohannes Albertus ipsam Poloniam: Alexander frater magnum Letuaniam principatum, fratre rege Poloniae nulla parte minor. Adicio scemineam latè sparsam cognationem. Tenet ex regum sororibus alteram Georgius dux Bauariæ, iam cognomento Diues: alteram Georgius dux Saxonie, Alberti filius, cuius est frater hodie magnus in Prussia ordinis Teuthonicorum magister: alteram ex sororibus coniunctam thoro dux Pomeraniæ clarissimus Buggislaus, & gente, & vicinitate, & nunc affinitate regibus coniunctissimus. Hæc de gente Letuanorum paucis præmonuisse sit satis: cætera suis locis atque temporibus seruabuntur.

LIVONIAM iungimus prouinciis & regnis memoratis, non quò lingua vel moribus Wandalis cohæreat, sed quoniam finibus eius includitur. A Prussis, Letuanis & Russis circumfessa vrgetur ad mare. Sarmatæ olim (vt diximus) tenuere, gens magna, diffusa per campos vastissimos Tartariæ: sed à nationibus quæ ex Scythia descendunt, compulsæ est in angustum ad mare. Nec olim fuisse vnus linguæ populum per Sarmatiam, in euidenti est: testis est linguarum per Liuoniam diuersitas. In ea enim non lata prouincia coangustatæ sunt multarum gentium linguæ, olim (vt diximus) diffusis habitantium. Barbaram tamen & inciuilem atque illegalem fuisse omnem illam gentem monstrat linguarum perseuerans varietas, in nullo incidentium inuicem. Alioqui si vlla vitæ communio, aut rerum pace belloque gestarum extitisset societas, vna in omnibus lingua & sermocinatio valuisset, aut saltē non tanta varietate loquerentur: nūc Liuones, Estones, Letti, Curoni, nihil habent in lingua commune. Illæ enim quatuor Liuoniam tenent linguæ per rura. Nam arces & oppida tota sunt Saxonica. Ordo Teuthonicorū ex Prussia eò diffusus, magnā partem terræ tenet, ecclesiis minore reseruat: quod ab initio conuersionis contrā fuit, quum tertium in terra pedem ecclesia permisit ordini ad defensionem orthodoxæ fidei. Nam Russi schismatici, sequentes orientalem ecclesiam, vna de parte contingunt. Altera gens Letuani (vt diximus) auorum memoria primū ad fidem Christi est conuersa. Nam & Liuonia diu in perfidia permansit. Anni sunt ab hodierno non plures trecentis, quum primū Liuonia credidit, sub i. Friderico ad eius nouissima tempora, quæ iam scribentes contigimus: per occasionem mercatorum qui adierant, sacerdotesq; inuexerant. Tanta tum fuisse simplicitate ferunt gentem, vt expresso melle, ceram velut purgamenta exportarint edibus. Fertur pretium illi nostratum diligentia: quod illi primū à nostris mirantes acceperunt: nunc verò, comperta rei æstimatione, carius vendunt.

MEYNARDVS erat vir religiosus de Zegeberg, sacerdos, ordine (vt conicitur) regularis: qui se Christo dedicans, terram cum mercatoribus de Lubica nauigans adiit, paulo ante completum MCC. à Christo annum. Casam extruxit, in qua mansit cum famulo: linguam gentis magno labore perdidit, & paulatim instruxit diuina religione quos potuit. Rebus miserante Deo prosperatis, basilicam erexit. Inde etiam, quia à Letuanis (effera gente) fiebant incursiones, præsidium firmare in loco quem hodie vocant Kerkholm. Arx præcipua ordinis ad ripam Dunæ fluminis, duobus millibus supra Rigam, hodie florentem metropolim terræ. Consecratus inde ab archiepiscopo Bremensi in eam prouinciam Liuoniensis episcopus idem Meynardus, remauxit ecclesiasticam: & multis ad Christum per sua tempora conuersis, fundamenta iecit bona superædificandæ religioni. Quumque ille in pace Christi quiesceret, Bertoldus quidam Cisterciensium abbas, illi in opere pietatis & episcopatu successit. Lucēsem dixere annales conuentum vnde venerat. Is cum peregrinis, qui pro Christo se deuouerant, in terram illam enauigauit: & rebus intentus augendis, quum prædecessoris grandem operam miraretur, in procurrentes fidei hostes vnā cum peregrinis, qui deuotionis

Polonia regis familia amplissima, & regnum latissimum.

CAP. 9.

Liuonia situs & quatuor discrepantes lingua.

Orientalis ecclesiam occidentalis pro schismatica habet.

Liuonia ceræ feracissima.

CAP. 10.

Exordia Christiane religionis in Liuonia

Religionem episcopus verbo & ferro promouit.

gratia ad militiam conuenerant, pugnare constituit, seque armauit in perfidos. Quum ad pugnam ventum esset, equo infreni prouectus in medios barbaros, cōfoditur, sanguineque suo terram consecrauit. Interim aduēta multorum fidelium deuotione, multi se spontaneos in sacram aduersus Christi hostes militiam deuouerunt: nouoque religionis habitu adiuuato, se Gladiferos fratres appellauere. Duo post inuicē eius professionis fuere magistri. Sed quū rebus satisfacere non posse viderent, succrescerentque hostes foris & intus, se magno Teuthonicorum ordini per Prussiam coniunxerunt, ut illorum cœptum viribus & tueretur & aueretur: quæ res illis prosperè cessit.

CAP. II.

INTERIM Albertus tertius Liuoniensis episcopus, Bremensis canonicus, genere natus militari, & à suo archiepiscopo in Liuoniam consecratus pontifex, peregrinis vndeque accersitis, alacris nauigat in terram, propicio Deo rem dudum à prædecessoribus inchoatam aduēcturus: perfecitque diligentia singulari, ut summus pontifex cruciatam, imò plenariam in militiam Liuoniæ faceret indulgentiam prædicari. Qua ex re duces, comites, pontifices, milites, & sine numero militares, mercatores, & omnis generis populus volūtarius in sacram se accinxit peregrinationem. Seruauit hunc morem Albertus episcopus Liuoniensis memoratus, ut qui per annum militassent, iam anno ad finem decurrente redirent in sua: & cæteris interim ad prædicationem crucis concurrētibus, nouam terræ manum inuexit. Id cōtinuatum per annos triginta (quibus ille præfuit) rem Christianā in ea prouincia adauxit vehementer. Interim ille primus cinxit muro Rigā ciuitatem, & ecclesiam inibi erexit. Fratres autē Gladiferi noui ordinis (ut diximus) qui iam duobus post inuicem suberant magistris, quum viderent rem factu difficilem, per suam militiam defendere terram, inito concilio se permittūt fratribus ordinis Teuthonicorum, iam in Prussia commorantibus: qui acceptam terrā, impositis præceptoribus, defendunt & amplificant vsque in hodiernum. Sed hæc post tempora Alberti. Rex quoque Danicæ Waldemar, eius nominis II. à mari Estoniam impugnavit, & progressus in terram retro egit hostes. Reualiamque exadificauit: inuentum ibi populum iussit baptizari, & in prouinciam duxit suæ gentis sacerdotes. Vnde factum est ut Reualiensis ecclesia vique in hanc diem permaneret sub archiepiscopo Danicæ Lüdensi. Alium quoque episcopatum Dani fundauere, quem dixere Lealhensem: extant hodie vestigia domorum magnificè apparatarum. Sed illa periit, inque ecclesiam Rigensem est transfusus populus, postquam ordinatione summi pontificis ille cœpit esse archiepiscopus, à dextris habens Curonensem, à sinistris Tarbatensem, & à mari Osilientem. Hi sunt episcopatus hodie in terra illa. Cætera autem huius prouinciæ præclara facinora in consequentibus (vbi temporibus incidunt) commemorabimus: in Wandaliā (vnde sumus peregrinati non frustra) reuertamur.

CAP. 12.

WANDALIÆ, eius quæ Saxoniam contermina fuit, per nouissima Friderici Imperatoris tempora res fuere turbatissime, quum Henricus dux Leo offensam contraxisset Friderici Imperatoris in conuētu Imperii: quod humilianti se Imperatori, & ad vltimas preces descendenti, ut expeditioni Italicæ personaliter interesset, non annueret. Inde Saxonum primò, deinde Rheni principes in ducē surrexere. Cui quum antè malè vellent, tum sumpere audaciam, quum indignantē illi cernerent Imperatorē. Adolphus quoque Adolphi apud Demynum cæsi filius, iam ad arma maturus, comes Holsatiæ: quum pro duce interfuisset magno illi prælio in Halrefeld, captiuos (quos cœperat) duci non redderet, sed pro suo lucro retineret, ducis subiit indignationem: & ab eo auersus Holsatiam amisit. Inde Imperator quoque ad vindictam insurgens, Henricum ducem insectatur. Et primū quidem Bauaria pulsum cedere coegit in Saxoniam: inde etiam Saxoniam deturbauit, & Lubica (quod confugerat) tum ciuitate sua eiecit. Indeque rebus exutum, honore ducali per sententiam nudauit: ducatumque attribuit Bernharo pridem de Anehold comiti, filio Alberti marchionis de Brandeburgo, fratri autem Ottonis (qui post patrem Marchiam rexit) & Sifridi archiepiscopi Bremensis. Henricus tanto culmine principatus eiectus circūspiciebat amicos. Regem Danicæ Waldemarum euocat ad colloquiū, ut sæpe alias. Iam venienti occurrit ultra pontem, quum alias semper constitisset in medio. Ibi multa questus de Imperatore deque principibus, arma rogat in hostes auxiliaria, & belli quod intentabat, pro suo iure, societatem. Rex multa exoptulās opponit, quod ecclesiis Dei grauis dux immineret, quod omnes præ se cōtemnat principes, quod fœdera

dēra subtiliter interpretando violet. Demum multis rationibus ostendit, cur quod impresentiarum petitur, fieri non possit. Dux, quando non annuit rex societati, hoc tamē veteri rogat amicitiam præstari, ut recusationem quam fecit, abscondat, & clam habeat, ne sit aliis inde occasio ab illo discedēdi. Rex pollicitus discedit. Henricus Lubicam conatur perferendæ obsidioni communire. Præfecit autem rebus in Lubica curandis Simonem de Tekeneborg comitem, Bernhardum de Aldenburgo, & Bernhardum de Welpē, nobiles viros comites: Marcradum Holsatorum præfectum, & Emeconem de Nemore, cum aliis Holsatorum fortissimis. Iam enim comitem propulit profugiētē ad Imperatorem, facileque solum per illum sua recuperare: quod & factū est. Imperator ergo ex animo ducem insectatus, omnem illi spem auxilii statuit præripere, missis oratoribus ad regem Danicæ Waldemarum, qui hoc agerent, ne quas ille Henrico suppetias ferret, sed Cæsaris cum eo fœderibus viam sternerent, neve fideret Hærico, homini vario, sæpe de perfidia notato. Et ut societatis vinculum etiam affinitatis nexus roboraret, duobus Cæsaris filiis totidem regis filias despōderi poposcerunt. Rex audita legatione, etsi non omnino erat oblitus implicationum, quas dudum euocatus à Cæsare Bizuntium pertulisset, nec ignoraret, non tam in se propensione quàm odio in ducem omnem eam rem postulari, & perinde multis dehortatibus: regina ipsa, non parui faciens Cæsaris affinitatē, non sinebat regem (quod pronus erat) recusare. Sed dotis quid posceretur, ab oratoribus rex percunctatur. Illi super eadem re conueniendum responderūt: eam esse vtriusque magnificentiam, ut de ære facillè conueniret, nec leuis pecunia posset tantos principes commouere. Orauere demum ut rex Cæsarem iam proximè in Lubicam descensurum inuiseret. Rex pollicetur.

INTEREA Fridericus Cæsar cum exercitu descendens, Henricum Bauaria pulsum, etiam Saxoniam conabatur extrudere. Cedit ille venienti, quippe cui viribus par esse non poterat. Bardewicensis duci venienti portas habuere clausas, & de mœnibus non nihil irrogasse feruntur contumeliæ, quod iam omnibus exosum cernerent, & à Cæsare laborantem. Dux Lubicam venit, ibique instruit de rebus quos diximus futuros vrbis custodes. Cæsar Albim traiecturus sagittarios præmittit, multis ad hoc nauigiis supernè comparatis, quibus prono flumine delaberentur. Habuit & dux milites opportunis locis, qui transitū Cæsaris quantum possent impedirent: sed aduersus ingentem multitudinem, quæ Cæsari militauit, nihil potuere. Igitur Cæsar ad obsidionē Lubicæ contēdit. Ea quum per aliquot dies extraheretur, venit à mari rex Danicæ Waldemar, classe luxu quàm armis ornatiore. Lubicam petit, amnem ingressus quā nauigabilis erat: obuiosque habuit Cæsaris equites per benignè regem Cæsareo nomine salutantes, percōtantesque si vellet Cæsarem postero die ad medium itineris obuiū videre. Rex moderatione præcipua, se ad illius castra venturum, minor maiorem suum aditurus, respōdit. Igitur postero die magno suorum Cæsarisque militum comitatu proficiscitur rex ad Cæsarem in castra. Ille regi obuius castra egreditur: amplexatus osculatusque regem, apprehensa quoque manu eius, comiter secum per castra duxit in papilionē. Concursum ingēs ad spectandum regem tentorium fecit subruere. Cæsar cum rege palam in campos egreditur. Auidæ spectandi multitudo tumultuatur, videndi regis desiderio. Imperator præconis voce iubet quenque loco quo consisteret, cōsidere, ut per primorum capita longinquo spectarent. Inuitat regē Cæsar in cellam: sed ille solita modestia suam se dixit expectare. Magnus per agmina rumor perlabitur, regis proceritatē & totius corporis dignitatē colaudantium. Cæsare nulla parte regis personæ comparādum, eius speciem Imperio dignam. Post morā reductum in tentoriū regem vario sermone comiter Cæsar habebat, familiarissimè cum illo iucūdissemque sermocinatus de multis, omnibus tamen ad hilaritatem & comitatē compositis: nec quicquā grauissimarum rerū tum inter eos est pertractatum. Sed antequā discederent, inter eos cōuenit ut postero die ad vicinū nemus conueniētes, de reb. quarū causa conuenerāt, colloquātur. Ita discedit, vniuersa Germanorum iuuentute regē (ut Cæsar iussit) psequente. Iuxta conditū postero die redeunt ad colloquiū. Ibi primus sermo de suorum pignorum coniugio. Interim Cæsaris filii adulescentiores pueri, regiam in nauim perducuntur, speculādi gratia introducti: & puerilibus iam lulis futuræ familiaritatis initia præludūt. Rogat rex quid dotis nomine filiis deponatur. Cæsar maiori xxx. millia talentorum, minori v. l. millia, dotis nomine

Plenaria indulgentia ad colligendos milites aduersus impios.

Waldemar Danus rex in Estones.

Henricus Leo Imperator offensio in multorum odium incurrit.

Omni dignitate exutus Dani auxiliū nequicquam implorat.

Cæsar Danus sibi ad regem mandata non rictu comitibus.

CAP. 13. Lubicam Cæsar obsidet.

Danus corporis proceritate & dignitate præstans.

Cæsar & Danus de liberorum coniugio agunt.

constitui æquum cenſet. Rex maiorem ſummam ſuis ærariis iniquam: minorem, regis Vngarorum arctiſſima ſibi familiaritate deuincti fretum, poſſe conficere reſpondit. Cæſar nõ ſe pecuniam, ſed affinitatem imprimis requirere teſtatur: & ideo in ſummam minorem facile conſenſit. Spondet vterq;: & vt indiffolubile vinculum permaneat, etiam ſacramenta inuicem poſcunt & accipiunt. Cæſar in caſtra, rex in naues, regrediuntur.

CAP. 14.

Cæſar Pomerania principis ab Henr. Leone abſtrahit.

CÆSAR principum Pomeraniæ Kaſimiri & Buggiſlai potentiam quum duceret ſuſpectam (quòd Henrico Leoniam deſtituto diu per familiares fuiſſent) miſſo ad eos nũcio illos in caſtra vocauit, in ſignioris tituli promiſſione facta, quòd principatũ ſuum non ſatis illuſtri nomine pro magnitudine ditionis tenerent honeſtatum: duces ſe illos creare pollicetur. Illi magnifica Cæſaris promiſſione mouetur, neſciẽtes quòd ſub ſpecie honeſtioris tituli, ad quãdam Romani regni obligationem (ſi non ſeruitutem) deuinciantur. Dum ergo Cæſar cum rege tranſigit de rebus futuræ affinitatis, aderant nuncii Kaſimiri & Buggiſlai principum, illos non lógè abeſſe teſtati: ſed Daniæ regis metu (cui ſint hoſtes) accedere nõ auſos. Imperator cum paucis cymbam conſcendit, regem petit: inopinatus fanè aduētus eius in regiam nauim. Rex miratur, præſatus ſe obuiũ promp̄tè v̄turum, ſi noſſet: indignam ſe rem cernere, quòd minor à maiore videatur. Cæſar nihil ea re commoueri oportere teſtatur: familiaritatis eſſe iura, inuicẽ ſine diſcrimine ſe ſalutantes præuenire. Rex colloqui habendi gratia primores ſuorum contrahit. Cæſar exponit, Henrici Leonis iuſto odio, Wãdalarum ſe principes quibusdam pactiõibus euocaſſe, quæ tamen pollicitationibus pridem regi ſuper ea re factis non obuient: pati rex non grauetur illos adire pacatos. Facta Hẽrici plena expugnatione, tum ſe promiſſioni, quam regi fecerit Bizuntii, operam daturum. Rex comiter reſpondet, non eſſe eam iuſtam cauſam, quæ Cæſarem ipſum ſuis caſtris extraxerit: etiam per nuncium vel minimum agi potuiſſe inter eos, qui iam non ſolũm affines, ſed amiciffimi habeantur. Facile poſtulatis annuit. Igitur venientes in caſtra Cæſaris principes Pomeranorum, ducali nomine, traditis aquilis cum bãnerio, inſigniantur: factaq; de homagio fide, in propria reuertuntur. Cæſar priuſquam rex abiret, peregit vt filia altera Waldemari regis Sifrido, Turingorum principi, coniunx daretur, celebratis proximè nuptiis in Sleſwico, vrbe tum non mediocri.

Principes Pomeraniae ſunt duces.

CAP. 15.

Lubicenſes Cæſaris permiſſa ad Henr. Leonem legatos mittunt.

OBSIDIO durabat ad Lubicam. Ciues cum militaribus quum vrgerentur obſidione dura, nec ſpes ſuper eſſet ab Henrico Leone (iam rebus deſtituto) obſidionẽ poſſe diſſolui, inito concilio, epiſcopum loci Henricum (cuius de virtutibus diximus) adierunt orantes vt legationem ſubire non grauetur ad Cæſarem, his verbis, Fidem, Cæſar inuicte, quam debemus principi noſtro, ad ſanguinem vſque ſeruare iuſtum arbitramur: ſacramenta, vt vitam, in precio ducimus: vinci poſſumus, ſecti à fide non poſſumus. Si permittis, legationem mittimus ad eum cui obſtringimur: eius cognita volũtate, tibi reſpondemus. Interea ſi vel quod precamur reiciis, aut mutata ſententia, quũ pen deat legatio, quicquam fuerit à tuis (quos in arma ducis) attentatum, quod viros decet fortes, fidei vitam impendemus. Ille non grauatus munus legationis ſubiit: & mandata Imperatori adeò ſuauiter peregit, vt libẽs ille cederet poſtulatis, permittẽs legationem ad Henricũ Leonem, qui tum ſe Stadis continebat. Tanta deniq; affectione motus eſt in epiſcopum Cæſar, vt illum pro vitæ ſanctimonia (quam per famam acceperat) proq; ſingulari eloquẽtia diligeret plurimum. Et quoniam malis tum ille febribus vexabatur, ſuum illi phyſicum Cæſar permiſit, vt eius opera curaretur. Ciues legatione miſſa ad dominum ſuum, reportarunt illum cedere fortunæ, illi ſe permittere, & ipſi cedãt temporũ & neceſſitati. Hoc quum accepiffent, egreſſi primores ad Imperatorem, ſupplices rogarunt, vt ante deditiõnem clemẽter annuat priſtinis vr̄bis libertatibus, & poſſeſſiones permittat, quas de munificentia principis ſui hæctenus tenuiffent. Cæſar non ea modò cõceſſit, verũm auxit inſignia ciuitati priuilegia: ſuper quibus Imperatoriæ datę ſunt litteræ, quæ extant. Adolphus Hoſatię comes iam erat in caſtris Cæſaris, pulſus pridem ditionẽ per Henricum Leonem: quem (vt diximus) in iram prouocauit, quòd captiuos in Halreſfeld non redderet. Huic Imperator medietatem tributorum totius ciuitatis detuloneis, molendinis, trapezitis, in beneficio dedit, vt inde militaret Imperio, præſertim quia eadem ciuitas comitis patrem & dominum habebat & fundatorẽ. Hic comes eĩdem in caſtris Hamburgeniſibus inſignia, quæ extant, priuilegia impetrauit. Quibus de

Lubicenſes in deditiõnem honorificè accipiuntur.

Medietas tributorum datur comiti.

more firmatis Imperator ſolenni pompa vr̄bem ingreditur, magnificè ſuſceptus à ciuibus cum hymnis & laudibus, tripudiãte clero & omni populo. Hæc eſt illa prima Lubicæ ad Imperium ſuſceptio, quæ facta eſt anno Chriſtianæ ſalutis MCLXXII. imperante Friderico I. cuius viribus & armis ceſſit.

Lubica imperialis ſit.

I 182.

CAP. 16.

Danus ad Wandalarum muſiones euertendas claſſem parat.

PER eadẽm tempora Wandali arcem quam ad Zueni fluminis erexerant oſtia (ne Danis pateret ingreſſus) quia inundatione & vi tempeſtatis perierat, geminam pro vna inſtaurare connituntur: vt & Zuenus & Panis vterq; fluuius ab Danorum incurſu ſeruarietur. Iam per brumã cõportauerat ligna, magnoque labore inſtiterunt vt perſicerentur, priuſquam hoſtes impedituri poſſent irrumpere. Ea quum regi nunciarentur, contractis vndiq; nauibus claſſem inſtruit atq; perarmat, in celeritate plurimũ conſtituẽs. Sed iam abſolutum opus accepit, quũ ille adhuc in viridi ſinu claſſem ſuam colligeret: nec minus tamen expeditionem præparat. Sed ingraueſcente iam ætate, Abſoloni atq; Kanuto filio regendas legiones permiſit. Pontifex Scaniis atq; Zelandenſibus ductorẽ ſe futurum ſpondet, Iutis nequaquam: qui etiam iunioris regis facile pro ſolita cõtuetudine contemnerent aduleſcentiam. Qua rex difficultate perſpecta, ipſe ductor agminum ire contẽdit in expeditionem, etiam ſi corporis vires recuſent. Sed ab annis atq; laboribus accedente moleſtia curarum, febris regem apprehendit. Quo conſpecto, Iutarum primores ad omnia ſe beneuolos promptosq; pollicentur: regem orant ſibi parcat, domi ſedeat, illos in expeditionem ire ſinat. Interim ſub Iutia tempeſtas diuturna ac grauis incubuit: quæ dum claſſem remoratur, Iutæ pro ſua conſuetudine primi tumultuantur, clamantes ſoluendum procinctum, quòd comitatibus deſiciãt, quòd cœli & aeris inæqualitate ire prohibeantur. Inualeſcente clamore, Abſolon Kanuto loquutus ſuadet, vt quod futurum eſt ſine ipſis, ipſi præuenientes permittant, dilapſuram ſua ſponte claſſem. Permiſſa abeundi venia ſoluunt, ne (quod diuo contigit regi Kanuto) pœnam contumaciæ exigens, grauioreſ concitet motus. Iam dilabi incipientibus, concione cõtracta, abeundi poteſtas permittitur. Abſolon cum regio filio regem petit: qui exinde non diu permanens in rebus humanis, pacem reddidit Wandalis per aliquot annos. Nam Kanutuſ, qui patri ſucceſſit in regnum, dum pacandis domeſticis rebus intendit, externis vacare non potuit. Principium autem commotionis Wandalarum erat à Cæſare. Nam Buggiſlaum Pomeraniæ ducem, iam pridem deſuncto fratri ſuccedentem, comonefacit vt bellum in Daniam ſuſcitet. Ille quũ placere cuperet Imperatori, & tamen regis ſe virib. cerneret imparem, Iarimarum propinquum ſuum, Rugiæ præfectum, iam Danis parentem, prælio laceſſit. Ille regi Danorum, cui ſuberat, rem deſert. Rex ad Buggiſlaum mittit oratores, ſcrutatuſ quid illi ſit cauſę in Iarimarum. Multa ille commemorat, ab alto nectens cauſas. Conuenit inter eos, vt ad certum diem miſſis vtrinq; oratoribus, per regios conſiliarios cauſa diſcutiatur, & (ſi fieri poteſt) etiam ſopiatur.

Pax mortuo Danis datur Wandalis.

CAP. 17.

Cæſar Pomeranos aduerſus Danum concitat.

APVD inſulam Samsam conuenitur. Ibi multis vltro citroq; dictis dies ducitur, nihil tamen agitur. Nam Buggiſlaus, ex ſententia Cæſaris, non pacem quæſiuit, ſed bellum. Erat autem conſilium Cæſaris, vt quoniam Kanutus rex nullis conditionibus pelici potuit vt Romanum Imperium ſupra ſe agnoſceret (quo modo pater eius feciſſe diceretur) motus illi excitaretur in Dania, quòd facilius in teſtino & externo bello laborãtem Imperator adoriretur, iugum illi imponens. Pollicetur autem nunc Buggiſlai oratores, ducem ſuum quolibet loco regi placito occuſurum, vt res facile ante bellum ſopiatur. Dum iſta geruntur, viri militares in Dania, ſub Waldemaro expeditionibus aſſueti crebrioribus, pacis tempora grauius ferre videbantur, vires, niſi præliis exerceantur, queſti dilapſuras. Placuit piraticam in Eſtones agere, gẽtem adhuc pro magna parte Chriſto perfidam, & quæ aſſiduis excuſſionibus mare tenebat infeſtum: vt nihil in eam peccatum videatur, ſi ſuis artibus impetatur, hoc ſuſtinens quod aliis ſolet inferre. Erat enim per id tempus iam inchoatum in Liuonia prædicari euãgelium, in parte Lettorum & Liuonum. Interea Buggiſlaus Cæſaris voluntatem perſpiciens, quingentarũ nauium claſſem contrahit, inq; Rugiam Danis ſubiectam ducit, Cæſari nuncium mittens, qui doceat quantis viribus Daniam petat. Cæſar ducem collaudat, nunciumq; magnificè munerat. Iarimarus Rugiæ præfectus, miſſo in Daniam nuncio celeri, Abſoloni oſtendit quo in ſtatu res ſint, tanto apparatu à Buggiſlao impugnata. Ille ocyus epiſtolas circumferri iubet, omnem iuuentutem in arma vocat: ad eſſe quod pridẽ poſtulauerãt,

Pomeranos 500. nauium claſſe Rugiam aggrediuntur.

optimam gerendarum bello rerum occasionem, breui illis conueniendum edixit. Quatuordecim naues in Scania perarmatae venerant, quatuor solae ex Fionia: reliquas vires ex sua traxit Zelandia. Tam insignis paucitas hostium multitudini comparata, contemni poterat. Rex, quod longius abesset in Iutia, tardius excepit nuncium: itaque ad diem venire non potuit. Absolon cum ea quam contraxit manu, nauigationem iniit. Eodem die in insulam Hithim perueniens, ibi Rugianorum speculatoriam nauim habuit obuiam monentem ut ibi confisteret, donec compertum haberetur qua parte inuaderet hostis, ea de re certior futurus ab Rugianis.

CAP. 18

BUGGISLAUS per mediam belli tempestatem (quod de eo Danicus tradit scriptor) crapulae indulserat, ut non bellum sed diem festum conuiuio agere videretur. Ea re Danis nunciata, etsi pauci numero viderentur, certam tamen victoriae spem praesumpserunt, quod aduersus ebrios illis esset certamen ineundum. Egressi speculatores, nunciant hostem ex aduerso Strelae insulae copias in terram exponere. Nihil cunctatus Absolon, appetente etiam crepusculo, scapha terram petit, iubetque conuenire nauium suarum praefectos: quibus contractis, edocet quid molitur: noctu, an interdiu, classem mouere, ducereque in hostem sit melius, consultat. Visum est ex re lucem praestolari, quod incerta vada ignaros fallant, facileque sub tenebras incidat periculum. Iubet tamen quaque suos milites de imminente praelio facere certiores. Dicit non potest quanta acceptum sit alacritate a militibus verbum de praelio. Ingenti clamore pugnam deprecant, de victoria certi, quod gentem illam vincere soleant Danorum cohortes. Aspirate luce classem loco mouit. Absolonis nauis pro podere altius arenis inhaesit. Tanta fuit alacritas euntium in praedium, ut etiam ducem expectare vix paterentur. Laudabat feruorem Absolon, & quam primum potuit, expeditus sequitur, tanto remigum sudore, ut etiam primos suorum deprehenderet. Occurrunt Rugiani nuncii, nihil festinandum nunciantes, quod hostis adhuc pristinis inhaereat sedibus. Declinat Danica classis in vicinum portum, ibi Iarimarum deuocans in colloquium: quod nuncii praeferebant. Sed non erat in medio longa mora, quum alii superuenientes nuncii Rugianorum hostem abire ferebant, decepti nebulae quaerentem interuenit. Dum inter se consultant Dani quo sit factum opus, venit festinus a Iarimaro nuncius, classem Pomeraniam ad nauigare, iamque tam esse vicinam, ut, si per nebulam liceat, conspiciatur. Absolon iam in terram expositus, diuina peragere constituit in ara mysteria: sed accepto nuncio celer in naues rediit, de cruore hostium Deo sacrificaturus. Et quum rarefceret nebula, Dani a Wandalis visi, crediti sunt esse subsidaria ab amicis Wandalis classis. Tanta fuit a Danis in animo illis securitas, ut nihil minus quam illos crederent adesse: & inter hostes amicosque parum per indiligentiam discreuerunt. Iubet Absolon expediri arma: classemque suam partitur in opportuna loca, ut spacium sit ad ineundam pugnam. Buggislaus iam praeter Rugianorum littora nauigabat, ludificandi equitatus gratia, qui littora asseruabat. Vbi videt aduersam classem parare pugnam, arbitratus esse Rugianam, iubet centum quinquaginta naues ex suis accingi in hostes: onerariasque naues defensoribus vacuas, velut in praesidio locat, lignorum extantium speciem praetendere volens militum frequentiam. Eam in partem respiciens Zuno, interpretatur Teuthonum esse auxilia, quae Wandalis accessissent: monetque Absolonem cautius rem gerere, quae Teuthonum arma prauideat excepturum. Ille nihil moratus in hostem ducit.

CAP. 19.

Pomeranorum
Wandalorum
fuga & insignis
clades.

FVLSERE iam signa Danica de malis, Absolonis vexillum volitare visum. Quae ut erant hostibus inopinata, ita stuporem iniecerant cum formidine. Igitur classis, quae in anchoris quiescens stabat, ubi Danos adesse comperit, anchoris sublatis fugam iniit: Dani institere fugientibus. Tanta facta est trepidatio, ut alii desperata fuga (quod maioribus nauigiis viderentur) in pelagus desiliere: terram plerique petentes, per nemora & saltus euadere conati, a Iarimaro pro magna parte caduntur. Multi de maioribus in minora nauigia transiere, oppletaque multitudine mersere nauigia. Ex tanta classe quingentarum nauium quinque & triginta saluae abierunt: caeterae aut in Danorum venire potestatem, aut mersae mari perierunt. Tantaque fuit Absolonis auspiciis illa victoria, ut post eam diem nulla sit Wandalorum classis auisa Daniam infestare: & perinde piratica gentis illius repressa & edomita finem habuit. Contemplandarum autem rerum gratia misit Absolon oratores ad Buggislaum, cum mandatis coarguendi eum de perfidia deique rupta cum Danis societate. Et hanc quidem legationis speciem praetendentes, reuera conspiciere volebant,

lebant, quid tanta clade accepta hostibus animi esset. Dux summa dissimulatione tegebatur acceptam cladem, eam praese ferens fiduciam, quasi nihil actum videretur. Sed populi partim gemitus partim clamorem audit: isque dum quisque suos requirebat, prodidit quid factum esset: tantusque motus incubuit, ut visis legatorum nauibus nouam in fugam pendere. Dux tamen gratias haberi iussit pontifici quod boni consuleret, facturum se deinceps quicquid illi videretur. Praemittit pontifex ad regem victoriae tantum nuncium cum Buggislaui tentorio, quod in argumentum magnae praedae praetendebatur. Wiburgitum rex agebat. Quo loco contracta concione iubet exponi victoriae ordinem, nouaque ex consilio Absolonis victoriae expeditionem hortatur fieri nuncius, ut priusquam se recolligant hostes, de integro opprimantur. Alacres omnium animi fuere: classisque non contemnenda decernitur, auspiciis Absolonis in hostem ducenda. Nihil enim actum arbitratus est, quadiu aliquid superesset agendum. Ergo ut qui coepit perficiat, in hostem ducere decernitur, duce Absolone: rex interim componendis in regno rebus intendit.

POST ingentem illam victoriam alacriores Dani ducunt in Wolgastenses. Sed illi iam hoc prospicientes, Panis amnis fluentia magnis saxis imperuia fecere. Sed virtuti nihil inuium. Ut militibus laborum author esset Absolon, se misit in undas, ut exemplo caeteros prouocaret: effectumque breui ut transitus nauigiis pateret. Sed ubi propius vrbem admoeret exercitum, palos sub aquis experti sunt defixos, quibus aditus ad moenia intercluderetur. Qui autem saxa remouerant, palos obistere non sunt passi: dissidentesque in aquis pugnaere. Hostes a moenibus fortissime missis iaculis Danos infestauerunt: sed corporum agilitate pro magna parte sunt euitata tela. Conspectus in nauem Absolonem videri pugnantes, quum a moenibus balistario designaretur insignis clypeo & signorum luce, animaduersum est a quodam suorum commilitonum illum oculis signari, qui hoc Absoloni insinuandum putauit. Vides, inquit, here signari te oculis, & diligenter ab iaculatore catapultario obseruari? Mitte (inquit) illum, ut nostri curam habeat. Ita inter media pericula generosus spiritus de capitis sui pernicie ridebat. Visum est Danis hoc oppugnationis genus infructuosum. Esbernus grandiore est suis nauem stipula complet de littore, ac reliqua igni facili materia: illam a ventis appelli moenibus curat, ut incendio suo subruat tabulata propugnationum. Sed haesit nauis incensa, palo defixa, ut innocua consumeretur. In modico fortunae ludibrio & hostium salus & Danorum haerebat victoria. Buggislaus autem cum equitatu aduenit, colloquium deprecans Absolonis, ut interim de pace constitueretur. Accessit ille in praesentem duobus nauigiis. Rogatus a duce Absolone ut continentem terram peteret (facilius in tentorio quam nauigio rem agi) credidit pontifex, quum nihil doli suspicaretur. Retentus tamen a suorum quopiam, arbitrante, temerarium videri armato se hosti credere: somniique sui monita adiecit. Recogitans secum pontifex, remandat duci, ne quum videri, ut si colloquium expetatur, veniat minor ad maiorem. Adhuc Danis omnia constare ad victoriam, quod rectius illis pareatur.

DUX audito victoriae insolenti verbo statim abiit: quae res molitae fraudis Danis ingessit suspicionem, ut qui soleret etiam minores ob causas Absolonis ratem petere, nunc in tanta patriae clade & periculo recusaret. Dani relicta obsidione, terram vastare aggressi, ponte facto copias transponunt: sed angustiis loci celeritatem non ferentibus, oppidani transeuntes infestauerunt. Deturbati a sagittariis continentem petiere, conuictis & clamoribus hostem insequuti. Tanta autem oppidanorum mentes pertinacia corripuit, ut relictis moenibus tentoria Danorum, quae paucis colligenda reliquerant, inuaderent. Equites qui a tergo imminerebant, propter fumum non conspecti, audaciam illis fecere: sed superuenientes facile dissiparunt turbam sine ordine. Ita in conspectu oppidi caesi ciues, supplicia luerunt conuictorum quae exercitui ingerebant. Osneses horum casum ubi audiuerunt, suburbia sua immisso igne concremauerunt, ne hostilis victoriae gradus inde fieret. Inde Iulium petere placuit. Praemissus Esbernus, qui Zueni fluminis ostiis insisteret, deiectis propugnaculis arces subuerteret, aut ad minus oppugnet: donec Absolon cum copiis superueniret. Ad nauigauit ille, & iam de longinquo portae illi patuerunt. Nam impositi praesidio, quum hostem cernerent ad nauigare, diffisi munimentis fugam inierunt. Incensae arces ambae concrematae sunt: fumusque Absoloni de longinquo conspectus, & superuenientes nuncii certam rem denunciauerunt.

Episcopus Pomeranorum
hostibus occurrit.

Episcopus
victoriam
hostem
perfida
arguit.

CAP. 20.
Dani in
Wolgastem
oppidum
nauigant.

Wandalus
colloquium
fieri
petit.

CAP. 21.
Dani terram
vastant.

Iulini oppidi
arces incenduntur.

Igitur Absolon hac parte laboris à fratre leuatus, vastationi institit finium Iulinensium. Itaque oppida captu difficilia, & iam com meatibus vacua, deferenda Dani putauerunt: post collectas fruges, potius plenas quam nunc vacuas, censuerunt adoriendas. Receptui cani iussit Absolon. Vbi egressuri fumantes Zueni arces conspexere, à fundamentis subuerterunt, lateres adhuc ab incendio calentes in profundum iecere. Et hic fuit expeditionis huius exitus.

CAP. 22. AVTVMNO domi peracto, rex Kanutus expeditionem in Wandalos orientales renouauit, duodecim millibus ex Rugia assumptis propugnatoribus, quòd gnari locorum viderentur. Proximè igitur Tribusanam prouinciam populabundus aggreditur: inde ad Circipanenses conuersus, paludem paterna militia insignem ingressus, urbem Lubuinam petit: sed obsidioni instandum non duxit. Igitur ea præterita Demyno propinquat vrbi, tam hostium securis ciuibus, vt quasi in media tranquillitate, conuiuui & choreis indulgerent. Miratus rex tantam populi fiduciam, hæere cœpit: sed munitionem contemplatus, & quòd obsidionis apparatus non haberet, præteriuit. Iam in naues agmen conuertitur. Sparsi ad prædam latè, redeunt. Rex ad signa demoratus accipit nuncium, locupletem villam animosè ab hostibus defendi: si accedat auxiliaris manus, posse expugnari. Copiæ deerant. Iubet tamen cum dimidia præsentium manu Absolonem ferre suppetias fociis. Ille quòd paucitatem dissimulet, iubet incedere sparsos, perq; nemorosum iter alios iterum se atq; iterum ostentare, nonnullos retro abire, crebriusq; adequitare, quòd magni incrementi speciem faciât in oculis hostium: quorû longè maior multitudo victa atq; fugata, opimâ prædam Danis reliquit. Deerant qui ferrent: incensa cremataq; est, militib. vehemèter dolètib. q; magna militiæ præmia ignis absumeret, quû iam essent in victorû potestate. Absolò ad regem rediit propter Lubuinam agmina continentè: factòq; à Rugianis pòte, exercitum per Lacunâ facili labore trãsmisit: inde in portum se recepit cum classe nò longè à Pani amne. Vbi tēpestate diu vexatus, quû iam cōmeatus penè deficerēt, petenti Buggislao per legatos rex pmisit treugas.

CAP. 23. EXACTIS domi hybernis, verno tempore expeditionem rex curauit renouare: mouensq; in amnem Zuenum, Grotzuinam urbem lacerat, prouinciamq; despoliat. Ibi Iarimarus lituo admonitus, quod terribilius insonuit, regem admonuit hostes adesse. Absolon, non antè denunciandam hostium instantiam, quam oculis cernerentur, præfatus, timoris id signum videri volebat. Tum Iarimarus ancipiti se questus laborare periculo, siquidem fileat, euentum præuisum non prænuntians, perfidiæ: sin admoneat, timoris arguatur. Parum ea prouincia explere potuit prædæ auidos. In Pomeranos ducendum erat, locupletiozem (vt rebantur) regionem. Longinqua militia, & com meatuum difficultas, erat prospicienda: sed dulcedo prædæ fecit omnium immemores. Abeunt, prædantur, omnia vastant. Wandali se mœnibus continuere. Libet hoc loco paucis interfari. Dum crebras inuicem expeditiones Dani in Wandalos, & illi vicissim in Daniam excursiones fecere, non alterutrius partis interneccionem quæsitam video. Poterant enim Dani aliquando depugnare: sed abstinerunt, ne quotidianus illis deesset hostis. Volebant superesse in quos vires exercerent: ne desidentes, ad interna & domestica bella peruenirent. Wandalis quoque ea res ludibrio visa est: qui pacem æquis conditionibus constituere poterant, nec voluere. Sæpe redit in mentem quod apud Helmoldum legitur, pro ludo ac voluptate fuisse Wandalis, Danis conflictari. Altius erat consilium Romani senatoris Scipionis Nasicæ: qui in Romano senatu, dum hæc ageretur, vetuit Carthaginem deleri, ne Romanis ciuibus & militibus deesset æmula virtus, qua exerciti sese acuerent. Vidit enim (quod futurus declarauit exitus) Romanos deliciis & ocio diffuentes, in mutua vulnera conuersos, tam magnum imperium, à patribus constitutum, protinus subuersuros.

CAP. 24. ORIENTALIS quidem Wandalia ita Danorum regi conflictatur. Interim Obotriti & Kissini multis inter se præliis, intestino malo, laborauere digladiabanturq;. Aberat Hêricus Leo, domitor ambarû partium: iam ab Imperatore pulsus, in Anglia per id tempus exulabat. Erat enim post mille centum tertius & octuagesimus annus, quum ea quæ commemorauimus gererentur. Fratruales duo, Burewinus Pribislai, & Niclotus (quem nos Nicolaum vocamus) Werzlai, fratrum filii, terram tenebant: Niclotus quidem eam quæ nunc est Magnopolis, Burewinus ad orientem magis tenuere ditionem.

Ex

Ex quibusdâ in se rebus magnis motibus versis, ciuili & plusquâ ciuili bello diffidebant. Acciuerat sibi quisq; fauorè vicinorum principû. Nam Nicloto Bernhardus tum dux Saxoniz studebat, eidemq; Iarimarus fauebat, princeps Rugiæ: Burewinus autem Buggislauum, Pomeraniæ ducem, habuit adiutorem. Tenebat enim cōiugem, Hêrici Leonis filiam naturalem: & propterea, quum esset Buggislauus Hêrico exulati amicissimus, partes fouebat generi eius Burewini. Processit ea cōflictatio in magnam partis vtriusq; iacturam. Nam Burewinus, dum Rugiam suis partibus aduersantem nauibus vexat, captus à Iarimaro, mittitur regi Daniæ, cui tû Rugia parebat: ibiq; captus diu detinetur. Niclotus quoq; dum aduersas partes atidius quam cautius insequitur, incidit in manû Buggislai, ducis Pomeranorum. Sed rex Daniæ Kanutus (qui Burewinum tenebat) arbiter factus inter dissidentes, ita litem diremit, vt Nicloto Rostockium cum terra Kissinorum, Burewino verò Ilow & Magnopolis (ea est terra Obotritorû) proueniret, & vterq; de manu registerram suam recognosceret. In quam rem dedere obsides viginti quatuor: inter quos erat Burewini filius. Hæc est altera causa cur Daniæ reges titulû sibi desumant, vt se Wandalorum quoq; reges profiteantur. Nam primâ ex Kanuto Obotritorum rege, sub Lothario Imperatore, eius nominis nouissimo, acceperunt. Ex hoc die Rostockensis ditio permansit diuisa à reliqua Magnopoli, vsq; dum per mortè nouissimi domini (quem puerum de Rostockio dixere) Magnopolensium principatui cōsolidaretur. Arcè quidè Rostockii cum oppido primus Pribislauus, Burewini pater, communierat: nunc autem ex regis Danorum partitione cessit Nicloto. Pribislauus enim Burewini pater, primus ciuilitatem cum Christianismo in terra firmavit. Monasteriû Dobran (quod supra diximus) fundauit: cum Henrico duce in terram sanctam est peregrinatus. Quum autem ex ea reuerteretur, prouincia sua in bonû modum composita, rebus excessit humanis, ad annum Christi LXXXI. post mille centum. Quo subtracto, qui ex proceribus fidem Christi nomine tenuis coluere, non ex animo (quû metu principis magis quam timore Dei tenerentur) facta incurfione, monasterium Dobran ferro ac flammis inuasere: obuios obrutauere: rati religionem nouam facillè subruui, si caput religionis (quod ibi esse interpretabantur) subuerteretur. Niclotus, Rostockii & orientalis citra Panim prouinciæ dominus, collectis armis occurrit grassatoribus. Sed pro multitudine hostiû agmen eius intercipitur, & penè ad interneccionem ceditur, vix ipso dilabente principe. Burewinus patris sui plantationè non est passus diu manere subuersam: sed magnificè restaurauit monasterium, locupletauitq; datis prædiis pluribus. Subuersores autè, quia malè potentes erant, non tam armis quam prudentia & ratione mansuefecit, vt ex animo fidè amplecterentur. Quæ fuit optabilis cunctis victoria: vt ille viros, sic ipsi errores superauere. Quumq; monasteriû indies religione & opibus floresceret, erat vir pastoriarius, qui sacra die Paschæ de manu sacerdotis accepto venerabili sacramento, cogitauit curiosus de illo aliquid constituere. Nam quum cerneret ab omnibus summa veneratione haberi, indignum rarus in ventrè demittere, asseruauit in ore: & clam egressus ecclesiam, baculum pastorem (pedum vocant) arripuit, & capite fillo sacramentum immisit, arbitratus gregem suum prosperari patrocinio rei sacratissimæ. Visa sunt noctibus ardere candelæ, quacunq; parte domus conderetur. Sæpe locû mutauit: idem prouenit. Id diu præter vxorè nouit nemo: innotuit inde cæteris, peruenit ad sacerdotem, inde ad pontificem. Re comperta vt gesta fuit, summo honore venerabile Christi sacramentum defertur in monasterium: ibiq; diu magno populorû cōfursu inclaruere Christi mirabilia, quum (de more) facta esset in festo Pentecostes.

PER ea tempora quum Henricus Lubicensis antistes, vir per omnia prudens, religiosus & sanctus, ad meliora transisset, sepultus in ecclesia sancti Ioânis monasterio fratrum suorum (vbi nunc est monialium conuentus: tum erat fratru sancti Benedicti, qui nunc translati Cismariam habitant: qui locus ex vicinitate maris nomen tenet) canonici Lubicenses apud Imperatorem egerunt de successore. Nouella plantatio principum fauore indigebat. Ideo non audebant canonicam sine Imperatore iam Lubicæ domino inire electionem. Aditus Imperator dedit illis quendam ex Præmonstratensibus præpositum. Auersati illi ordinis sui virum petierunt. Circumspiciens Imperator, quia indigebat res viro ciuilibus rebus exercito, propter rei nouitatem, dedit eis Conradum ex aulicis suis proximum scribam: nunc vocant Cancellarium. Electus veniens ad ecclesiam

Nn ij

Fratruales beati inter se dissidentes ambo capiuntur.

Cur Daniæ rex se Wandalorum quoque regem scribat.

Miraculū Ed. charistia.

CAP. 25.

suam, omnia prudenter ordinavit. Imprimis clerum in vitę sanctimoniam redegit: populū in iis quę sua sunt, non est passus aberrare. Clero satisfecit eruditio viri præcipua, laicis conspicua fuit vitę feueritas & sanctimonia: quę vtraq; in illo viro pollebant. Cōsecrationem suam consulto differebat, explorare volēs & vires suas in sacro ministerio, & prouentus ecclesię in sustinēdo onere. Tenebat multas in multis ecclesiis præbēdas & dignitates, quas illi cōsecratio mox ademisset. Reperit autem, Adolphum comitem, iam per imperatorem terrę suę redditum (quum illum Henricus Leo eiecisset) grauius incumbere ecclesię suę, quod ad prædia nōnulla olim ecclesię suę debita, non aditum illi permetteret. Et quum nec apud Imperatorem eius rei satis salubre remediū inueniret, deliberatus adiit Sifridum Bremensem archiepiscopum: & in manibus eius reliquit 10 episcopatum suum, rescribēs clero vt de alio cogitarent pontifice. Absoluit eundem ab obediētia sibi nuper præstita: siue quod loci illum qualitas nō oblectaret, siue quod ab Imperatore domino suo maiora quædam præstolaretur. Ecclesia ergo Lubicēsis pastore destituta, circumspecta. Longè aberat Imperator, in Italica expeditione occupatus. Igitur Hartwicus Bremensis archiepiscopus, qui Sifrido successerat, in Hamburgum euocauit canonicos Lubicenses, cum illis de electione tractaturus. Et quū venissent, archiepiscopus Albim trāsire non potuit, quod glacies occupasset, necdū firmata ad gressus, nec cedens nauigationi. Igitur in purificationem Marię re dilata, venit archipræsul Lubicam: ibiq; electionis instituto negotio, diuisa sunt vota. Nam alii abbatem voluere Harfuidensem, eiusdem archiepiscopi germanum fratrem: alii verò præpositū ecclesię suę præferēbant. Sed eò res finiit, vt vtroq; dimisso, in Theodericum, in Zegebergo regularium præpositum, consentirent omnium vota. Recusauit constāter refugiēs humilitas: multis multorum hortatibus vix potuit permolliri, vt flecteretur. Subiecit volens nolensq; humeros, & permansit in præpositura sua ad reditum vsq; Imperatoris de Italia: & cum archiepiscopo tum ascendit in eius præsentia. Acceptaq; inuestitura (pro cōsuetudine illorum temporum) de manu eius, rediit Bremā cum archiepiscopo: ibiq; sanctificationis oleo est delibutus. Hęc est prima in hac ecclesia libera electio pōtificis. Nam Henricus, qui solebat vrgere, illo tempore exulabat in Anglia.

Cur ergo inuestitura tam obdiosa, quę libertatem non tollebat?

CAP. 26.

ADOLPHVS comes, qui iam in Holsatiam rediit, episcopum honorificè excepit, permittens omnia ecclesię quę ad ipsam de veteri memoria pertinuisse memorarētur: 30 noluit ecclesię alteram inducere calamitatem. Nam Conradum, virum magnificū, Imperatoris cancellarium, per feueritatem suam ferebatur abegisse. Idē tamē Adolphus, ciuibus tum Lubicēsis durior imminēbat. Nam ad ostium Trauenę præsidium erexit, veteri deiecto per ea tempora quibus Imperator Lubicam obsidebat. Sed illud vetus mari alluebatur, non vsquequaq; validum: nouum verò introrsus collocabat ad terram, firmavitq; magis, vt vectigalia desumeret ab ingredientibus & egredientibus mari. Ciues se opposuere Lubicenses, libertatem ab Imperatore collatam præferentes. Ille reiecit, nihil donauisse Imperatorem noui, sed vetera stabiliisse. Constare inter omnes Henrico Leoni per soluta in eo loco vectigalia: sibi quoq; in eius ius succedēti, esse perfoluenda. Ad quę ciues, Henrico ad tempus, dum portum instrueret, dum graui rerum 40 mole laboraret, permissum vt acciperet ab transeuntibus: cæterum temporalē rem non præiudicare perpetuę libertati. Habuitq; comes quod huic obiceret: sed cōtentio perducta est ad Imperatorem. Interim quę in iure ciuitatis erant per Holsatiam in pascuis, fluuiis, syluis, comes ciuibus ademit. Imperator interposita opera, rem ita cōposuit, vt ciues transiens in primarias committerent, & in libertate permanerent. Cæterum pro pascuis & flumine alias ducentas annumerarent, & flumine velut sui iuris vterentur, vsq; in Todeflo, exceptis pascuis, quę pridem ad annum Domini LXXXVI. in Reynefeldetum inchoato monasterio donarētur. Quū Bernhardus dux Saxonię annueret, & comes de suo cōsentiret, Imperator, interposita autoritate roborauit. Hęc autem ciuium Lubicensium renouata indulta, Imperatoriis sunt literis roborata. Adolphus ergo, qui pridē reuersus in ditionem Holsatię, de Scowenborg, vicino loco Locken, fratres in eam terram introduxisset, & monasterium in Reynefelde inchoasset, per hęc tempora instantissimè curauit consummari, memoriam ibi constituēs sui nominis sempiternam. Sed nō est illi satis permissum in ea terra finire. Nam exactus est (quod infra dicemus) & in primam de Scowenborg est retropulsus ditionem.

Adolphus Lubicēsis molestus, imperatoris autoritate placatur.

Lubicensium privilegia confirmantur.

SVRREXIT interea noua controuersia inter Imperatorem & Danorum regem, CAP. 27. quę in longum & multiplicem Holsatię & Wagrię laborem excreuit: vnde rex omni Teuthonico infensus nomini, quanto potuit odio est infectatus. Misit enim Imperator ad Kanutum Danię regem oratores, pro altera dotis dimidia, quam pater eius Waldemarum cum Kanuti sorore filio Imperatoris desponderit: quę etiam iamdiu fuerat in aula Imperatoris per Germaniam enutrita. Rex auersatus legationem, quod sciret Imperatorem non se æquis intueri animis, pecuniam mittere recusauit. Sciebat quis Pomeranię ducem in se inexcitavit: sed tum qualicunq; causa prætenfa inanes remisit nūcios ad hoc missos. Imperator autem, & antè iusta indignatione succēsus regi, quod magna 10 Wandalię partem, quę Imperio pertineret, rex Danię occupasset, quod in Germaniã finibus & in littore Germanici maris sita esset: & quod Imperio recusatet hominum præstare (quod patrem eius ferunt præstitisse) & nunc accedente noua causa pernegatę dotis soluendę, exarsit in regem, & germanā eius sororem regi remisit intactā. Ludouicus quoque Turingię princeps, eiusdem Imperatoris ex sorore nepos, matrem Kanuti regis (quam nuper accepit coniugem) nunc repudiatam à se dimisit, quęstam de multis noui mariti iniuriis. Hęc semina erant bellorum. Cæterum & Holsatorum, Wagriorum, Polaborum, Stormariorum terras suas esse prætendebat: & easdem omni conatu recuperare ex hoc die contendit. Quę infiniti causa laboris fuit. Quando enim tot 20 erant in mediò iniuriarum irritamenta, quę fuit quęq; pars causas in alteram. Quid verò iuris prætenderit rex in terras memoratas, annales non exponunt: nisi quod cōiectura promptum est, recordari illum eorum temporum quę erāt sub Kanuto Obotritorū rege, qui omnibus his terris præerat: cuius successionem rex præferēbat: vt esset Albi fluuius limes suę ditionis. Sed quum intercessissent tot anni, legitima transibat præscriptio. Principes verò non legibus, sed armis prouincias quærunt.

Belli inter Imperatorem & Danię causa.

PER ea tempora, Christianorum in Asia de gentium infelicitate dicam, an ignauia, CAP. 28. iterum est amissa Hierosolyma. Crux missa in Germaniam de latere legato, prædicatur. Ipse Imperator cruce se munit, cum filio Friderico Suzuię duce: multi principes, nobiles, magnates, Sexcenta millia cōscripta feruntur in eam militiam: Imperatori enim suo omnis penè Germania subscripsit. Aderat comes Holsatię Adolphus, Lubicenses Bremenensesq; ciues non defuere. Imperator in ipso itinere, quum iam aliquot prælia in hostes scelicitè gessisset, defecit in Armenia. Nam quum meridiani æstus leuadi gratia ingressus esset in exploratō riuum non magnum, sed vorticosum, in oculis omnium suorum periiit, nullius ei accedente suffragio. Hic est ille Fridericus, quem Itali Barbarossam dixerunt. Exercitum filius eius cum primoribus ductabat. Multum in ea parte frustra laboratum: nam quod Christianis perierat, vsque in hunc diem irrecuperatum permansit. Quum interea multi per æstum insuctum ex peregrinis languerēt, & acceptis in prælio vulneribus deficerent, primi ciues Lubicenses & Bremenses, productis velis de nauibus suis, fixere papiliones, sub quas ægrotorum multitudinem comportarūt, pietatis studio illis obsequiētes. Viderūt piam illorum operam principes, Fridericus Suzuię dux, & Imperialis cancellarius Cōradus, pridem Lubicēsis episcopus: & collata in vsus egētium 40 grandi pecunia, pietatis exemplo & ipsi inclaruerūt. Et quoniā forti in armis opere nullus erat vsus, ad pietatem intenderunt studia: processitq; res vsque adeo, vt primū eius rei firmitatem quandam statuerent, sub titulo Marię virginis: quam multi etiam militares subierūt. Inde militaris ille ordo prouenit, qui dicitur Teuthonicorū: quem deinde aliquot intercedētibus annis, Fridericus I. Imperator obtinuit à summo pontifice cōfirmari. Nunc magnam Prussię partem & Liuoniam penè totam tenet: disseminati per Germaniã, in Rheni tractu multa possident. Lubicenses & Bremenses, quia primi fuerunt qui semina futuri ordinis iecere, inter militares assumuntur in ordinem: quum alios plebeios non admittant nisi in chorum psallentium. In his autem ordinibus militaribus 50 laici præfunt sacerdotibus: quicquid aliās de iure diuino conueniat obseruari.

Imperator in expeditione Hierosolymitanam moritur.

Equitū Teuthonicorū instituentium occasio, & ordinis ratio à cæteris diuisa.

QUVM Imperator sanctam in expeditionem, Henricus Leo ex Anglia reuersus CAP. 29. in Saxoniam, ab archiepiscopo Hartwico I. benignè excipitur, permittente illi comitatum Stadensem: quum Thietmarsī se iam ab ecclesiā Bremensi subtrahētes, per Sleswickēsem episcopum Waldemarum se coronę Danię subdidissent, ex causis quas in Saxoniam diximus: quod grauissimo ære, quod soluere nō possunt, ab Adolpho comite

Henr. Leo-
uerfus, Adol-
phum ab occu-
pata Holfatia
expulit.

pro ecclesia pugnate vrgerentur. Sed Henricus Leo tum reuersus, amicorum armis eiecit Holfatia praefectos Adolphi Holfatiae comitis. Quem semel ab illo eiectum, restituit Imperator Fridericus: sed nunc in terra sancta pugnam facilius absentem superabat. Comes de Dasle, Adolphi auunculus, & in eius absentia vicarius, cum matre Adolphi (quae eius erat germana soror) & coniuge (quae filia erat comitis de Querforde) Lubicam se contulit. Henricus tum primum conuersus in Bardewicum, expugnabat: inde in Lubicam versus, eam quoque iuri suo contedit recuperare. Et quoniam caetera sumus in Saxonia ad plenum exequuti, huius tantum Lubicanae obsidionis cursum satis erit explicuisse: nam hoc ad Wandaliā pertinet, cuius primaria tunc & nunc Lubica fuit. Simonis & Iudae apostolorum die expugnatum est Bardewicum: & eisdem copiis circa festum Martini idem Henricus Lubicam cepit obsidere. Territi ciues euentu viciniae ciuitatis, quod absente Adolpho imparati essent ad arma, miserunt obuia oratores cum exercitu venienti, postulantes ut Adolphus de Dasle comes, cum matre Adolphi de Scoweborg, & eius coniuge, nec non fidelibus eiusdem Adolphi Holfatis, saluis rebus & corporibus illa abiirent: se tum imperatis parituros. Henricus annuit postulationi: & illis abeuntibus, ciuitate Lubica iterum est potitus. Quamquam Loueborg arcem nouam, quam erexit Bernhardus dux Saxoniae, oppugnaret, ante exactum mensem deditam accepit, pacis sentibus qui intus fuere, quod salui abirent. In Holfatia vero Leoni se omnes permiserunt, excepta arce Zegeberg, quam Adolpho fideles viri asseruauerunt. Henricus Leo copias suas permisit Waltero de Blandesile ad obsidionem memoratae arcis, accedentibus Holfatis pro Henrico. Verum illi ex animo non inhaerant reuertenti Leoni, iam penitentes quod a comite suo transferint: seruierunt tamen tempori. Superfuere autem in Holfatia ex Adolphi amicis, quorum praecipuus Eggo de Sture: qui obsidentes inuadens, statim ab Holfatis (qui specie quidem obsidebant, animo autem fauebant obsessis) adiuuatur. Captus est Walterus, Henrici praefectus: & arcem quam liber obsedit, iam captus infedit.

CAP. 30.
Henrici legati male pugnant.

ADOLPHVS de Dasle coniunctis amicorum de Holfatia armis, urbem Lubicam impugnavit, iam Henrico Leoni parentem. Proderunt ex ea eius nomine Bernhardus de Raceburgo, Helmoldus de Zwerino comites, & Iordanus dapifer: quibus congressi Adolphus & Holfati, multos in Trauenam virgates miserunt, alios etiam captiuos abduxerunt. Capti Helmoldus & Iordanus: Bernhardus de Raceburgo comes vix elabitur. Capti trahuntur in Zegeberg, & deinde per interuallum aere magno persoluto laxantur, redempta libertate. Nam Helmoldus trecentas marcas denariorum, dapifer autem (quia pecuniosus erat) sexcentas marcas dedit argenti. Quae res indicium est, Helmoldum non fuisse ex comitibus. Nisi protinus ei parum credamus, quem sperarent amicis de caetero habituri: alterum vero, quod nihil aliud ex eo sperarent, emunctum argento usque ad extremum facultatum eius. Alioquin iniqua videretur aestimatio comitis & viri militaris, qui alias ministerialis esset suo principi. Henricus tum Romanorum rex, eius nominis vi. patre etiam viuento coronatus, iam res Imperii post patrem administrabat. Quum audisset Henricum Leonem in Saxoniam rediisse, & Lubicam recuperasse, Adolphi terram occupasse, indignatus contendit Brunswicum: & prope erat ut caperet, non iniuste: quando Henricus res Imperii iam dudum inuasisset. Henricus autem Leo per submissos effecit ut gratiam regis reciperet: & conuenit, ut redditis omnibus quae Adolphi erant, in terra sancta peregrinantis, Lubicam sibi haberet pro dimidia, reliqua medietate Adolpho comiti reseruata. Sed & hoc in pactis erat, ut muros Brunswici quatuor in partibus demoliretur, ne iterum venienti Imperatori clausa esset: Louenburgum arcem demoliretur: & filium suum iuniorem Luderum daret obsidem implendae pacis. Filium quidem misit, qui non diu post diem suum obiit in Augusta: de caeteris vero capitibus nihil est impletum. Filium tamen suum natu minorem Henricum, cum quanta potuit manu misit, quum rex expeditionem faceret in Apuliam, simul accepturus Romae imperialem coronam. Breuius nunc cuncta transimus, quod ea sola contingimus quae urbem Lubicam, Wandaliae praecipuum decus, respiciunt: reliqua omnia in Saxonia plenius exequuti. Mirum est intueri, quoties intra centesimum annum (imo sexagesimum) a prima sua foundatione dominos mutauit. Nam ad annum quadragesimum post mille centum inchoata a comite, ab illo post incendium transiit ad Henricum Leonem, qui

Lubica sepe
mutauit do-
minos.

qui illam per ordinem egregium magnopere auxit: deinde Imperator deditam accepit. Restituta per illum in parte comiti, & post Leonis reditum, in ipsius rediit potestatem. Inde quoque comiti restituta, breui post concessit in ius regis Danicae. Nouissime rediit ad Romanum Imperium: in qua ditione permansit in hodiernum, diu (ut confidimus) permansura. Et haec omnia intra paucos annos, necdum centesimo eius anno euoluto.

ADOLPHVS interim in terra sancta iuxta Tyrum audiuit casus suorum, & quod Henricus Leo terram suam occupasset, amicorum fretus consilio in patriam redire contendit: in Suzuia autem consalutauit nouum Imperatorem Henricum, Friderici filium, questus casus suos. Rex magnis muneribus datis, consolatur eum de terra sua omni modo recuperanda. Quum autem in Scowenberg peruenisset, cognouit vndique sibi praefectum Holfatiae aditum: nam Stadium, Hamburgum, Louenburgum, Boycerburgum, Henricus tenebat praefidiis impositis: Wandaliā proximam Burewinus, ducis gener, concluderat. Igitur ad Bernhardum ducem Saxoniae, & Ottonem marchionem fratrem eius, contendit: qui manu valida deduxerunt eum Erteneburg. Ibi exceptus ab Adolpho de Dasle, affine suo, & magna Holfatorum manu, reducitur in Holfatiam. Bernhardus quoque iunior comes de Raceburgo, quem Henricus de clericatu per dispensationem (ut praesumitur) apostolicam, ad militiam (quum esset subdiaconus) retorquebat, quum diffideret partibus Henrici Leonis (cui Imperium aduersaretur) se contulit ad Bernhardum ducem, & fratrem eius Ottonem marchionem, & perinde Adolpho comiti indiuisus adhaesit. Pater vero eius permansit in fide Henrici Leonis exducis, nec diu rebus humanis superfuit: sed in claustro Raceburgo in pace quieuit, additus patribus suis. Sed quoniam in terra Polaborum, in solo Wandalico habitauere comites memorati, non est alienum rebus quas in manibus tenemus, originem & exitum comitum memoratorum his rebus inferere: praesertim quia titulus huius comitatus permanet in hodiernum, a ducibus inferioris Saxoniae cum ditione possessus.

QUVM Adolphus i. cedere cogeretur Holfatia, pulso per Albertum marchionem Henrico Catulo, patre Leonis, Henricus de Badewide pro eo in Holfatiam reponitur. Sed quum breui conualuisset Henricus Catulus, & per arma Saxoniam recepisset, Adolphus quoque reuersus est in suam ditionem. Et tum Henrico memorato primum Wagria permittitur: inde Adolpho procurante, terra illi Polaborum (dimissa in manibus Adolphi Wagria) conceditur. Hic est comitatus Raceburgensis. Genuit iste Henricus filium Bernhardum, post patris exitum rebus praesidentem. Bernhardus genuit Volradum Henricumque militantes, & Bernhardum, in Magdeburgo clericis ascriptum. Volradus in praelio aduersus Wandalos periit: Henricus quoque immatura morte subtrahitur. Bernhardus ex clericatu redit ad militiam: & accepta vxore filia comitis de Haldermunde, breui defunctus est. Paruulus sui nominis, quem reliquit infantem, non diu post sequutus est patrem. Ita finitur linea comitum illorum, rediitque feudum, siue beneficium, ad ducem Saxoniae Bernhardum. Sed haec anticipando dicta, hunc teneant locum. Adolphus comes Holfatiae redux ex terra sancta in terram patrum suorum, cum iuniore comite de Raceburgo, Lubicam obsidione premebat, quisque de parte ditionis suae. In vrbe rebus praefuit Lutardus de Bergen, ab Henrico praefectus. Quumque per Trauenam rebus inuehendis & euehendis liber esset aditus, vili penderat ciues obsidionem. Id ubi comperit Adolphus, palis in fluuium defixis obstruxit aditum: & profectus ad regem Danicae Kanutum salutandum, gratias agit, quod per absentiam suam nihil sit passus innovari. Quamquam non ignorauerit Waldemarum ducem Slesuici, regis fratrem, cum Waldemaro ibidem episcopo, manu valida fines intrasse Holfatiae: qui ab Adolpho de Dasle eius auunculo repressi, obsides acceperunt, quod Thietmarfos, iam Danis parentes, non molestaret. Iunxerant enim Thietmars, postquam ab Hartwico secundo archiepiscopo Bremensi, grandi pecunia exolueda sunt emuncti, se (quod diximus) Waldemaro Sleswickensi episcopo, & per eum coronae Danicae. Haec etsi sciret Adolphus, tamen prudenter dissimulauit, regi ad speciem nihilominus gratias habes. Sic se habet inter homines ciuitas, ut maioribus blandiamur, etiam si non ignoremus nobis illos aduersari. Colendi enim sunt alii ut profint, alii ne noceant: quo modo veteres Romani etiam febrem & scabiem in diis habuere, hoc quod diximus praetenden-

CAP. 31.
Adolphus ab
expeditione do-
mi ad sua re-
cuperanda rediit.

Comitatus
Raceburgensis
origo, & comi-
tum enumeratio.

CAP. 32.

Holfatus Lubicam obsidet.

Calceum un-
git, quem cre-
matis uellent.

tes. Tempus id erat quo Adolphus, iam primùm terris suis redditus, & ab Hérico Leone oppugnandus, plurimis indigeret hinc atque inde fautoribus.

CAP. 33. *Lubica sub-
dio & com-
meatu iun-
tur.* **LUBICA** continuata obsidione ab Adolpho & Bernardo comitibus premebatur. Henricus autem Leo collecta manu in Stadio, misit eam ad soluendam Lubicę obsidionem. Ascendentes illi per Albim nauigiis in Louenborg expositi in terram, ducunt in obsidentes. Herenborg locus est mille à Lubica passibus, via ducente in Raceburgū. Ibi concurrentes copię Henrici Leonis, & comitis Bernardi, qui ab ea parte Lubicam obsideret, conflixerunt. Ibi pugnabat pater in filiū, Bernardus senior in iuniorem stantē pro Adolpho. Sed tum iunior cessit, seque recepit in Raceburgum. Ciues egressi omnem eius cōmeatum vrbi intulerāt: & intrabat cum eis ciuitatem comes senior, cum 10 satellitibus quos pro Henrico Leone ductabat. Quadringenti feruntur equites extitisse, qui cum comite seniore, pulso eius filio, Lubicam intrarūt. Hi, quod prima victoria facti sunt alacriores, ausi erumpere, Holfatos ab altera parte obsidētes sunt aggressi. Habuere illi iam suppetias ab rege Danorum Kanuto: ideo erumpentes Henrici ab vrbe milites facilē in vrbe repulerunt. Bernardus quoque comes iunior, resumptis viribus iam ad obsidionem suę partis redibat. Vrgebantur obsessi, iam penē fame laborantes: equites obsessis nulli erant vsui. Igitur abire constituerunt, quod famem ingrauescentem cum suis illi iumentis auerent. Ad orientem exiure, vbi neque Holfati neq; Raceburgenses, intercedente lacu, poterant occurrere. Bernardus iunior quum videret abiisse patrem cum equitibus, dimissa obsidione, cum expeditis tendebat in viam qua 20 sciebat egressuros. Ibi insidiatus multos strauit, plures etiam cepit, patre incolumi abeunte. Capti multi ex ciuibus Stadii, ad Adolphum iam ægrotantem in Zegeberg perduuntur. Tantę victorię nūcius illum recreauit, vt ex infirmitate respiraret. Ille data militibus pecunia sui iuris fecit Stadenfes captiuos, cum quibus ad partem loquutus, promissionem ex illis accepit Stadii, quum veniret, in manus eius tradendi: potius enim se comiti quā Henrico, duro domino, seruituros. Qua promissione sacramento vallata liberi remittuntur. Ciues interim Lubicenses obsessi consultant quo sit opus facto. Nonnullis placuit se regi Danorum dedere Kanuto, vt in regnis eius liberius mercentur: multi etiam ad Ottonem marchionem inclinauere. Sed perucit eorum sententiā qui se comiti permittendos putauere. Igitur pacti pristinam libertatem, comitem accipiunt in ciuitatem, dimissis incolumibus qui pro parte Henrici Leonis ciuitatem in illam vsque diem tutabantur.

CAP. 34. **ADOLPHVS** comes, non immemor promissi quod à captiuis suis de Stadio acceperat, fortunā, qua se parte ostendit, ducem sequitur: & contractis in Hamburgo quantas potuit viribus, primū in insulam quę Gorgeswerder dicitur, mouit: inde quantis potuit nauibus ingressus Zuingam fluuium, flammis declarauit se adesse. Ciues Stadii igne conspecto, quum præfectus vrbi Conradus de Rothe nihil hostile timeret, & perinde imparatus ad bellum & ad obsidionem, audiuit ciuium iam non occulta murmura, sed apertam indignationem, se pridem ciues suos amisisse, captiuos adhuc esse plurimos in Raceburgo, ipsos iamdiu ære exhaustos non posse obsidionem perferre, dedendi se ac sua comiti consilium inire. Ipse cōscensis iumētis suis iam stratis, velut alio procurando, ciuibus tuendę vrbis mandatum relinquēs, irrediturus abit. Statim qui in arce fuerant, cum ciuibus obuiam comiti prodeutes, vrbis potestatem, se ac sua omnia permittunt. Comes ingressus, præfecti vxorem cernens curru impositam, abire quod vellet cum rebus fecit potestatem. Ea specie multa scēminę illę auexere, quę iure belli comes, si perurgeret, rectē tenuisset victorię præmia. Iam Adolphus trium comitatuū titulo insignis erat, Scowenburg, Holfatię, Stadii. Extant literę sigillatę, quę Adolphū comitem Stadii præferunt. Nam hoc tempore erectum est vetus monasterium Buxtehude, quod eius nominis viri militares fundauere, in loco quo nunc est, necdum extāte oppido quod est in riuo Este, sub Henrico Leone iam exduce, Hartwico secūdo archiepiscopo Brēmensi, & Adolpho comite Stadenfi, intra cxc. annum supra centum mille. Quod autē de Lubica diximus, sæpe illam mutasse dominos, rectē de Stadio confitebimur, qui comitatus variē iactatus plures habuit dominos: quod in Saxonia plenius diximus. Primū enim marchiones fuere domini, de stirpe Vdonis. Inde ad ecclesiam peruenit, primi Hartwici temporibus. A qua vi intentata abstulit Hérico Leo: &

nunc

nunc qua via accepit, denuo amisit, trāslatum ad Adolphum. Sed neque in illius manu (quod dicemus) diu permansit.

CAP. 35. **PER** quę tempora Theodericus, episcopus Lubicensis, Tzeuenam in diocesi Bre-
mensi cōnobiū sacrarum virginum gubernabat etiam in pontificatu, sicut antē, refu-
gii locum ibi constituens, vt erant res vrbis Lubicę infinitis iactatę perturbationibus.
Quum ergo in eum locum venisset visitandi gregis sui gratia, Bremenses ciues, quū ad-
uersus Stadii præfectum (priusquam Adolphus acciperet) exissent, prædam abegerunt. *Bremenses præ-
dam abactā,
Episcopo repo-
scenti reddūt.* Nec magnopere (vt fieri solet in talibus) quid hostium, quid amicorum esset, discrete-
runt: iumenta & boues monasterii vnā abegerunt in prædam. Spoliati pauperes episco-
pū circumstant, deplorātes omnia se sua perdidisse, Bremensibus cuncta abigentibus.
Vix sacra posuerat indumenta expleto officio, & pedes cum peditibus sequitur præda-
tores, per mille passus deprehendit, suorum iumenta reposcit. Prædatores sacram eius
caniciem (quam sudore madentem viderant) venerati, quum nihil hostile in eum sen-
tirent, cum rubore reddiderunt quę abstulerant. Cerneret sacras pōtificis manus, tau-
rorum atque bouum cornibus insertas, pro suis pauperibus decertare. Itaque inermis &
pedes sua recuperauit, quę alius etiam eques & armatus non retulisset. Quumq; archie-
piscopus Hartwicus, per eadem tempora Henricū sequutus Leonem, nō rectē affice-
retur ad eundem Theodericum Lubicensem episcopum, cognatum suum, quod à Bre-
mensibus (in quibus omnem suam Theodericus cognationem haberet) eiectus tū esset
20 archiepiscopus: prædia memorati monasterii satellites vel Henrici vel Hartwici mise-
rē vastauerunt. Archiepiscopus autē in Luneburgo apud Henricū constitutus, frequen-
ter episcopum ad audientiam suam citauit per epistolam. Sed ille legitimis obiectis ex-
ceptionibus, extra prouinciam, inter hostes suos, nec audebat nec debebat comparere.
Et quum aliquando ad terminum peremptorium esset citatus, ante exitum termini di-
citur excommunicatus. Nam quū proximo tempore Mindę esset cōstitutus conuētus
archiepiscopi & Brēmensiū ciuium, vt de omni controuersia differeretur, inter alia at-
chiepiscopus episcopū pronunciauit excommunicatū. Bremenses autem eam senten-
tiam exanguē & viribus carentem cōtempserunt, quum episcopus eam non meruerit,
nec esset legitimus impletus ordo. Pertransiens inde proximis diebus Cinthius cardina-
30 lis, in Daniā legatus, eam sententiā euacuauit. Hérico autem iunior, Henrici Leonis fi-
lius, habens in comitiua archiepiscopum, Stadium venerat introire. Sed neuter admif-
sus indignationem auxere, & in Tzeuenam diuertētes, omnia quę sanctimonialiū fue-
re, quęq; securitatis gratia eō contulere agrestes, sine discrimine cōsumperē: vt ancil-
lę Christi, quę ibi clausę, sponso suo Christo cęlesti die noctuq; laudum resonant carmi-
na, nimiū diurna laborauerint inedia. Indoluit bonus pontifex gregi suo: sed quid fa-
ceret potentioribus secundū seculum? Vbi poterat, necessitati occurrebat. Ad interue-
niendū autem erat strenuus, ad discordantium compositionem humilimus: ita vt non-
nunquam in pontificalibus, eorū prouolueretur pedibus, quos à reconciliatione super-
bus erexit & auertit animus. Beatius dixit dare quā accipere. Vnde in consecrationi-
40 bus ecclesiarum magis omnes de propriis sumptibus accuratē procurabat, quā illis gra-
uis immineret. In frequentia suorum gaudebat clericorum. Hospes enim domi erat lar-
gissimus, foris verecundissimus, pauperum procurator diligentissimus. Aduersitates om-
nes tanta vicit patientia, vt nūquam eum aliquis viderit irascentem, audierit clamā-
tem, aut malum pro malo reddentem: sed cogitatum suum iactans in Dominum, dice-
bat cum apostolo, Si Deus pro nobis, quis contra nos?

CAP. 36. **BERNONI**s interea primi Zwerinensis, sed Magnopolēsis tertii episcopi, quum
& ille apostolus fuerit præcipuus Wandalorum, memoriam sine culpa in rebus Wan-
dalicis præterire non possumus. Hic est ille qui in gente durę cervicis multas contu-
melias accepit, & verbera expertus, non destitit ab opere pietatis. Cuius temporibus
50 Henricus Leo ex Anglia rediens, sedem transtulit de Mekelnburgo, quam nunc Ma-
gnopolim (compacto ex Græco atque Latino vocabulo) dixere: posuitque in Zwe-
rinum. Primus ergo hic est eius vrbis antistes. Incredibile est memoratu quantos pro
Christo pertulerit labores, quę subierit vitę pericula, quoties ludibrio habitus ad sa-
crificia dæmonum attractus est à barbaris. Ille tamen per Christum confortatus, cultu-
ras dęmonū eliminauit, lucos succidit, bonū certamē certauit, fidem non solum serua-

*Egregia episco-
pi virtutes.*

*Berno Wanda-
lorū episcopus.*

uit, sed mirificè in populo barbaro amplificauit, & bono cursu consummans, indubitanter ad coronam, & supernæ vocationis brauium peruenit. Erat autem annus post natum Christum & datam mundo salutem M C X C V. Quo in tempore inclytus ille princeps Henricus Leo, par multis regibus, post multos labores, quos tulit in plurimam fortunæ iactationem, in sua vrbe Brunswico mortuus est, & sepultus in ecclesia sancti Blasii. Bernoni autem in sua ecclesia suffectus est Brunwardus, eiusdem ecclesiæ decanus, secundus in Zwerinensi, sed in vniuersum à prima sede quartus. Nam primum Iohannem, quem Adelbertus archiepiscopus Hamburgensis constituit in Magnopoli episcopum, Wandali tumultuantes, & fidem reiicientes trucidarunt, & martyrem Domino consecrarunt. Què longo licet interuallo, post annos LXXXIII. sequutus est in ea sede 10 Euerhardus, ab Hartwico archiepiscopo constitutus, quū diu laborasset & apud summū pontificem & apud Imperatorem, antiquæ legationis (quæ sub Hamburgensi vigeabat titulo) iura reparare. Frustratus autem, contendit studia ad reparandas sedes episcopales in Wandalia, dudum vacuatas (ne archiepiscopalis sedes Bremensis omnino suffraganeis careret) in Aldenburgo Vicelinum, in Magnopoli Euerhardum, & in Raceburgo Euermodum constituens: cuius suo loco diximus Isfridum successorem.

CAP. 37.

Bellum inter Danū & marchionem Brandenburgensem.

INCESSERAT per ea tempora Kanuto Danorum regi, & Ottoni marchioni de Brandenburg diffensionis causa, super quibusdā Wandalia prouinciis. Quamuis causam supprimant annales, ex superioribus eam licet coniectare. Rex inter Niclotū & Burewinum, fratruales dissidentes, arbiter factus, ditionem partitur, sibi seruans superioritatem in vtrosque, quod Burewinum captiuum tenuisset, & Nicloto fauisset per Iarimarum. Eam rem non æquo ferens animo Otto memoratus, præsertim quod Imperio Romano fidem deberet, noluit regem in Wandalis tenere ditionem. Rex, vbi diffensio processit in bellum, classem suam mittit in Wadaliā. Wernouia fluius Rostockii urbem præterlabitur in mare: eum inuectus, copias exponit in terram. Non aberat longè marchio cum agminibus suis: Rugiani autem Danis auxilia miserant. Iam inoleuerat apud Danos, ab Absolone nunc defuncto, vt episcopi præessent exercitibus. Ergo Petrus Roschildensis episcopus, cancellarius, cum Durberno fratre copias regebat. Quadratis agminibus in se ibant. Collata manu fit pugna grauissima: cadunt vicissim multi, inter alios Durbernus, episcopi frater, agminum ductor: ipse capitur pontifex. Rex pugnæ non aderat, in Mone confidens. Victi Dani ad mare refugiunt: in fuga capiuntur & caduntur plurimi. Episcopus duro carceri mancipatur, quem Otto multis vberiorē sibi futurum sperabat. Ægrimoniam contraxit in carcere: eam autem simulans vero maiorem, orabat laxius haberi. Marchio indecorum sibi futurum ratus, si & captiuus & episcopus in carcere suo moreretur, indulgentius cœpit habere, sub custodia tamen. Ille autē custodi loquutus eum permolliuit, vt accepta pecunia cum illo profugeret. Ita carcerem euasit episcopus, illudēs victori suo, liberatorem suum, & pridem custodem, magnificè remunerans. Proxima bruma Otto in Wadaliā Danis parentem renouauit exercitum. Adolphus illi Holsatiæ comes accessit, malo fato suo: Rugiamque insigni vastatione percurrissent, si in eum modum durata glacies mansisset. Sed tamen cō- 40 tinentem terram, quæ Iarimaro Rugiæ principi parebat, in qua oppidum Tribuzes, omnimoda vastatione, gladio & igne deformabant. Quæ res Adolpho nouorū initia præstitit laborū, vt iterū extorris fieret: nam rex proximè ducebat vltra Eydorā. Sed tum quidem tanta fuit Adolpho manus auxiliaris, vt regem distineret, vtq; infecto negotio rediret. Sed dilapso tum Adolphi exercitu, mēse Maio rediens rex, Adolphum iam auxiliis non suffultum eò perpulit, vt arcem Reynoldesborg, clauem terræ firmatā in Eydora, regi permitteret: quam rex magis atque magis firmavit, iam sine labore, quoties vellet, Holsatiam & omnem Nordalbingiā ingressurus. Tum verò comiti circa arcem Louenborg laboratum est: quam rem in Saxonia peregit.

CAP. 38.

BUREWINVS interea & Niclotus fratruales, qui regi Danorum tum parebant, 50 eius iussu expeditionem parauere in terram comitis Adolphi de Dasle: ea est in diocesi Hildesemēsi. Mirum quomodo in tam longinquum, nisi quia Burewinus Saxones sibi fauentes habuit, propter vxorem quam tenebat, & propter commune odium in nomen Adolphi de Holsatia & amicorum eius. Et collata manu, primus omnium Niclotus, princeps Kissinorum & Rostockii, cadit, vir prudēs & bonus, & qui meliore dignus esset

Niclotus in prelio cadit.

esset fortuna. Tota illum luxit vicina Wandalia. Cognito tanti viri occasu, alacrior hostis insurgit. Sed & Wandalis calor incidit se in Teuthonicos vindicandi. Fit versa prælii vice cædes in agmina Adolphi: sine comparatione plures ceciderunt de parte Adolphi. Tam acris erat stimulus vindicandæ mortis Nicloti. Causa autem huius incurSIONIS fuit, quod hic Adolphus cū nepote suo Adolpho Holsatiæ comite, nuper Thietmarsiam vastantes percurrerunt, quæ tum Danicæ parebat coronæ. Deinde verò (quod in Dania diximus) quum Adolphus exutus Holsatia per ducem Sleswici, Waldemarum regis Dania germanum fratrem, se in Hamburgum (fidam sibi urbem) contulisset per brumam, cinctā est obsidione ducis: in cuius erat castris Burewinus Oborritorum prin- 10 ceps. Et quum comes nec terra nec mari posset elabi, venit Adolphus in potestatem Waldemari ducis, & in captiuitatem trahitur per Holsatiam suam in Sleswicum miserabiliter. Ibi que perdurauit, donec omni Holsatia in manu regis posita, datis obsidibus abiret vltra Albim, in antiquam ditionem suam Scowenborg: nec est vltra reuersus vnquam in Trāsalbinam. Iam omnis Holsatia, præter arcem Zegeberg, erat in manu ducis. Nam Waldemarus, omnium compos per Holsatiam, quum Hamburgum iam teneret, cōtinuato victoriæ cursu Raceburgum, Godebusch, Wittenburgum, se illi permiserūt: sola arx Louenborg remansit in manibus fidelium Adolphi. Tum se Waldemarus cum victore exercitu Lubicam contulit. Ciues cogitantes quod res erat, defensorem se nullum respicere, conciuēs suos æstate proxima piscantes in Scania captos, Dania regno 20 se nulla ex parte posse carere, pacti suorum relaxationem & pristinarum obseruantiam consuetudinum, duci se & per illum regi Dania permiserunt.

Adolphus captus Holsatia spoliatur.

Lubicæ regi Danorum se tradunt.

LIBRI SEXTI FINIS

ALBERTI KRANTZII

WANDALIÆ LIB. VII.

30



AM Lubica præclara Wandalorum (Wandalico verius dixerim in solo fundata) vrbs, emporium singulare mercatorum, adhuc intra centesimum annum primæ foundationis, in ius Danorum regis concessit. Nam proxima æstate rex Lubicam veniens, ciuitatis ibi dominus est consalutatus: quod antea etiam ciues deliberauerant, quū ab Adolpho obsideretur, regi eam permittere. Iam ipse rerum cursus ordinabat vt dominus fieret, nullo in eam rem educto gladio.

CAP. I.

Rex Danorum salutatur Lubicæ dominus, & omnia Adolphi occu- pat.

Capto enim Adolpho comite, quid nisi in potestate habuit captiui omnia dominia? Qui tum comitis arcem ad ostium Trauenæ tenuerunt, audito quod omnia pessundata essent, regi quoque illam consignauerūt, pacti abire liberi. Hic est interim rerum status, vt vnus Kanutus regem se Danorum, Wandalorum & Nordalbingiæ ferat, & in titulo scribat. Erat autem tum annus M C C. Holsatiam tum pro rege administrandam accepit Albertus de Orlemunde comes, frater vterinus Adolphi ex eadem matre: quod in Saxonia ostendimus. Quumque per ea tempora ecclesiæ Raceburgensi præesset Isfridus, Euermodi (cuius supra virtutes ostēdimus) successor, vir magnæ patientiæ, sum- 40 mæ abstinentiæ, & totus religionis cultibus deditus. Illo autem circa hæc tempora deficiente, facta est diffensio inter canonicos de successore, ipso necdum funerato. Pars enim conuenerat in personam domini Henrici, quem idem ille locus præpositum habebat, virum discretum, & omni honore dignissimum: qui præposituram suam multū ampliauit, rebus, personis & edificiis, & (quod omnia superat) religionis honestate. Pars autem altera personam domini Philippi (qui capellanus fuisset episcopi defuncti) sibi præferri episcopum expetebant. Facta autem controuersia hoc ordine quieuit, vt partes ram electorum quàm eligentium, arbitrio comitis Adelberti se committerent. Mira illorum temporum simplicitas, vt in manum laicam conferrent arbitrium episcopi cōstituendi. Sed quid miramur, quū iam dudū antè Romani ipsi arbitriū summi pontifica-

I. 200.

Vitiola episcopi creandi ratio.

tus constituisent in manum Imperatoris Hērici III? & Henrici alii & Fredericus I. diu super ea re durissimas contentiones cum ecclesia sub arbitrio constituendorum pontificum habuerint? & Henricus Leo eius rei sibi arbitrium desumpserit? quod superiora declarant. Ille ergo accepta deliberatione, Philippum censuit præponendum. Hæc autem ideo facta sunt, quia dominus Waldemarum Daniæ rex, iam vsque ad Albim omnium terrarum dominus, in Suecia erat occupatus: alioqui ad illū recurrissent. Philippus inuestitus Bremam se contulit, & à domino Hartwico benedictionē episcopalem accepit, sicque consecratis ecclesiis, & ordinatis rebus in sua diocesi, ad episcopum Traiectensem est profectus: ibique per annum consistens, domino regi Waldemaro se non exhibuit. Vnde factus est regi suspectus: sed tamē interueniente comite in gratiā eius 10 est reuersus. Nec multo post Hartwicus secundus Bremensis archiepiscopus vita excessit. Quumque illo adhuc viuente ecclesia eius miris motibus concuteretur, nunc destituta pastore grauiore turbationes excepit. Nam electionis negotio pendente, interloquuti canonici dominum Waldemarum Sleswickensem episcopum (qui tum longæua captiuitate solutus Bononiæ agebat) vnanimi cleri & populi consensu archiepiscopum postularunt.

Dissent canonici in eligendo archiepiscopo.

CAP. 2.

FVERUNT tamen qui se huic electionis, siue potius postulationis negotio subtraxerant, non reclamando, sed elongando rem improbarunt. Burchardus hic erat, maior præpositus, cum quibusdam adherentibus. Hamburgenses autem canonici, propter regem Waldemarum (qui ipsam tum tenebat ciuitatem) suspecti in hac electione habiti, 20 non vocabantur ad eam. Qui de contemptu suo grauius se opponere postulationi, dicentes suam esse ecclesiam matricem, à qua deriuatus est honor metropolitici: quæ de re iniquū esset eius membra in electione præteriti. Bremenenses, missis honoratis nunciis tam ex clero quàm ecclesiæ ministerialibus domino Waldemaro Bononiæ constituto, ipsam illi de se factam postulationem intimarunt. Qui accepta competenti familia, cum eisdem & testimonio Bremensis ecclesiæ domino se præsentauit apostolico: qui adgaudens dominum postulatam (quem sciebat esse virum regii sanguinis) per benignè accepit: ei congratulatus, quod post fortunæ varias iactationes, locum se dignum in archiepiscopatu reperisset. Nec tamen festinauit in cōfirmatione factæ postulationis, donec diligentius de meritis causæ scrutaretur. Quo tempore nuncii Hamburgensium canonicorum superuenere, reclamantes postulationi, & eam minus canonicam asserentes. Venit quoque orator regis Waldemari, Petrus Roschildensis præpositus, sine literis tamen & documentis ad causam publicis (quæ se incurssione latronum in ipso itinere diceret amisisse) postulationi tamē memoratæ magno nisu se obiciens. Commonefecitque summum pontificem iurifurandi quod regi præstiterit Waldemarum, nūquam se tali loco moraturum, in quo regi suspectus videri posset. Cōmouerat enim pridem illi bellū de regno, quod & ipse patre rege esset progenitus, illo Kanuto, qui cum Zuenone & primo Waldemaro partitus esset regnum: quod ostendimus in Dania. Quibus cognitis, papa Waldemarum per aliquot dies Romæ detinuit, quoad usque de sacri collegii consilio de ipso ordinaret. Waldemarus autem vidēs se in arcto constrictum, illi 40 centiatus vrbe secedens, ad regem Romanorum se contulit Philippum, de regno decertantem cum Ottone III. Leonis filio, qui eum honorificè Bremam misit. Illi exultantes, postulatam suam cum gaudio susceperunt. Papa autem missis literis ad omnes Germaniæ ecclesias, Waldemarum inobedientem vinculo excommunicationis districtum nunciavit. Bremenenses hoc diu ignorauere, quia literas apostolicas nemo eis porrigere præsumebat: donec in quadam missa publica, à quodam inter cæteros offerente, in altare sunt collocatæ.

Non mirum, si Apostolorum instituto & exemplo neglecto, inter se dissident.

Papa excommunicat postulatam.

CAP. 3.

HANC autem Waldemari episcopi in Bremam susceptionem rex Waldemarus tulit permolestè: sciebat enim hominem non quieturum, quod se (vt diximus) coronæ affereret affinem. Cum multitudine igitur graui rex diocesim ingreditur Bremensem, 50 volens depellere Waldemarum, & eius loco Burchardum præpositum introducere. Habuit autem rex Guncelinum & Henricum eius fratrem (comites Zwerinenses) sibi tum grauius aduersantes, quod Iohannem cognomento Gantz terra ditionis suæ eiecissent (occupata arce Grabow, quæ ad illum pertineret) profugientem ad regem Daniæ memoratum, missaque parte copiarum sub manu Alberti comitis Nordalbingiæ.

Rex Danorum in diocesim Bremensem.

Hic

Hic erat (vt diximus) Henrici de Orlemunde comitis filius, qui matrem tertii Adolphi viduam duxit coniugem: vnde erat Adolphi frater vterinus. Hunc enim, pulso Adolpho, rex Holsatiæ præfecit. Albertus ergo arcem Boytzenborg diruit, deinde omnem terram Zwerinensium euastauit. Waldemarum verò episcopus petere armis regis ditionem cōstituit, vt se in eum vindicaret. Sed casu per ea tempora Philippo Romanorum rege, partes Waldemari conciderunt. Burchardus autem maior ecclesiæ præpositus, ad archiepiscopatum aspirauit, Hamburgenses canonicos & quosdam Bremenses sibi deuinctos habens. Ad regem Romanorum proficiscitur Ottonem, ab eo impetrans inuestituram episcopalem. Quumque cōpos voti redisset Hamburgum, eam urbem 10 in sua tenuit potestate: & per quosdam amicos etiam Stadium urbem accepit. Veniens autem Waldemarum episcopus, latenter eam urbem recipere tentauit: sed impeditus est diligentia aduersantiū. Ergo contractis armis ex omni diocesi, Stadium Waldemarum episcopus obsedit, & cepit armis, fugientibus aduersariis: direptum est oppidum miserè. Sed tamen postea Burchardus cum amicis recuperauit, atque firmauit. Porro rex Waldemarum Albim ponte strauit, quibusdam credo locis opportunis, quæ tum angusta fuerint: vt de insula transiens in insulam, vltra Albim mitteret equites peditesque. Et 15 infusus partibus Bremensium, per suos arcem apprehendit Horneborg, & diligentissimè communiuit, tenuitque durante illo bello.

Archiepiscopus copius copitores armis contendunt.

OPERÆ PRECIUM est intueri quis tum status fuerit Hamburgi, antiquæ urbis, 20 postquam Adolphus comes, relicta non modò Holsatia, sed etiam (vt hic locus indicat) comitatu Stadenfi, de quo Waldemarum & Burchardus contenderunt, cōcessitque in Scowenborg, antiquam patriam. Certè Hamburgum peruetusta memoria semper Saxonum genti inscribitur, cum omni Nordalbingia, hoc est Stormaria, Holsatia, Thietmarfia. Nunc obtinuit consuetudo vt Wandalicis urbibus annumeretur, quo modo & Lunenburgum, quæ ab omni sui memoria Saxonibus paruit. Sed nulla vnquam memoria prodidit his urbibus, Hamburgo & Luneburgo Wandalos habitasse: quanquā Lunenburgum in solo Wandalico conditū ab Saxonibus, negare non possumus, quo modo Lubicam, Wismariā, Rostockium, & quæ in eo sequuntur littore maris Germanici. Sed 30 vetustior est memoria pulforum Luneburgo Wandalarum, quàm cæteris. Hamburgum verò, illo quod scribimus tempore, Daniæ regi parebat, cum omni Nordalbingia & ciuitate Lubica, postquam Adolphus, eius nominis tertius, per brumam glaciale Hamburgo interceptus à Waldemaro, tunc duce, postea rege, cœpit omni illa ditione carere. Sperauerant diu Saxones, ducem Waldemarum, postea regem, sororio suo Wilhelmo, Henrici Leonis filio, Nordalbingiam donaturum. Sed dulce semper fuit Danorum regibus, in Germania tenere ditionem: vnde flecti non potuit Waldemarum vt ea cederet. Alberto tamen de Orlemunde comiti, eam rex permisit administrandam. Hic est ille Albertus quem annales nostri produnt, non ostensa eius origine, nisi quod testatur regem Waldemarum fuisse auunculum eius: & aliis locis memorant, Wilhelmum Henrici Leonis filium, Ottonis tum Romanorum regis fratrem, habuisse coniugem Waldemati germanam. Vnde in suspicionem venerunt nonnulli, fuisse Albertum Wilhelmi 40 filium: sed tempora non patiuntur. Paruit ergo ea tempestate Hamburgum (quo modo & Lubica) regi Danorum Waldemaro: quomodo autem eam occupauerit, in Saxonia diximus. Deinde quum eadem vrbs iam Romanorum regi Ottoni subesset, occupata secūdò ab rege Waldemaro, donatur Alberto memorato in perpetuam possessionem. Vnde extat litteræ Alberti, super quibusdam iuribus illi tum vrbi permissis. Arcem ille firmauit super eam ad orientē, cuius extant fundamenta, nō longè à villa Stenbecke: quum rex oppugnationis tempore aliam teneret ad occidentū, in expugnatione secunda. Cuius loci nomē permanfit, sed nulla vestigia: appellatur enim Noua arx. Vicus nūc ciuitati inclusus, tum locus erat extra mœnia. Tenuitque Albertus Hamburgum vsque ad tempora III. Adolphi, qui eam urbem cum omni Holsatia recuperauit, potitus magna de rege victoria in Bornehouede, ipsa die Mariæ Magdalenz.

CAP. 4.

Hamburgum in solo Saxonico.

Dulce Danis in Germania imperare.

Hamburgum diuersos habuit dominos.

HÆC autem tempora memorabilibus rebus sunt insignita. Nam anno post natum Christum MCCIX. Waldemarum Daniæ rex ministerio Iarimari principis Rugianorum fundauit urbem nunc præcipuam Stralensundensem: quæ nunc in cæteris urbibus Wandalicis non minima, floret opibus, ciuibus plena, ædificiis exornata: quæ vnde

CAP. 5. 1209.

Straleffunda à Dano condita, quod habeat etymon.

nomen sortita sit, paulisper intendamus. Danicæ lingue vocabulum *Sund*, insinuat eius authorem fuisse Danum, aut Danis parentem: talis incūctanter tum fuit rerum status. Vocant autem Dani angustam maris faucem *Sund*. Nam quum Dania sit tota insularis, præter Iutiam & Scaniam, quæ sunt peninsulæ (vt in principio Daniæ ostendimus) multas esse fauces maris faciunt insulæ sibi obiacentes: inde Orfund, Grunsund, & eius generis. Eundem in modum hæc vrbs quam scribimus, obiacēs Rugiæ Wandalorum insulæ, Strelessund est vocitata, quod proxima insula Strela diceretur. Nunc detorto (vt fit) paulisper vocabulo, Straleffund appellatur, à proximo mari, & inter Rugiam & vr-
bem excurrens, ambas diuidit. Sic enim *Strelessund*, quasi Strelæ faux, vocitatur. Ita maris vocabulum proximæ vrbi nomen indidit. Eodem anno vrbs Lubica proprio cōfla-
10 grauit incendio, vsque ad domos quinque tota consumpta: quæ hodie nomen seruant, vt vicus quinque domorum appellerur.

CAP. 6.

Danus regni limites propagare aggreditur.

PER eadem tempora rex Waldemar, multis auctus victoriis, Prussiam est adortus, & adiuga sua coegit, vt tributa persolueret: nondum enim ordo Teuthonicorum eam acceperat terram commendatam. Inde mouens, contendit aduersus duces Pomeraniæ, quos (vt Obotritos) suæ voluit parere ditioni: quo expedito, iam omnem maritimam teneret Wandaliæ. Nam ab occidua parte Wagriam tenebat cum Holsatiæ inde Obotritorum & Kiffinorum (quæ nunc tota est Magnopolis) subiectam tenuit, quum principes eius dominum illum suum recognoscerent. Rugiam iam à multis annis pater eius domuit. Quibus si accessisset Pomeraniæ, nihil deesset littori Wandalico, 20 quod non regi paruisset: nam mediterranea vel marchioni vel duci Saxoniam erant subdita. Rex tum aliquot ciuitatibus in Pomerania captis, & Demyno nota vrbe instaurata, impositoque pro tempore præsidio, victorem exercitum reduxit in Daniam. Interim Lubica miserè seruebat: qui arci præfuere Dani, ciuibus nimium graues incubere, tantumque imperii sibi vendicabāt, vt etiam vicos de regis & militum nomine censerent. SED pessimus diurnitatis custos est metus: quem enim quisque metuit, per-
iisse cupit. Ciues continuò cogitabant quomodo regis manus euaderent, & ad pristinam libertatem Deo miserante redirēt. Erat tum in Romano Imperio maxima turbatio, quòd Ottonem III. summus pontifex quantum antea aduersus Philippum adiu-
30 uerat, tātum homini postea infensus, vbique reluctatur, efficiens vt contra illum eligeretur II. Fridericus, Siciliae rex, Henrici VI. filius, & Friderici I. nepos. Quantum autē in illius prouectione profecerit ecclesia, non est nunc dicendi locus: sed sequētia monstrabunt. Quia non est inuētus alius Ro. Imperator Christianis tēporibus, qui grauior fuerit Ro. ecclesiæ cunctisq; Italiae: cuius vasti tatem maximam suis temporibus, præsertim Longobardiæ, & fecit & procurauit. Sed hæc interim.

CAP. 7.
1226.

ANNVS erat à nato Christo post mille ducentos XXVI. quum in Romano Imperio Fridericus iste II. ageret. Ciues Lubicenses legationem solennē faciunt ad Imperatorem, ostendentes maiestati suæ olim se paruissse illius auo, & eius munificentia multis donatos libertatibus, ad decus Imperii, quòd in eius vltimo sinu constituti, minimam ex illo protectionem haberent: deinde varia fortuna iactatos, nunc ab Henrico Leone, nunc à vicinis comitibus exagitatos, nouissimè in ius atque ditionem Danorum regis peruenisse. Orabāt quàm sanctè, vt seruituti grauissimæ exempti, ad Imperii protectionem susciperentur: facturos in reliquum tempus imperio Romano omnem cum obsequio honorem. FACILE impetrat, qui sic petit vt meliorem faciat conditionem eius cui supplicat: facilisq; est inuentus Imperator ad ea concedenda quæ amplitudinem eius decorarent. Solenni ergo exemptione iuribus excepit quorumcunq; qui Imperio suam pridem ciuitatem detraxissent: & ad integritatem Ro. ditionis denuo reuocauit, scribens principibus vicinis, Bernhardo duci Saxoniam, Gerhardo archiepiscopo Bremensi, comitibus de Aldēburgo, Raceburgo, Magnopoli, vt suppetias ferrent vrbi ex faucibus Danorum eruendæ. Reuersi oratores, clam omnem rem habere, subductis litteris, donec opportunum tempus inuenirent arcis in sua ciuitate occupandæ. Dani eius custodes nihil tum suspicionis habentes, superbè ac liberè agebant, euntes & redeuntes. Quum interim obseruantes nonnulli ex ciuibus tempus negligentis custodiæ, clam ingressi arcem, quum arma sub vestibus gererent, facile enecatis qui restiterant, ceteros, si vellent, abire permiserunt: arcemq; suæ potestatis factâ statim
30 confre-

Lubica expulso præsidio libertatem recuperat.

confregerunt: & post non multos dies fratribus Prædicatoribus consignauerunt, qui vsque hodie tenent: nomen quoque nunc seruat monasteriū arcis, vt etiam nunc *Borg* dicatur. Rex autem Waldemar comperta Lubicensium rebellionē, exercitum contraxit validum, & per Iutiā pedestri itinere duxit in Holsatiam. Otto dominus Luneburgensis, nepos Henrici Leonis ex filio Wilhelmo, natus sorore regis Waldemari, auunculo suo Danorum regi tulit suppetias. Thietmarsī quoque iam dudum regi parebant: nam à temporibus Hartwici secundi archiepiscopi (qui grandi ære imposito multare constituit) sese iunxere Waldemaro episcopo Sleswickcensi, & perinde Dani-
10 cæ coronæ. Pertæsi nunc & illi Danici imperii, quum inuiti regem sequerentur, in ipsa acie constituti, versis clypeis transfugerunt ad comitem & Lubicenses. Ciues autem iam dudum exhibitis Imperialibus literis ad vicinos principes, auxiliaria arma con-
traxerunt plurima.

ARMORVM ductor erat Adolphus Holsatiæ comes, ordine III. à primo eius nominis, ex Adolphi III. (quē primū Leo, deinde rex extruxit Holsatia) filiis: qui potuit inter obsides esse quos ille dedit regi, quū captiuitate laxaretur. Non enim esse potuit iste III. qui in hac expugnatione pugnabat: illum enim hoc tempore facio septuagenarium, ex diebus occisi patris apud Demynum. Erat enim quum ille cederetur, annus LXXIII. post centū mille: tum filius iste erat adulescentulus. Ex hoc autē in XXVII. post mille ducentos, fluxerunt anni ad minus LXX. Hunc ergo III. Adolphum illum
20 accipio quem ferunt Holsati, quum Danorum imperio premeretur, per sceminiam nobilem Dest impetratum à patre puerum, in Holsatiam eductum, quum gladio ius suum Holsati se defensuros præfecto in Zegeberg obtenderēt. Erant ergo in castris partis Lubicensium, Gerhardus archiepiscopus Bremensis, Albertus dux Saxoniam, Bernhardi filius, Hēricus de Zwerino comes, Burewinus Obotritorū princeps. Cōuenerant exercitus hostiles in Mericam in Bornehouede, vbi die festo diuæ Magdalenæ, explicitis aciebus pugnam ineunt. Vota fiunt in laudē Dei, si victoria potirentur. Inito certamine diu multumq; conflictatum est: sed Dani cœperunt solem aduersum habere, vt radiis reuerberati cæcutirent. Cōtenderant enim Teuthonici, & peruicerant, vt hostibus sol in oculis esset, ipsis in dorso. Tum visam credunt Magdalenam opposuisse nubem. Ibi
30 tum multis cæsis rex cum filio fugam iniit. Otto dominus de Luneburgo captus principibus venit in direptionem. Thietmarsī in ipsa cæde transfugientes, Danis vt hostibus incubuere. Eius victoriæ memoriam quotannis peragunt Lubicenses die Magdalenæ, data stipe. Fratres quoque prædicatores solennibus epulis institutis, maiores vrbis inuitant, & pauperibus multa largiuntur: ipsi in gloriosa paupertate diuites.

Thietmarsī Danum in ipsa prælio dixerunt.

HÆC est illa Lubicanæ vrbi gladio parta libertas. Exemit Imperator, & excepit in participium Imperialium ciuitatum: sed nulla arma exeruit pro illorum libertate, ipsi suis gladiis & vicinorum auxiliis libertatem sibi à Danis pepererunt. Ferunt Daniæ regem, quum ante hos dies (quod in Saxonia diximus) captus teneretur ab Henrico comite de Zwerino, in sua relaxatione iureiurādo firmasse, nunquam se Nordalbingiam
40 repetiturum: proximo tamen anno (illo quem nunc scribimus) magnum agmen infasto sydere duxisse in Holsatiam. Sed neque sic quieuit. Nam anno qui tum sequebatur, infesto agmine Holsatiam iterū petiuit, obsidens Reynoldi arcem (nunc breuiato nomine vocant Rendesborg) clauem terræ, & arcem liminarem. Adolphus Holsatiæ, Henricus Zwerinensis, comites, expeditis militibus obuiam egressi. Animos fecerāt & regis quæ præcessit captiuitas, & sequuta insignis de illo victoria. Paludem transeuntes à tergo imminebant Danis: & inito conflictu, Danos soluere coegerunt obsidionem, aliquot captis & cæsis. Rex tamen eodem agmine in Thietmarsiam versus, vindicauit in
50 populū quòd fecerat transfugium (quòd fide violata, in ipsa acie transfissent ad hostes) multis eorū cæsis & euocatis. Inde conuertit agmen in Itzeho: sed ibi non nihil accepit
detrimenti, Holsatis vndiq; incurstantibus. Interea Adolphus & Henricus comites, missis solennibus nunciis Albertum Saxonie ducem euocarunt, vt veniens ditionis suæ voluntarios Nordalbingos susciperet, tueretur, & recuperaret ditionis suæ terminos, Raceburgum & Louenburgum: quæ quum prius (vt omnia) in manibus regis extitissent, nunc rebus conuersis ad antiquum dominum respicerēt. Non contempsit ille legationem, veniensq; recepit quæ pater suus Imperiali beneficio primus accepit. Interim rex

Danus parum feliciter bellū redintegrat.

In Thietmarsos perfugas animaduertit.

Daniæ Hofatiâ magno agmine pertrâfuit: & quoniâ in acië Hofati prodire noluerût, yastandis terris & obsidëdis arcibus institit. Obsedit tû arcem munitissimâ Zegeberg, & aduersus eam vt expugnaret, firmavit aliud præsidium: sed frustratus rediit in regnû.

CAP. IO.

Omnes à Da-
no, clade acce-
pta, præter Ru-
gianos, diffi-
ciunt.

PER quæ tempora Demynum oppidum orientalis Wandaliæ, quod tum etiâ Danorum regi imposito paruit præsidio. Quum audirent ciues, versa Danorum fortuna Lubicam & omnem Nordalbingiam excussisse iugum regis, & ipsi de sua libertate cogitarunt. Interpellauere autem congentiles suos, vicinos Wandalos: & facto impetu in præsidium militum quod rex Daniæ imposuerat, omnes aut ceciderunt aut abegerunt. Nec mansit ex eo die quicquam in fide regis ex Wandalia, præter solam Rugiam: quæ virtute Iarimari sub regis impetio conqueiuit. Paulatim verò increcente noua vr-
10 be, in littore maris opposita Rugiæ, multi in eam commigrarût Saxones, vt & lingua & moribus iam dudû sit Saxonica: quod idem in Lubica atque Rostockio (præclaris nunc eius prouinciæ vrbibus) cernimus euenisse. Nam etsi fundus sit Wandalicus, omne tamen nomen Wandalicum ita habuerunt aduenæ Saxones exosum, vt non paterentur in suis collegiis & societatibus quemuis esse, qui non sit ortus parentibus Teuthonicis, idque sacramentis extorquent ab iis quos suscipiunt. Magna gentis iniuria! quæ patrio solo exturbata, in ipsis suis natiuis sedibus non sinitur habitare & viuere: retrusa in me-
diterranea, vbi pro durissima seruitute multis dilabentibus, & Saxonum se populis im-
miscentibus, vix pauci ad agrorum culturam, sub grauissimis tributis resederunt. Titulus autem gentis remansit apud principes: qui morientes, proxima successione illum
20 transmiserunt ad duces Magnopolenses: quibus hodie paret terra quæ Wandaliæ nomen retinet, ex latissima Europæ totius latitudine redacta in breuem angulum: vt latissima natio antiquum nomen nusquam nisi in illo mûdi angulo conferuet. Remansere principes antiquæ originis in ditionibus suis, mansit nobilitas in paternis prædiis & possessionibus: rustica plebs effugiens durum iugum imminuta est, transfugio deserens agros, & abscondens in externis gentibus originem. Facit hoc contemptus gentis, vt nemo, nisi quem lingua prodit, se fateatur esse origine huius gëtis, hodie per Christianismum (vt diximus) diffusissimæ. Quid enim attinet erubescere originem Wadalicam, cuius gentis patres tam amplas res gesserunt in Galliis, Hispaniis, Aphrica, & quotidie gerût in Russia, Polonia, Bohemia, Dalmatia, Histria, Bulgaria (quæ, teste lingua com-
30 muni, gens vna censetur) quas supra commemorauimus?

CAP. II.

GVNCELINVS patri cognomius, Zwerinensem comitatum tenet post patrem, quem ille ab Henrico Leone promeruit. Hic ergo filius quum Mekelnborg pro sui magnitudine oppidum cerneret immunitum (quod distensum in longum, nullis vallibus ac muris potuit firmari) vicino loco ad mare contiguum vrbem cœpit commoliri, quam Wisnariam (incertum vnde ducto nomine) appellauit. Si Latini rem gessissent, suspicarer Cismariam vocitatum. Nunc quum Saxones fundamenta iecerint, in obscuro manet vnde sit nomen ductum. Wisnariam tamen nomen esse Wandalicum, ex aliis meminimus. Potuit ergo vir in gente nobilis, ibi habitâs, loco relinquere nomë, vt ex Wismaro Wisnaria, quo modo ex Romulo Roma diceretur. Ad eâ Saxonici generis multi
40 habitatores se cõtulere, breuique coaluit in tantum, vt omnem memoriam veteris oppidi Mekelnborg (hoc est magnæ vrbis) penitus aboleret. Vnde sibi titulum sumpserunt principes nûc Magnopolenses, abolito veteri Obotritorum vocabulo. In quo dux antea Sleswici Kanutus, de regio Danorû sanguine, aliquando regnabat, vir inter primos optimus, tempore Lotharii Imperatoris de domo Saxonix nouissimi: quod supra suo
1238. loco cõmemorauimus. Erat autem tum à Christo xxxviii. post mille ducentos. Monasterium quod prius inerat Magnopoli, cum arce Wadali rebellantes (quod supra diximus) subruerant. Sunt autem locis aliis in ea terra non paucis erecta virginum monasteria, quæ primam illam ruinam magnificè compensarunt.

CAP. IZ.

Adolphus Lu-
bicensis, quos
liberauerat,
fuit hostis.

ADOLPHVS autem Hofatiæ comes, tum ciuibus Lubicensibus de quibusdam
50 rebus malè consererat, dum sibi partæ illis libertatis aliquam habendam gratiam putaret, maiorem quam illi recognoscerent. Ciues innixi Imperialibus exemptionibus, nõ satis illi ad nutum responderant. Ille tamen Imperiales in vrbe concessionibus sibi vendicarat, quas patetis suo Henricus Imperator, Friderici primi filius, contulisset. Ciues obtenderant, eas donationes & regis Danorum victoria intercidisse, & renouata secundi
Fride-

Friderici exemptione abolitas esse contenderunt. Controuersia dum finem non haberet, peruenit ad arma. Comes iam Danorum regi reconciliatus, effecit vt rex de Lubicensibus querenti accesserit, iunctaque armorum societate Lubicam statuerunt legibus pristinis adigere: idque anni sunt maris ostia obserare. Rex magnis viribus ad nauigans, & exercitum non minorem, qui se copiis Adolphi comitis coniungeret, terrestri ex Iutiâ misit itinere: duoque præsidia rex firmavit altrinsecus ad ostia Trauenæ. Nec satis hoc ratus, veterem & iam rimosam nauim, saxis oppletam demersit in os fluminis, vt obstrueret. Ciues propugnaculis defensi, fodientes alium flumini exitum, in mare aperuerunt. Rex verò quæ non potuit impedire mergendo, catenis includere institit,
10 quas in duobus Trauenæ præfidiis firmavit. Sed superuenere de Liuonia naues onerariæ: quæ quum ista prænoscent, magno vento impactis nauibus diffilire fecere catenas, magnamque perinde gratiam cum Lubicensibus iniere: quòd nonnullis libertatibus in vrbe Lubica per eam occasionem dotarentur, vt ferunt. Cuius rei commemoratio ab inscitia venit. Nam quid esse tum poterat vel Riga vel Reualia, recenti memoria inchoatæ vrbes ædificari? Nunc etiam, tanto post tempore, quæ de Liuonia Lubicam naues petunt, mercibus & rebus Lubicensium onustæ magna parte nauigant. Et ideo naues quæ tum soluerant obsidionem, non alienæ, sed ciuium creduntur propriæ. Auerti tantis ciues nauibus, armatos imposuere, ausi in mari congregi regiis copiis. Sed illæ in Wernouiam concessere. Detecta res est Wandalis qui tum Rostockium tenere
20 cum conterminis locis, esse Danos (publicos Wandalorum hostes) in eorum portu. Quantis potuere viribus, duxere in Danos. Lubicenses à mari perurgēt. Ita in vtrorûque medio Dani coangustati pugnaverunt, & multis antè amissis, residui sibi fuga consuluerunt, redeuntes in Daniam.

PER ea tempora tantus fuit motus rerum ab gentibus barbaricis per Liuoniam, vt timor earum Lubicam & omnia maritima contingeret. Nam quicquid erat extra oppida & arces Christianitatis, absumitur à barbaris. Theodericus de Haseldorp, vir nobilis, ea tempestate inter multos occubuit. Creditumque est fieri posse, vt barbari apprehensis nauibus, quas multas tum homines nostri inuexerant, per maria adusque Germaniæ littora peruenirēt. Hoc veriti Lubicenses, aggerem suæ vrbi ad Hofatiam præ-
30 tenderunt. Letuani fuere qui tum timebantur, gens nimirum magna, quæ tum in Liuoniam versa, eam excitauerat formidinem. Poterāt vrgeri illi à nouis hostibus Tartaris, qui de Scythia magnis agminibus egressi, tum Sarmaticos campos (quos vsque hodie tenent ingenti hominum multitudine) impleuerunt. Perierunt in Liuonia aliquot nostratum millia, ad internecionem cæsa, quum multitudine sua Letuani exercitû Christianum penitus includerent corona circumdatum, & paucorum amissio nulla erat infinitæ multitudini damno. Sic Turci, sic pugnant hodie Tartari, sic & Russi, non statariam (vt olim) pugnam agentes, sed incursionibus & excursionibus omnia subruentes. Nam hoc erat illud tempus, quo Tartari primò nostris innotuerunt, gens immanis, & quæ victu & moribus multum ad beluinam feritatem accedit. Vngaros & Polo-
40 nos maximè tum vrgebant iidem Tartari, & ad eam redegerunt necessitatem, vt pro inedia & fame vterentur abominandis. Occisi in prælio dux Colomannus, frater regis Vngarorum & Henricus dux Slesix, cum magna hominum multitudine. Mira res, hoc nûc pati Vngaros à Tartaris, quod ante annos trecentos ipsi Pannoniis, Germanis, Italis, & omnibus quas attigerant nationibus intulerunt. Quo etiam tempore fratres ordinis diui Benedicti Lubicæ commorantes, quum in vrbe apud concilium ciuitatis non satis pro arbitrio suo sinerentur agere, egrediendo & ingrediendo vrbem, mane ac vesperi, die ac nocte, assueti libertatibus quas per sylvas, saltus, montes & per nemora habitantes in ordine suo tenent, in Wagriam contendunt, exædificato monasterio ad maris littora. Cismariam dixere, à loco nomen mutuantes, quòd cis maria habitarent. Mox deserto eorum intra vrbem Lubicam monasterio, moniales sunt introductæ ordinis Cisterciensis.

QVVMQVE per ea tempora, mortuo Iohanne Lubicensi episcopo, canonici non satis in electione vnum sentirent concordantes, per sex cõtinosuos annos vacante ecclesia, Albertus Liuoniensis episcopus (qui grande de sua ecclesia luctamen sustinuerat) Lubicensem interim vicarius pastor regebat per continuos annos sex. Fouebat illum
CAP. 14.
Ecclesia Lubicensis episcopus per annos 6. præfici nequit.

Innocentius III. tum apud Lugdunū Galliæ (propter tyrannidem Friderici in Italia) manens, illicq; conciliū agebat solēne. Hic pontifex fecit Albertū memoratū suum in Liuoniam & Prussiā oratorem, & permisit illi sedem vicariam Lubicę, donec in Rigēsem ecclesiā denuo transferretur. Erat is pridem scholasticus in ecclesia Bremēsi, vir omni literarū genere doctissimus, quod illa tempestate (necdū crebrescentibus publicis academiis) apud insignes ecclesias qui nūc durē scholastici, tū vocabantur magistri, docentes in omni literarum genere, in cunctis ingenuis & præclaris artibus. Ætate nostra scholastici officiū nullum est, nisi collectas pauperum scholarium in vsus mēse suæ vertere, pro se vicariū laborantem cogat insigniter esurire. Multa tum erant Lubicensibus incōmoda. Rex urbem Ericus è mari infestabat, memor quod patri aliquando suo parauisset, quē magno victū prælio à se ciues repulissent. Fecit rex quod patrē audiit fecisse: piscātes ciues è Lubica in Scania cōprehensos, pro arbitrio suo emunxit ære, vbi iugum non potuit (quod optauit) reponere. Ciues verò non satis ad iniuriam patietes, ausi rebellare regi, classē perarmant, mittuntq; in portum mercatorum: ita vocant locum regiæ mansionis. Ibi regiam oppugnāt, & solo deiectam funditus euertunt arcē, excinduntq; præsidium, & præda nauibus importata, onusti reuertuntur in urbē suam victores. Sed vrbs eadē circa hos dies ad dimidiū conflagrauit incendio, quod adhuc esset lutea.

Expurgatā voluere fata, vt lateritia fieret, quæ tum adhuc primordiorū suorū prætenderat vilitatem. Mira loci fortuna. Adhuc intra centesimum annum erat à prima fundatione, & iam ter incendio periit, totiesq; (vt ostendimus) dominos mutauit, donec in eum exiret, quem nunc seruat, statum Imperialis exemptionis.

CAP. 15. PER eadem ferè tempora vrbs noua Sundensis, in terra Circipanorum supra Rugiam (quod ostendimus) parum ante hos annos erecta, vbi sensit opes & vires mercaturis & negotiationibus per mare, per terras increuisse, aduersus Lubicēsem superbire cœpit & proteruire, intentans nescio quid insolitum, quod Lubicēses ciues dissimulare non poterant. Igitur iniuriam passi Lubicēses, nemini tamē querelam detulere: sed suæ vindices iniuriæ, perarmatis aliquot nauibus, duxere in Sundenses. Animos faciebat cum opibus tum armis quæsitā pridem ab rege Danorum victoria, quod minus dissimulare poterant, ab vicinis in eodē littore commorantibus. Solum vtrobiq; Wandalicum, Saxones tamen & collectitium genus hominum confouebant. Sūdenses nullum belli apparatus (vt pote nihil tale à mari formidantes) in noua vrbe fecere. Nam vbi ab Danorum rege nihil timuerunt, non putabant exoriri hostem illis à mari. Ergo imparatos faciliè superant, qui armis ad oppugnandum parati venerant: faciliè capitur vrbs ab iis qui omnem apparatus belli aduexere. Capiuntur ciues, ædes diripiuntur, & prædā nauibus importantes redeunt victores in sua: insolens nihilominus factum, & sine exēplo. Sed (vt diximus) agebat animos respectus Imperatoris: qui tamen superioris ius nec auferebat principibus, nec auxit Lubicensibus in vicinos potestatem, vt suis viribus, pro suo arbitratu, vindicent quod iure vel iniuria in se factum prætenderēt. Noua autem fuere tum in hoc littore Germanico omnia, nouæ vrbes, noui principes: non ea etiam ciuitas, quæ per temporum decursus cum opibus increuit.

CAP. 16. REPETENDA paucis, linea nobilitatis in Magnopoli & Pomerania. Burewinus Pribislai filius, ex vxore Mathilde, filia ducis Poloniæ, sustulit filios, Héricum & Nicolaum. Nam alius Nicolaus, Burewini fratruelis, dominus Kiffinorum & Rostockii, quū caderet in prælio Daslensi, prolem nullam reliquit. Ergo filii Burewini, viuo patre, ipso curante diuisere ditionem. Henrico prouenit orientalis Kiffinorum ditio, Magnopolis Nicolao. Is Nicolaus sine prole deceffit, obrutus domo corruente in Gadebusch. Henricus duxit vxorem Sophiam, filiam regis Sueciæ, ex qua sustulit filios quatuor, Iohannem, Nicolaum, Burewinum & Pribislaum. Viuebat pater Burewinus, & inter alia præclara opera fundauit monasterium virginum in Campo solis, non longè à Westkenbrugge. Sed propter agrorum sterilitatem, postea transtulit in locum quo nunc etiam manet, cui nomen indidit, vt diceretur Nouum monasteriū in hunc diem. Henricus deinde, patris religiosi bonus filius, ecclesiam fundauit Gustrowensem, quā priuilegiis & opibus voluit Hildesemensi comparari. Superuixisse ferunt seniore Burewinum Henrico filio, & nepotum legitimam suscepisse tutelam. Henricus autē peruenit ad annū xxviii. post mille ducentos. Vnde Burewinum seniore vel interfuisse, vel mi-

vel milites misisse in regem Danorum Waldemarum I. in locum Bornehouede, non est incredibile: nam nepos eius nominis, necdum attigit ætatem armorum. Filii autem Henrici diuisere paternam ditionem. Iohannes senior accepit Magnopolim, Burewinus Rostockium, Nicolaus Gustrow, Pribislaus Richenberge. Iohannes in adulescentia missus Parisios, literis multo tempore inseruiuit, annos (vt ferunt) viginti: & factus est in theologia magister, gradus nobilitati insolitus. Quumque multa nobilitas ibidem literis inuigilaret, fertur geminas ibi sorores, alteram Massiliæ principi, alteram Cypri regis filio despondisse. Ipse quoque comitis de Hennenberge germanam, sui constituentis, traditur acciuisse. Hæc et si insolita sint, quia in annalibus leguntur, fidem illis non putauit abrogandam. Reuersus in patriam, quum præ se ferret grauitatem suo ordine & gradu dignam, irrideri meruit à contribulibus, appellantibus illum patrio vocabulo *Knefe Ianike*. Ex vxore is sustulit filios sex, Nicolaum, qui fuit præpositus Zwerinensis, canonicus Magdeburgensis & Hamburgensis: Hermannum, qui fuit canonicus Zwerinensis, Hildesemensis, Lubicensis: Popponem, qui suscepit ordinem Teuthonicorū: Albertum, qui duxit vxorem, sed obiit sine liberis: Iohannem, qui duxit filiam comitis de Rauensberge, ex qua reliquit filiam: & Henricum, ad quem peruenit tota patris ditio. Hic est ille captiuus in terra sancta.

POMERANORVM autem & Stetinesium principum linea hæc est. Werflaus primus in ea nobilitate, princeps Christianissimus, vixit sub Hérico Imperatore v. baptizatus à diuo Ottone Bambergēsi episcopo: peruenit ad annum Christi m c x x i i i. ibiq; finem viuendi faciens, filios reliquit Bugslauum & Kasimirum, qui sub Imperatore Friderico I. susceperūt ducalem honorem, in obsidione vrbs Lubicæ. Casimirus præmoriens sine prole, fratri reliquit omnem ditionem: qui fundauit ecclesiam Caminensem, monasteria Stolp & Colberge, pulchra nominis sui monumenta. Peruenit ad annum m c l x x v i i. moriensque reliquit filios, Bugslauum, Casimirum, Werflauum. Hic Bugslaus inde nomen habet, quia fundauit præposituram in Camino. Præclara principum facinora ad me non peruenerunt, requirentem ea non minima diligentia. Peruenit viuendo ad annum m c c x x v i i. Casimirus reliquit filium Zuantoborum, ex quo nepotes, Casimirus, Zuantoborus, Werflaus: in quibus ea linea substitit. Werflaus tertius frater, reliquit filium Bartholomæum, in quo substitit. Bugslaus autem (in quo durauit diu successio) reliquit filios, Barnaim & Bugslauum. Barnaim fundauit ecclesiā beatæ Mariæ in Stetino, peruenitque ad annum Christi m c c l x x v i i. Bugslaus frater non reliquit prolem. Barnaim autem reliquit filios, Bugslauum, Barnaim, Ottonem. Ex quibus Barnaim filius, moriens anno Christi x c v. post mille ducentos, nō reliquit prolem. Otto ex fratribus tertius, reliquit successores, quo modo & Bugslaus. Et quoniam tetigerūt illi annum trecentimum post mille, vsque ad illa tempora intermittamus numerationem, medios primū annos excussuri.

TVM verò Adolphus, Holsatiæ comes, quum filiam suam despondisset Abeli duci Sleswickcēsi, comparatis copiis nauigauit (ducta etiam secum coniuge) deuotionis gratia in Liuoniam. Erat enim plenaria indulgentia pugnantibus in ea prouincia, quo modo esse consueuerat in terram sanctam militantibus. Sed quum omnis spes de illa recuperanda iam penè cecidisset, intenderunt pontifices in Liuoniam, quæ tum primò ad Christum cōuersa paulatim augefcebat. Adolphus ergo abesse non passus tam piæ causæ, etiam vxorem (quæ viro militanti impenderet obsequium) ad participium gratiæ plenariæ secum traxit. Memor erat vir nobilis patriæ virtutis in terram sanctam: bis enim in eam peregrinationem abiit tertius Adolphus. Quia in terram sanctam nō poterat, in prouinciam propinquiorem Liuoniam intendit animum, eadem cōsequuturus plenariæ indulgentiæ munera, quæ ex Palæstina parens assequebatur. Quid verò profecerit, latè testantur annales terræ illius: quos quia non tenemus, stylum hīc figimus, ad alia diuertentes. Hoc autem certum est, quod inde regrediens, rebus iam ex sententia constitutis, quum filios haberet Iohannem & Gerhardum, quos literis perdiscendis Parisium miserat, paruulūq; domialebat Luderum, non diu superstite, filiāq; (quod diximus) Abeli duci Sleswickcēsi coniugē collocasset: cōmendata illi terra pro filiis, ad eorū reditum gubernāda, se reddidit fratribus minoribus in Hāburgo, die sancti Hippolyti, cum duobus militibus, dictis de Gickow, anno Christi x x x i x. post mille ducentos, inque eo

Scholastici mure docendi solati, opes tamen retinent.

Lubice vrbs crebra conflagrationes, & dominii mutationes.

Lubicenses urbem Sundensem improviso captam diripiunt

Nobiles, etiam uxores ducturi, theologici dant operam.

CAP. 17. Pomerania et Stetini ducum enumeratio.

CAP. 18. Milites plenaria indulgentia ad bellum imitantur.

Adolphus bellis defunctus Francisci cucullam induit.

ordine vixit religioſiſſimè ſupra annos xx. quod in Saxonia diximus.

CAP. 19. BOHEMIAM interea, huius nationis præcipuam partem, regno tenebat Odoacer rex, filius Primislai: qui à Philippo Romanorū rege (qui cum Ottone quarto colluctabatur de Romanorum regno) coronam regni accepit, poſt multos qui præerāt, ducis nomine contenti, abſtinētes regio. Sed hic Primislai duos reliquerat moriēs filios, Wentzeſlaum & Otikarum, quem Odoacrem Itali vocant. Fratrem, qui maior erat natu, breui exempto rebus humanis, Odoacer regno cœpit præeſſe. Cōtenderant tum (quod diximus) de Romanorum regno Philippus Suavia, & Otto Saxonie duces, ambo coronati reges ab Adolpho Colonienſi archiepiſcopo: quod in Saxonia oſtendimus. Sed (quod huic propriū eſt loco) Odoacer dux Bohemie, Philippo tum inhæſerat. Philippus autem, vt ſibi magis cōciliaret hominem, magisq; beneficio ſibi deuinciret, ex duce creauit regem illum Bohemie. Antè quidem (quod diximus) aliquot vicibus Bohemia regem habuit: ſed quum tæderet populum libertati aſſuetum, adorare Cæſarem, ſupra ſe dominum venerari regem, vitæ & mortis ferentem arbitrium, temperabāt faſtū dominantis: vt ducem potius haberent quàm regem. Iſte tamē Odoacer à Philippo coronam accepit, & illi in Ottonem æmulum tulit ſuppeticas. Non diu tamē permanſit illa ſinceritas. Nam offenſus à Philippo Odoacer, cum duce Turingie, quem vocant Lantgrauium (Latini comitem prouincialem appellarent) tranſiit ad Ottonē. Grata fuit Ottoni acceſſio: nam Miſnam vicinasq; prouincias, Philippo parentes, euasit. Hermānus tamen Turingus memoratus, malis coactus eſt redire ad Philippum. Occaſio verò per quā Bohemus diſceſſit à rege, hæc fuit: Vxorē Bohemus ſuam, quæ ſoror erat Marchionis de Miſna Theodorici, repudiabat, inducta pellice (quam coniugē ille appellauit) ex Vngaria. Eam arbitror fuiſſe Margaretam, Friderici Austrie ducis, ſine hærede moriētis, germanam ſororem: cui Austria velut hæredi inhærebat. Ea ſcœmina in prima aduſcentia nupſit Henrico Imperatori, Friderici primi filio, & alterius Friderici patri: quo moriente, vidua permanſit ad hæc tempora. Iam verò anus nupſit Odoacri regi Bohemie: nam ille, non tam coniugis ætatem quàm dotē animo voluens, ſterile iniit coniugium. Vlricus eo tempore Carinthiorum tenebat principatum. Qui quum virilē prolem non haberet, accepta pecunia ex Odoacre (quem alii Otokarum vocant) Carinthiam, Carniolam, marchiam Sclauonicam, & portum illi Naonis tradidit. Veroneſes, Feltrenſes, Teruiſini, & multi ex Foroſiulio ſe illi ſubmiſerunt. Ita aucta per multas prouincias ditio, animo Bohemus intumuit.

CAP. 20. ERGO quum repudiata Miſnenſis Marchionis ſorore, Odoacer rex aliam coniugē ſuperduxiſſet, ille germanæ iniuriam nō leuiter ferens, queritur Philippo Romanorum regi. Ille amicū regem commune facit per nūcium, vt cōthoralem recipiat. Vbi pertinaciter recuſat, Philippus marchionis memorati inſtinctus ſtimulis, cæterisq; principibus, qui vel ſanguine vel affinitate contingerēt Theodoricum, indignam rem malignè ferentibus, regem Bohemie euocatū, vt reſponderet querimoniis, nec venire dignantem, legitimis euocationibus ac competentibus ad rem dilationibus conſtitutis, contemnentē, per ſolennem ſententiam, regno deſtituit. Erat per id tempus Magdeburgi nobilis ex Bohemia iuuenis, qui ibi literis inuigilaret, Theobaldus, magno genere editus, multis propinquorum titulis ad regnum commendatus: quē Philippus de regno inueſtitum, literis commendabat regni proceribus. Cōtinuò per Bohemiam magni motus exurgunt: cōcurrunt totis regni viribus. Odoacer vt regnū deſederet, annitur: Theobaldus, vt eiectō illo regnaret pro eo. Sed tum difficile fuit innutritum armis regem pel- lere: quocirca cœptis deſtitit Theobaldus. Odoacer autē cōſtitutis rebus in Bohemia, in Philippum ſe properauit vindicare, tanti in ſe motus concitato rem. Iungitur illi Hermānus (vt diximus) Turingie princeps, oblitus conſobrini ſui Philippi: natus enim erat ſorore Friderici Imperatoris I. Otto rex vt magis atq; magis ſibi deuinciret Herman- nū, vrbes Northuſen & Molhuſen illi perpetuò poſſidēdas attribuit: vt quæ prius Saxo- nici erant iuris, exinde ad Turingiā pertinerēt. Cupidè amplexus eſt donationē regiam Hermannus. Sed quamuis magnis viribus Bohemus atq; Turingus ducerent in Philip- pum, non tamen auſi ſe credere aciebus, prælio conſigere in aduerſum abſtinuere: ſed vaſtationib. latè excurrētes ſolum indulgere. Philippus quoq; auctus viribus Lupoldi archiepiſcopi Moguntini, Erpeſfordiam tenuit. Inde procurrēns, Hermanni Turingi prædia

prædia igni ferroq; cœdauit. Ex diuerſo Bohemi, nūc Ottonis in partibus militates (ferox hominū genus, quod ſacra profanaq; ſemper in æquo habuit) vicinas omnes prouincias nudauerūt, deformarunt eccleſias, monaſteria virorū ſcœminarūq; direptione facta, flāmis ſuccenderūt: ſacris vaſis ac veſtib. ludibrio habitis ſunt miſerabiliter abuſi: pallas altaris, equorū faciunt velamina: ſacris ipſi veſtib. per ludibriū & cachinnū induuntur. Ea ſemp fuit Bohemorū inſolētia, Wadalicis traducta radicibus: q̄ (pmittēte Deo) p ætatē auorū noſtrorū nimis exaucta, in beluinā excreuit ferocitatē, quū natiuæ ferociæ veſania mētis hereticę acceſſiſſet: in qua iam multis annis, permittēte Deo, induruerūt.

P R V S S I A M, ad eam diem quietam à principib. Chriſtianis (quū omnes in circuitu gentes Chriſto crederēt) antiquus gentilitatis error occupabat. Primus eam gentem à mari inuaſit rex Daniæ ſecūduſ Waldemar. Iam enim Poloni, Pomerani, Rugiani Chriſto crediderunt: iam per Liuoniā fidei Chriſtianæ iacta erant fundamēta. Albertus tertius Liuoniensis epiſcopus, à Bremēſi archiepiſcopo conſecratus, quum eſſet de collegio ſuorū Bremis canonicorū, iam Rigam nouā urbē cōmuniuit ad flumē Dune, quod ex Ruſſia diſſluit in mare. Ergo Pruſſiā rex memoratus magno agmine aggreditur: eoq; gentē perpulit, vt ſacram Chriſti fidē ſuſcipere pollicerentur. Sed quod metus expreſſerat votum, non diu permāſit. Rege enim cum exercitu in Pomeraniā abeūte, Pruſſi ad priſtinas ſordes redierunt: donec per fratres ordinis Teuthonicorū, tempore Friderici (qui illis terram Pruſſiæ permiſit gubernādā) ad plenam religionis Chriſtianæ normam perducerentur. Iam verò cœpit illa grādis per Italiam perq; Germaniā rerum turbatio, quæ regnū & ſacerdotium magnis iterum motib. commiſit, nec ſcio an vnquam maioribus: quum Fridericus I. aduerſus Ottonem electus, grauiffimā eccleſiæ perturbationē moliretur, reſuscitans antiquā de Italiæ prouinciis, deq; inueſtitiſſis epiſcopis, controuerſiam: de qua Henrici duo III. & V. pater & filius, inde Fridericus I. huius auus, & deinde Otto I. & II. grauiffimè, ſed fruſtra contenderūt. Vterq; princeps Chriſtiani orbis, gladiū ſuum diſtrinxit in aduerſam partē. Papa execrationibus, maledictis, interdicitis, anathemate vtitur in Imperatorē. Ille carnalem gladiū diſtrinxit in omnes qui parent pontifici, clericos, ſacerdotes, epiſcopos: Cardinales urbem petentes capit, vinciri in carcere iubet: itinera obſidet, ne quis Romam petat. Cum multis pontificibus durabat iſta diuerſitas. Poſt longam duorum annorum ſedis apoſtolicę vacationem, Sinebaldus, in Innocentium III. mutatus, papatum accepit. Erat iſ pridē in cardinalatu, Imperatori ceteris omnib. familiarior: obſeruabat ille Imperatorē, propter cognationē ſuam, cui timebat ab imperatore. Impleta electione, currebant qui nūciarent Imperatori rē (vt ſperabat) gratiſſimam, Sinebaldum ei deditiſſimum, eſſe ſurrogatum pōtificem. Fridericus, qui noſſet hominem, fertur reſpondiſſe, Sinebaldū, ex amico cardinali nūc factum hoſtem ſequiſſimū: quod ille factō impleuit, execrationib. infectatus Imperatorē ſuper omnes prædeceſſores. Sed hæc Italici ſcribēda linquamus.

L I V O N I A interim eſi pulſaretur grauiffimis motib. Letuanorū, proficiebat tamē in Chriſtianiſmo, vt iam tota Chriſto crederet, maximè annitēte Alberto Liuoniēſi epiſcopo, qui verus Liuonū apoſtolus, p annos triginta eccleſiam nouellā & inſtituit & amplificaui, multis laborib. & periculis exantlatis terra mariq;. Quum gladiū etiā carnalem ipſe in cōtumaces fidei hoſtes ſepe diſtrinxiſſet, in pace Chriſti cōquieuit. Cui Bre- menſes canonici ſuo (vt putabant) iure, de ſuo cōſortio Albertum alium, eccleſiæ ſcho- laſticum, virum digniſſimū ſurrogarūt. Sed Rigēſes canonici, iam ad bonum modū aucti, cōmuni omniū eccleſiarū iure ſibi quoq; vtendū putauerūt: vt de ſuo gremio epiſcopum ſubſtituerēt. Elegerūt ergo quendā ex ſuis Nicolaū. Eſt cauſa in Romanā curiā deuoluta, ibiq; aliquandiu ventilata: in fine autē per ſententiam Bremenſib. perpetuū indicitur ſilentiū. Albertus tamē iſte iam cōſecratus epiſcopus, Lubicæ (vt diximus) ſedit annis ſex, eccleſiam illā viduatam ſtrenuè gubernans, donec per ſummū illi pontificem de alia prouideretur. Nam quū iterum ſedes illa Liuoniæ vacuaretur, miſſus eſt in eam authoritate ſummi pōtificis iam archiepiſcopus: quum iam regis Danorum accedente opera, Eſtonia quoq; Chriſto crederet, obtinuit in ea ſedem epiſcopalem Reualie, quæ regni ſui metropolitanæ ſubefſe rex ordinauit. Iam Tarbatenſis, Oſilienſis, Curoniēſis ſedes fundatæ ſunt: ita vt quum ſuffraganeos tres ſedes haberet prima, generale nomē euauit, vt nō in reliquū (vt prius) Liuoniēſis diceretur. Quod nomē tū habuit,

Odoacer Boemie rex.

Boemipotius ducem quæregem voluit.

Anus nubis Odoacri adultero.

Bohemus regnum aduersus Imperatoris decretum tuctur.

Bohemii sacras vestes iam pridem nihil faciunt.

CAP. 21. Prusse armis subacti Christiani sunt.

Fridericus I. aduersus Ottonem electus, grauiffimā eccleſiæ perturbationē moliretur, reſuscitans antiquā de Italiæ prouinciis, deq; inueſtitiſſis epiſcopis, controuerſiam: de qua Henrici duo III. & V. pater & filius, inde Fridericus I. huius auus, & deinde Otto I. & II. grauiffimè, ſed fruſtra contenderūt.

CAP. 22.

Fridericus I. aduersus Ottonem electus, grauiffimā eccleſiæ perturbationē moliretur, reſuscitans antiquā de Italiæ prouinciis, deq; inueſtitiſſis epiſcopis, controuerſiam: de qua Henrici duo III. & V. pater & filius, inde Fridericus I. huius auus, & deinde Otto I. & II. grauiffimè, ſed fruſtra contenderūt.

quum in ea prouincia solus esset: quum verò accessissent sedes suffraganeæ, iam Rigensis cœpit esse sedes metropolis: cui post Albertum Nicolaus, Nicolao alius successit Albertus, is qui Lubicensem sex annis gubernabat ecclesiam. Sed omissis rebus Liouoniæ (quæ sunt Wandaliæ nostræ penitus extraneæ) in prouinciam quam suscepimus commemorandam, reuertamur.

CAP. 23. BRANDENBURGENSIS marchio in solo (vt diximus) Wandalico principatur: ideo eius prouinciæ res claras non omittere erit ex professo. Otto per id tēpus Brandenburgensis marchio, bellum gerebat in Ludolphum episcopum Halberstadensem. Inuicē pro more grassantes, multa sibi mutuò intulere damna. Sed Otto dum incautius pugnat, intercipitur ab hoste, insidiis sibi constitutis: protractusq; stetit in carcere, donec ad nutū se redimeret victoris. In arce Lāgesteen seruabatur, quoad usq; permetteret episcopo oppidum Aldeleue cum pertinentiis suis, adiiceretq; non modicum argenti pondus in sui relaxationem. Quo tempore, quum ageretur à Christo nato MCCXXXV. Vngari congressi Australibus, ducem cum omni nobilitate oppresserunt. Eam rem indicant versiculi satis barbari, in vetusta sculpti rupe,

Otto marchio
ab episcopo capitur.

1 2 3 5
Austriaci ab
Vngaris caesi.

*Anno milleno, centeno, terq; triceno,
His quinquaginta similes, tunc bene discas
Austria quod tota sit principibus viduata,
Terraq; cornuto discet seruire tributo.*

Sed hi versiculi præferunt annum MCCXL. Quia in mentionem Austriæ incidimus, oportet præcipuum est agnoscere, quum apud veteres nulla sit Austriæ memoria, à quo tempore iste ducatus cœperit habere initium. Nam Austrasia, quam Gallici memorant, est prouincia Metensis, quæ Gallicis videbatur australis. Sed nos de Austria, non Austrasia requirimus. Satis cōstat inter geographiæ peritos, Noricum olim dictam prouinciam, supra Danubium in austrum. Conradus autem Francus, eius nominis III. Ro. rex, quū eius prouinciæ iam princeps (qui dux Noricorum vsq; in illum diem vocitabatur) defecisset, nec sui sanguinis reliquisset heredem, germano fratri suo Henrico illum ducatum permisit, creans ducem Austriæ, abolito veteri titulo Noricorum: vnde clarissimæ vrbi Nurenbergæ nomen creditur remansisse. Illiq; Hērico fratri suo coniugem dedit Gertrudem, matrem Henrici Leonis: sed ea non superfuit. Nunc eius stirpem Vngari deleuerunt. Sic se res habet, generatio transit, & succedit altera: nomen autem Domini manet in æternum. Swiceri quoq; huic genti Austriæ inimica natio, sepe illi colluctati, multos eius duces perdidit: quod suo tempore commemorabimus. Nunc quoq; commonuisse sufficiat, stirpem Francam de sanguine Conradi III. Romanorum regis, hoc esse tempore bellis interemptam. Seruiuitq; terra aliquandiu Vngaris, donec illam rex Bohemiæ per occasionē accepisset (vt diximus) dotalem: vnde peruenit ad Rodolphū Romanorum regem & in posteritatem eius. Quod postea suo tempore ostendemus.

CAP. 24. INTERIM in Holsatiam reuersus ab vrbe Roma Adolphus, frater minor, comes Holsatiæ, dispensationem afferebat apostolicam suscipiendorum ordinum sacrorum: & in vrbe subdiaconus, à magistro ordinis prædicatorum episcopo diaconus, & à Iohāne episcopo Lubicēsi presbyter est ordinatus. Afferebat enim literas eius tenoris: Vniuersis præsentibus literas inspecturis, frater Reynardus & frater Gerhardus, domini papæ pœnitentiarii, salutē in Domino. Noueritis quòd nos audita confessione fratris Adolphi, ordinis minorum fratrem, presentium petitorē, eidem super omnib. articulis pro quibus duxerat ad apostolicam sedem laborādum, & de similibus, siue minoribus (si quos in obliuionē deduxit) de speciali mandato venerabilis patris nostri Ottonis, sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconi cardinalis (cui dominus papa plenariā super hoc concessit potestatem) beneficium absolutionis impendimus: & vt ad omnes sacros ordines valeat promoueri, dispensauimus cum eodem, iniuncta sibi pœnitentia salutari. Datum Lateran. x. Calend. Maii: pontificatus domini Innocentii papæ III. anno primo. Hic acceptis ordinibus, primam missam peregit dominica *Omnis terra*, in Zuuentina, loco valde solitario, & fratrum minorum eremitorio: & in Hamburgo (loco primo comitat^o sui) in quadagesima publicè apud fratres minores die Gregorii celebravit. Filii autem eius Iohannes & Gerhardus, iam ex academia Parisiensi redeuntes in Holsatiam, ditionem diuiserant. Incessit per ea tempora grauis indignatio regi Danorum Erico, in fratrem suum

Literarū quas
Adolphus Frā
ciscanus a pa
pā habuit, ex
emplum.

suum Abelem Sleswici ducem, comitum Holsatiæ sororium. Accessere partib. fauores ex nobilitate proxima. Nam regi militabant Guncelinus de Zuerino comes, & Burewinus iunior, cum fratribus, Magnopolenses principes: Abeli inhæserāt propinqui sui, comites Holsatiæ. Gūcelinus, satis immemor beneficii quod nuper illi impēderat dux Abel, quum illum recōciliaret fratri suo Danorum regi, recordanti quòd Gūcelini pater amborū, Erici & Abelis, patrē Waldemarum regē cepit, in carcere tenuerit, & ære magno emunxerit: quod in Dania diximus. Antiquauit eam memoriam Abel, & fratri ex animo excussit, reconciliās regi Guncelinum: nunc idem Gūcelinus arma producit in Abelem. Nam quum regi placere contēderet Guncelinus, cum principib. Wandalicis mouit in Todello oppidum, q̄ Iohanni Holsatiæ comiti pareret: & congressis qui ibi in præsidio steterāt Holsatis, nonnulli cæduntur, alii capiuntur. Hoc initium belli. Cæterum quum rex fratrem grauius persequeretur, in id excreuerūt odia, vt Abel in necem fratris molitus, peregit vt in Sleswico captus in nauim abduceretur, ibiq; gladio cæsus periret: quod in Dania sumus plenius exequuti.

Simultas grauis
inter fratres.

Abel Caino
quādam Abeli
similis.

CAP. 25. ADMONITVS hac Wandalorum incurfione Iohannes comes Holsatiæ, arcem cœpit communire in Todello, intra Trauenam & Bestam riuos, vt imposito præsidio tutamen esset ab impetu hostili. Sed eius arcis nulla hodie extant vestigia. Ducto autem in longum bello, comites expeditionem fecere in regem, quam in Saxonia signauimus. Hoc est illud tempus anni quinquagesimi post mille ducentos, quo ministeriales ecclesiæ Bremensis, in flumine Lu, in fundo Harfuedensi extruxerunt præsidium, Horneborg vocitantes: vnde posteris annis multæ sunt factæ excursiones in terram Luneburgensem. Quæ res indicio est quòd crebræ commemorationes arcis Horneborg, non hanc palustrem, nunc demum fundatam, sed illam super Albim (quæ nunc est ditionis Luneburgensis) designarint: vnde colluctatio crebra fuit archiepiscopis & ducibus. Res verò nouitate sua mirabilis à nobis præteriri non debet, quæ his diebus in Burgundia apparuit, rebus (vt ostendemus) Wandalicis non aliena prouincia. Erat enim quinquagesimus primus, quum nouo & inaudito miraculo in Burgundia imperiali, duo inuicem montes, discessere: vallis amborum media magno scinditur hiatu, per quinq; (vt ferunt) passuum millia. Omnem plebem rusticam, in ipsa valle aut montium pede commorantem, aut hiatus absorbit, aut saxa montibus deuoluta peremerunt. Ferunt illo ipso tempore in Toletō Hispaniæ vrbe, quum Iudæus rupem villæ proximam, quæ vineæ imminebat, scindere pararet, vt amplificaret vineam, & solis radios admitteret: scissa cuneis rupe, reperit concauitatem cameratam plenissimam, inque ea librum ilignis foliis inscriptum, ad longitudinem psalterii. Ibi tribus linguis, Hebraica, Græca & Latina legebatur de triplice mundo ab Adam, initio tertii nasciturus esset Dei filius, & quòd tempore Fernandi regis Castellæ, sub lucem venturus esset liber. Iudæus comperta tanta vetustate, mox cum omni domo sua est baptizatus. Cui non dissimilem rem narrant Romanæ historiæ, de lamina inscripta, quæ in lucem prodit sub Hirene orientis Imperatrice.

CAP. 25.

1 2 5 c.

Montes prodigiose
dissiliūt.

Liber mirificus
à Iudæo erutus.

CAP. 26. PER ea tempora quum res Christiana plurimum auergeret in Liouonia, ecclesiæ (quod proximè diximus) suffraganeæ erigerentur, Albertus secundus, qui Lubicæ per annos VI. conserat, iam morte Nicolai sede vacuata venit in ecclesiam Rigensem, iam archiepiscopalem decreto Innocentii III. factam, primus ipse archiepiscopus: quū ante eum quatuor episcopi Liouonienses extitissent, Meynerus, Bertoldus, Albertus, Nicolaus. Ipse iam secundus Albertus ordine episcoporum quintus, sed in archiepiscopatu primus ecclesiam regebat metropolitanam. Ordo gladiferorum fratrum iam stabat in ea prouincia, strenuè verò rem administrabant bello. Sed quum hostiles incurfiones à Letuanis multiplicarentur, audirentque fratres Teuthonicos in Prussia vicinis gentibus cum plurima laude & prosperitate colluctari: operæ precium putauerūt maiores illorum vires implorare. Itaq; missis nunciis orauere, vt venientes terram protectione sua tuerentur, fratres in suum ordinem coaptarent: se suaque omnia illis permissuros. Non erat res quæ multa supplicatione esset extorquenda: facile impetratur quod magis commodat rogato quàm roganti. Venerant fratres Teuthonici ex Prussia in Liouoniam: prolatata ditione, etiam illam suscipere prouinciam defendendam. Iam vrbes fundatæ, arces erant communitæ, iacta bonarum rerum optima fundamenta.

Gladiferi
Teuthonici
equitib. accersitis,
ferro hostes
Christo la
crificiunt.

Sed nos tempus admonuit commemorare quo ordine, quoque tempore memorati ordinis Teuthonicorum fratres in Prussiam peruenerunt.

CAP. 27. TEUTHONICORVM ordinem militarem, titulo beatæ Mariæ, in ipsa expeditione principum, sub Imperatore Friderico I. terram sanctam magnis agminibus transeuntium, post mortem eiusdem Imperatoris, ab officio pietatis in terra sancta sumpsisse principium, antè diximus. In eum multi se contulere militares viri, fortiter in terra sancta pugnantes: obtinuitque secundus Fridericus ab Honorio summo pontifice eum ordinem confirmari: deditque fratribus per Germaniam disseminatis, Prussiam prouinciam gladio ad Christiana sacra perpellendam: ut nihilominus memorati fratres suum haberent agmen in terra sancta, quoties opus videretur. Huius ordinis magister sub eodem adhuc Friderico Imperatore ibat nauigans Ptolemaidem, cum expeditione Brudusii coacta, quam Fridericus destituit nauigatem. Quumque rem in Asia Christianam per inducias Damiatæ constitutas, quum interceptus esset rex Franciæ cum multa nobilitate, perque Friderici perfidiam torpescere videret, & cum ipso Friderico rediit in Italiam: Messanensi archiepiscopo & eodem magistro oratoribus Romam missis, pacem Fridericus ac veniam suppliciter orauit. Pontifex tum his conditionibus est assensus, ut viginti centumque milibus auri vnciis eo bellorum in Italia impendio consumptis, in ecclesiæ ætariū relatis, Fridericus benedictione apostolica restitutus, Imperator & rex utroque in Sicilia & Germania appellaretur. Dū ergo rebus Asiæ nullo sunt vsui fratres Teuthonici, amplificandis in Prussia rebus intenderunt: & felici auspicio terram omnem sibi parere, populumque sacrum subire baptismum coegerunt. Aucta est optimis incrementis ibi res Christiana: & vsque ad Liouoniā (quod dicere cepimus) fratrum memoratorum est ditio propagata.

CAP. 28. Hoc etiam tempore Iarimarus princeps Rugianorum (qui ex multis annis Danorum regno paruerat) tunc per armata classe infestus contedit in Zelandiam Daniæ, quum foueret nescio quid simultatis in Daniæ regem Christophorum. Pertaxum est enim aliquando Danorum imperiigentem Wandalorum, quum cernerent omnes congētiles suos (qui aliquando Danis suberant) iam subductis iugo ceruicibus, solum iustis in sua gente principibus parere. Iarimarus autem tum oppidum Nestwede expugnauit, diripuitque: & longè lateque excurrens, incēdia miscuit deprædationibus. Contraxit tantum perinde in gente Danorum odium, ut ne nomen eius audire sine stomacho pateretur. Mendicantem quando (ut fit) peregrinatum egressi Dania, declarauere gentis suæ longèquam in hunc Iarimarum indignationem. Nam in Rugiam descendentes ex his nonnulli, si quis pro salute defuncti Iarimari illis exhiberet elemosynam, contempserunt, cum indignatione auersi. Hunc ego Iarimarum, primi illius, qui à Waldemaro primo victus est, filium esse contendendo: nam eundem hunc esse, ratio temporum non patitur. Rugia circa annum Christi septuagesimum post centum mille ad Christi fidem conuertitur. Iarimarus tum frater regis Tecislai in armis fuit. Etiam annus est sexagesimus post mille ducentos, quum ista in Daniā excursio memoratur. Interuenientes ergo anni nonaginta, non patiuntur eandem personam in utraque expeditione militasse. Sed per hæc tempora Dania in illum contemptum peruenit, ut facile à quouis impugnaretur. Christophorus suis inuisus eiicitur regno: potuit tum pro illo restituendo, illa fieri Rugianorum in Daniā expeditio. Sed nihil est opus in obscuris diuinare: satis est rem nosse gestam, etiam si ex quibus causis ignoretur.

CAP. 29. ODOACER in gente sua Bohemorum adhuc regnum tenuit, omnium regum potentissimus: qui imperium suum protulit ad mare Sarmaticum, quod nos appellamus Germanicum, Cornelius Tacitus dixit Szuuicum. Fundauit in eo littore maris, præclaram urbem, cui nomen indidit ut Mofregalis diceretur. Sedes nunc magni magistri ordinis Teuthonicorum, posteaquam bello Polonico patrum nostrorum memoria, Marieburgum arcem ornatissimam amisere. Sed per eam quam nunc scribimus temporis seriem, Belo rex Vngariæ magno bello hunc regem laceffiuit. Ille autem magno rex animo, hosti licet potenti, cedendum non putauit. Perarmatis ergo copiis duxit in hostem: congressi durissimo prælio, diu pertinaces acies constitere in aduersum. Sed tum Belo rex Vngariæ accepto vulnere excessit acie, cepitque inclinare fortuna Bohemis. Nam Vngariam lentius pugnantes pedem retraxere: inde etiam multis cadentibus, fugam iniere. Sequenti Bohemi urgebant terga fugientium. Quumque ad ripam intercedentis fluminis peruenirent nec parata inuenirent quibus transponerentur nauigia, & que aderat, festinatione

ne ac trepidatione prementium impleta mergeretur, ex omni numero ad sedecim milia Vngarorum (præter eos qui in acie & fuga ceciderant) ibi perierunt. Victor Odoacer incolumem reduxit exercitum. Mirum si in rege tanta sit viuacitas, ut vsque in hæc tempora idem ille regnum continuerit, qui à Philippo Romanorum rege coronam regni sui percepit. Philippus autem intercidit ad annum octauum post mille ducentos. Iam ad minus habebat Odoacer annos viginti: & iam tangimus annum Christi LXX. post mille ducentos. Ergo propè erat nonagenarius, quum hoc prælium conficeret. Memoraturque hoc tempore, vxore repudiata, superduxisse filiam regis Musgouia, siue Massouiam dicere velint. Ea est enim pars Poloniæ: quum Musgouia sit in remotissimis Russiæ prouinciæ latissimæ. Non hoc facile recipitur de vetulo nonagenario, sed de iuniore, qui potuit eius nominis esse filius eius. Hanc tamen rem in medio relinquimus, si forte manifestiora deinde eius rei indicia in sequentibus deprehendamus. Potest enim viuax senectæ, quod arida iuuenta multorum negat.

CAP. 30. SCRIBIT in Bohemia sua Æneas, Odinkarum (sic enim vocat quem Latini Odoacrem) regem vocatum ad Imperii cætum, venire contempsisse: quum palam dictitaret, regem Bohemiæ nihilo esse minorem Romanorum Imperatore. Magnitudo enim ditionis quam (ut diximus) tenebat, à Carinthia Carniolaque, per Bauariam, Bohemiā, Slesiam & Prussiam, animos faciebat. Rodolphus comes de Habsburg præerat Imperio: qui quum pridem regis Odoacri curiæ magister fuisset, minoris à rege pendebatur. Misit ergo Imperator legationem regi, Austriam, Carinthiam, cum cæteris Romani Imperii prouinciis reposcens: quando nec Austria muliebri feudum esset, nec Ulricus prouincias illas iniussu Imperatoris vendere poterat. Recusat rex: & armis tueri parat quod legitimo accepisset titulo. Erant qui se interponerent viri sensati bello, quod exoriri timebatur. Effecerant inter utrosque reges serio tractantes, ut Bohemus modestior factus Austriam redderet Imperatori: qui filiam regis Odoacris coniugem accepit, vicissimque filio regis Wetzelsao Imperator reddidit suam filiam in thorum. Dotem accepit Imperator de manu regis prouincias alias, quas Bohemus teneret, Romano tamen Imperatori debitas. Ita rebus constitutis bellum videbatur auersum: sed aliunde recrudescente superbia renascitur. Rex in verba Imperatoris, ut Imperio subditus, iurare uigetur. Serio negat, quod tanti regni maiestatem non pateretur inclinare ulli mortalium. Imperator ab Imperii viribus discedere non patitur. Nouum bellum in foribus: apparatur arma in alterutrum, coguntur agmina, educuntur exercitus, acies instruuntur. Rex tamen, priusquam confligerent, missis oratoribus offert se iuraturum, si modo honoris sui ratio habeatur, liceatque intra tentorium coram paucis præstare iusiurandum. Accipitur conditio. Instruitur tribunal apparatus magnifico: sedet Imperator in maiestate, ex latere qui aderant electores, aliique magnates. Procedit rex Bohemus cum paucis, suggestam petit, pedibus prouoluitur Imperatori: iuramentum quod exigebatur, homini & fidelitatis, de more præstat. Interea ex composito, dum ille iaceret ad pedes Imperatoris, quatuor partibus discissum corruit tentorium. Sic enim paratum fuit ut innoxie caderet, & patefaceret cunctis quod geri putabatur in occulto. Duobus exercitibus monstratur rex ad pedes Imperatoris. Gratulantur tripudiantes Teuthonici: mæsti indignantur Bohemi. Rex etsi intelligat quid agatur, premit iram, dissimulat in breue tempus. Vbi ad suos reuertitur, fremunt cuncti: indignatur & stimulos facit imprimis vxor regina. Mox cunctorum procerum voluntate bellum indicitur, & capitis periculum denūciatur præfenti Imperatori, quod fidem non impleuerit expromissam.

CAP. 31. STABANT utrinque (ut diximus) parata agmina, stabant ordines in acie, nihil expectatur nisi signum. Volenti ergo regi impiger Imperator occurrit. Vbi cecinere signa, atrociter confligitur: multis utrinque cadentibus sæuit per agmina Mauors. Sed rex Bohemus dum iræ nimium indulget, incautius pugnans opprimitur: quo cadente in fugam respectant Bohemi. Victor Imperator illis fugientibus aliquandiu iubet instari: demum canit receptui. Sic periit rex potentissimus & æuo grauis: qui si idem fuerit qui Philippo regi conflictauit, iam supra nonagenarium erat. Nam Rodolphus septuagesimo tertio peruenit ad Imperium: Philippus autem octauo post mille ducentos occiditur. Qua ergo fuerit ætate, qui ambobus conflictauerit, facile inuenitur. Ex hoc rege redibat dotis nomine ad Rodolphum Bauaria. Austria quoque vacuata circa ea tempora, redibat ad

Wentzslaus
Bohemia rex
Imperium re-
cusat.

feudum Imperii, permissaque ab Imperatore patre filio eius Alberto, qui secundus post patrem imperabat. Wentzslaus autem Odoacris filius, regno succedit paterno. Cuius tanta fuit virtus, ut Imperatore Rodolpho moriente, illi ab principibus Romanum deferretur Imperium. Sed qua virtute promeruit, eadem modestia recusavit, asserens satis superque sibi laboris esse, paternam ditionem æquis legibus gubernare: externis se libere abstinere, cedereque dignioribus: vir tanto Imperio magis donandus, quo magis à se abegit. Res quæ in paucis inuenit exemplum. Fatigant cæteri cælum & terram, ut imperent: ille manibus pedibusque oblatum recusavit Imperium, regno suo contentus: quod tamen non diu post patrem tenuit, morte absumptus. Reliquit autem filium sui nominis: qui coronam adeptus, ordine regum septimus, non diu rebus præfuit. Nam 10 dū in Moravia domo priuata spaciaretur, nihil mali veritus, erat qui obseruaret obrūtaretque regem. Deprehenditur homo Turingus cruento gladio: & priusquam de coniuratis, deque modo rerum institutarum ac omni scelere patefaceret, ab imprudēti populo laceratur. Ita factum est ut grāde hoc malum (quod non paucos neque leues haberet authores) in occulto remaneret. Nec ab re fuerit suspicari, conscios emolitos ut patrato scelere occideretur. Vir non satis patri virtute compar: & ideo multis inuisus, qui paternam in eo probitatem desiderabant.

Mira sceleris
occultandi ra-
tio.

CAP. 32. HENRICVS Carinthiæ princeps, per id tempus Pragæ commoratus, rex creatur Bohemiæ. Albertus Imperator, qui per medium Adolphum patri in Imperium erat surrogatus, filium suum Rodolphum in regnū, pulso per arma Henrico, prouexit: arbitratu (quod leges habent Romanorum & regum consuetudines) ut vacatū morte Wentzslai absque hærede mare regnum, ad Imperatorē iure beneficii reuerteretur. Sed hic Rodolphus filius primo anno regni sui rebus excessit humanis, rediitque Hæricus memoratus ad sceptra: iam enim Albertus Imperator absumptus est, cæsusque ab proximo suo. Rodolphus Rodolphi Imperatoris erat filius, Alberti Imperatoris germanus frater. Is accepta cōiuge filia Wentzslai, germana sorore filii Wentzslai, Agnete, genuit ex ea filiū Iohannem. Is quum sequeretur in armis Albertum Imperatorem patrum suū, nullam sui ab patruo in conferendis regni beneficiis indoluit haberi rationem. Cōtulit multa multis Imperator: solus Iohānes ex fratre nepos præteribatur. Id acer iuuenis nō iuueniliter animo volens, transeuntem per Rheni ripam Imperatorem Albertum, mi- 30 nus iam armis tutum, confodit, & elabatur. Postea facti pœnitens adiit sedem apostolicam, ut gratiam mereretur patrati apud Deum & homines atrocissimi sceleris. Papa illum remisit ad Imperatorem, ut eius arbitratu de scelere satisfaceret. Is erat Henricus VII. de Lutzenborg. Ad quem quum Iohannes à pontifice missus venisset, atrocitatem sceleris in supremum dominum secum reputans, & coniūctissimi principis necem animo volens, iniunxit, ut armis dimissis ingrederetur eremitarū diui Augustini ordinē, ibique quādiu viueret pœnitentiā impletet: quod ille volens factitauit. Sciebat enim nusquam sibi in seculo tutum viuere, inter acerba odia tantæ nobilitatis. Henricus autē Imperator non æquis aspiciens oculis regnare in Bohemia Hæricum Carinthiæ principē, accerserat è regno Elizabet nouissimi Wentzslai filiam, & eam Iohanni filio suo adu- 40 scenti optimo, Spiræ dedit vxorem: armisque validis misit in Bohemiam. Vbi expugnata Praga, quam tenebat Hæricus, fugere illum & redire coegit in Carinthiam suam. In eadem domo per aliquot successiones mansit Bohemia vsque ad ætatem nostram.

Albertus Im-
per. à nepote
trucidatur.

Bohemia ab
Imperat. filio
occupatur.

CAP. 33. IN terra Obotritorum (quæ nunc Magnopolis est) per eam ætatem arx erat sita ad intimum maris sinum, qui de mari magno tractu terram ingreditur, & cui de mediterranea obuius sit riuus. Ad hunc sinum arx erat, Dorsow illi nomen dedere: extat hodie oppidulum rusticum nomen referens. Ea tum paruit comitibus Holsatiæ, incertum quo iure, armis capta, an ex fœdere tradita, vel fortè ære coempta. Habitatores & arcis custodes clam comite receptauere (ut fit) publicorum itinerum insidiatores. Id non passus Iohannes, Adolphi religiosi viri filius, comes Wagriæ, quum aliquando 50 adequitans noxam deprehenderet, iussit arcis custodem publico iudicio damnatum gladio cædi. Nec tamen illo cedente res factæ sunt meliores. Ciues autem Lubicensis earum rerum impatientes, cum Iohanne Obotritorum principe, quem tum pro consuetudine suæ gētis Wandalica lingua *Knefe Ianike* appellauere. Aderat filius eius Hæricus, qui deinde in peregrinatione terræ sanctæ captus diu fuit inter Saracenos: quod

quod dicemus. Pater & filius, ciuibus Lubicensibus colloquuti, societatem oppugnationis in dictam arcem inierunt: iunctisque armis & animis eam expugnauerunt, ac solo deicerunt. Dederuntque principes memorati ciuibus Lubicensibus priuilegium, ut eo vterentur riuo ad aliquot millia à mari, supra oppidum memoratum, quodque nemo in perpetuum firmaret arcem aut præsidium ad eius riuum vtrinque ripas, & ad certos limites ciuitatis memoratæ. Quo tempore Wismaria nouum oppidum, ut totum ex lateritiis instauraretur, periit incendio. Quod plerisque maioribus prouenit urbibus, quæ in floridiores emicuerunt: mansissentque in reliquiis primæ vetustatis rusticæque vilitatis, nisi purgator ignis renouari eades compulisset. Circa eadem tempora Guido cardinalis de latere, missus in Daniam componendis rebus inter regem & archiepiscopum Lundensem, per Germaniam quoque prouinciam suam multa constituit, quæ extant. De Lubica autem transfretauit in Daniam, multam ibi impendens operam ad liberationem archiepiscopi Lüdensis, quem Ericus rex vinctum tenebat in carcere. Quumque diu laborans nihil proficeret, festinauit egredi, regem excommunicans, interdixit diuinis per omne regnum. Excreuit iste legatus in quartum Clemētem summum pontificem, per omnes gradus euectus ad summū sacerdotium. Erat iuris peritissimus aduocatus in concilio regis Franciæ, vxorem tum fouens ac liberos. Vxore defuncta factus est episcopus Podiensis, inde Narbonēsis archiepiscopus. Quo ex gradu factus est cardinalis Sabinensis, & in eo functus est legatione in Angliam & Daniam. Absens mortuo Urbano electus est summus pontifex. Is quum videret Coradinum nepotem Friderici I. ex Conrado filio, magnis multorum fauoribus duci per Italiam, miseratus adulescētis sortem, fertur dixisse astutibus, Ducitur iste ad certam mortē, ut bos ad victimam ignarus: quod ita euenit. Nam captus cum duce Austria à Karolo Gallo victore, per ignauiam Romanorum, cæsus publico gladio interiit. Hic Karolus comes in Prouincia, ab Urbano pontifice inuocatus contra Manfredum Friderici bastardum, regnum Siciliæ victor obtinuit.

Lubicensis
Dorsow ar-
tem euertunt.

Guido cardi-
nalis, postea
papa, interdi-
xit Daniam
ferit.

Ex primi Burewini per Henricum filium (qui præcessit morte patrem) nepotibus, primus Iohannes filium habuit itidem Henricum. Is ad nouam in terram sanctam expeditionem (quam Gregorius X. absens creatus pontifex, quum primū potuit edixit) anno septuagesimo sexto post mille ducetos se accinxit, crucem accipiens: in terram sanctam cum cæteris peruenit. Et quum ad prædam cum aliquantis exisset, à militibus Saracenorum Saldani captus, per totos sex & viginti annos (quæ magna pars est annorum vitæ) in seruitute permanit. Infelix peregrinatio, & omni pro Christo morte grauior. Anastasia autem vxor eius, quum ignoraret quid marito accidisset, cæteris redeuntibus, nec omnino certum aliquid de eo renunciantibus, ipse nō rediret, incerta viueret, necne (captum audierat, sed an in eo statu diu superfuerit, nosse non poterat) de cōsilio patris sui, Bernaim ducis Stetinensis, Luigardam amborum filiam, Pribislao duci Gneznen- si despōdit vxorem. Erat ea annis nouem in contubernio mariti, puella insignis, & benemorata: qualis enim vixerat, mira post eius mortem opera prodiderunt. Maritus zelotypus quum nescio quid suspicaretur obiiceretque puellæ, eam in cubiculo clam strangulauit: sed vitæ innocentiam testata sunt ad tumulum eius facta miracula. Interim pater in captiuitate permanit. Per quæ tempora iterum Lubica, insignis ciuitas, proprio per negligentiam incendio conflagrauit, iam quarta vice. Nam primò sub Adolpho secundo vix bene consummata (quum eam acciperet Henricus Leo) deinde ducentesimo nono, quum vsque ad quinque domus periret: tertio circa annum quadagesimū, pro parte media: nunc verò post mille ducentos anno sexto & septuagesimo. Ex hoc autem nouissimo incendio, eo qui nunc cernitur ordine instructam compertū habemus, ut in longum velut per dorsum duæ tendatur plateæ, ex lateribus autem velut costæ deriuentur viculi, hinc ad Trauenam fluuium, inde ad lacum Wokenissam: qui vtrinque ciuitatis muros alluunt tutanturque.

CAP. 34.
Henricus in
sanctam expe-
ditionem pro-
fectus, 26. an-
nos tenetur ca-
ptiuus.

1276.

Lubica qua-
ter conflagra-
uit.

50 NICOLAUS, ex nepotibus Burewini per filium Hæricum, in distributione patriarum ditionum sortitus est Wandaliæ, vberem frugum prouinciam, oppidis non contemnendis plenam. Duxit vxorē filiam comitis de Anehold, ex qua reliquit filios Henricum & Iohannem: nam tertius Bernhardus dormiuit ante legitimos annos. Erant Nicolao per sua tempora multa cum marchionibus conterminis bella. Timor Dei & circumspectio sollicita tutum illum præstare inter ardua videbatur, mores, & verba futilia, quæ

CAP. 35.

Wandalus calido ioco Brandenburgenses circumuenit.

nullum præ se ferre pondus viderentur: sed erat prudens & virilis in cœpto constantia. Ludicra, & leuia, & inania videbantur quæ dixit: sed in exitu apparebat prudens confilium. Marchiones Brandenburgenses, in signi tunc (vt nunc) electuræ principatu, Wandalorum principes suos habuere satellites. Vestem illis curialē, quo modo domesticis, misere. Eam honorificè excepit Nicolaus, & quum prodiret in conspectum, ea tectus ibat. Erat controuersia de finibus: ventum est in cœtum ad tractandum super rebus: malè sibi timuit Nicolaus. Nouit superbiam maioris principatus: armauit validam suorum manum. Et clam habuit tectos vmbris & nemoribus: iussit tamen expectare signū, stare suspensos, vt quum ille pileum suum proiiceret ludibūdus in altum, erumperēt. Cœperūt tractare magnates super controuersis: ille de suorum consilio, quod visum est in rem; iussit respōderi: ex verborum alterna contētione cœpit indignatio marchionum clarescere. Nicolaus risu excepit rem. Quantum est, inquit, si illustres vos marchiones, hominem tenuem Wandalum, vestra veste tectum, opprimere contendatis? Sit æquū, sit iustum inter nos iudicium. Alioqui, si vim paratis, indecorum est, vestra veste contentum accipere iniuriam. Si omnino (vt apparet) indignātes sœuire paratis, finite, honoris gratia, vt vestē ponam quam dedistis, ne crebrescat rumor, domesticum marchionum per vim oppressum. Quum murmur cresceret, & altius irē spirarent, reputantium sibi illudi: visum est Nicolao, prope esse vt vim intentarent. Putabat non expectandū: sed ludens (de suo more) pileum suum proiecit in aera. Accepere signū qui latuere: & incursione facta nudabant arma. Marchiones non tam ad arma parati secesserunt: nec tamen sine cēde & sanguine transigi potuit. Capti feruntur aliquanti militares. Sed Nicolaus qualicunq; consilio ita rem peregit, vt sua tueretur. Ioculares nonnunquam pretulisse leuitates videbatur: sed non degenerauit exitus à sapienti prouidentia. Stabat aliquando in conspectu marchionum, ad similes causas de finibus contrectandas: & quū quadrare sibi responsa non viderētur, detractō pileo, Ecce, inquit, caluus Wandalus: rursus reposito, Ecce audacissimus miles. Cachinno excipitur à magnatibus: sed tam illius iocos quàm aliorum grauitatem reuerēbātur. Legimus ironem Socratem, Æsopum fabulatorem: sed inerat rebus ludicris summa prudentia. Nicolaus ad annum LXXVII. peruenit post mille ducētos, tumulatus cum patribus in Dobran. Iste Nicolaus reliquit filios Iohannem & Henricum. Iohānes ex vxore, filia comitis de Lindow, genuit filios Nicolaum, Iohannem, Gunterum, Henricum, & Bernhardum: quorum duo nouissimi ordinem prædicatorum in Robel ingressi, ibi finierunt: Gūterus in canonicatu Magdeburgensi moritur: pater defecit, LXXII. annos natus. Nicolaus, & Iohannes paternā ditionem regunt. Henricus Iohannis frater, genuit Henricum & Nicolaum parricidas: eo quod pater trāsierit ad secunda vota, cæsus ab illis in Rugia ad villam Zale, quum capi non pateretur, præter intentionem (vt ferunt) cædentium.

CAP. 36. PER quæ tempora in principatu Rostockensi erat Burewinus tertius, Hērici (quē stirpem nobilitatis facimus) filius, primi Burewini nepos: isq; ex filia regis Danorū Margareta genuit filios, Ericum, Hēricum, Waldemarū. Burewinus in ætate prouecta cæcus degebat. Filii illum Ericus & Hēricus cæcitate percussum contempserunt, non abstinentes iniuriis: qua propter (iuxta Scripturæ comminationem) non erāt longæui super terram, mortui sine prole. Burewinus autem peruenit ad annū Christi MCC LX. & mortuus sepelitur in Dobran cum patribus suis. Filius autem Waldemarus accepta coniuge comitis filia Holfatiæ, sustulit ex ea filium Nicolaum, quem puerū cognominauere: quia puer diu agebat sub tutoribus. Accessit altera causa, quod pueriliter inter cōiugia variabat: ex tribus spōsis, filia comitis de Lindow, filia Alberti marchionis, & filia ducis Stetinenfis Bugslai, solam tertiam accepit coniugem: quæ illi ac terræ suæ fuit multorū causa laborum. Sed & ibi pueriliter rem gerebat: quia quum se subiecisset Erico Danorum regi ad protectionem, postea pueriliter recessit ab eo, bellū intentās in eum infeliciter cum suis Rostockensibus. Sed ad Waldemarum patrem redeamus. Hic habitabat, & dominatus est quietē & trāquillē, in suo Rostockio. Peruenit ad illum Danię regina, matertera eius, Margareta, matris eius soror, & in viduitate Deo diu seruiens, monasterium fratrum minorum extruēs cum nepote. Eodem anno obdormierūt in Christo, post mille ducentos LXXXI. sepulti in Dobran, in maiorum suorum sepulchris: & inde cœpit dominium Nicolai pueri, ad annum vsq; XLV. post trecentos.

Wandali face te aculeate ironia.

1277.

Filii patrem cæcū spernunt

Puer ob inconstantiā appellatur.

EA

Competitores archiepiscopatus armis discernunt.

Contentio de sacerdotio nullum habet exitum.

Manerunt inuicem inimici, quibus bellum non cessauit.

Galli omnes vesperi uno die in Sicilia trucidati.

EA tempestate motus erat ingens in Magdeburgensi diocesi, quum duo in discordia electi pro archiepiscopatu contenderent, Ericus frater marchionum de Brandeburgo, Ottonis atq; Iohānis, in parte erat: cui opposuere alii Buffonem de Queruorde comitem: q; malè afficerētur ad domum marchionum antedictorū, qui diu graues imminebant ecclesiæ memoratæ. Quumq; electi iura sua non iure, sed gladio tuerētur, asperum bellum exarsit: diu inuicē irrogata sunt damna, abactæ prædæ, mixta intēdia, leuibz præliis vicissim multi capti ac cæsi: interuentu deinde bonorum vtrinq; virorū pacata in eam formam res est, vt vtriq; electi cederent, accepta in compensationē damnorum pecunia. Quumq; super ea re conuenisset inter partes, electus denuo Gunterus de Swartzeborg comes. Sed marchiones statim à conuentis resilierūt: multi illis in circuitu principes adhæserunt, Albertus dux de Brunswico, cum aliquātis comitibus. Albertus quoq; dux Saxonie, ab hac parte consistens, occupauit arcem Aquensem. Quumq; ciues sine fine multis ac magnis rebus à marchionibus damnificaretur (interceptis curribus, qui merces per publica itinera conueherēt) egressi ciues cum armatura sua atq; pōtifice Guntero, sequuti ducem de Anehold comitem, Albertum Saxonie ducē arce fugauerant exuerantq;. Capti sunt ibi comites, & nobiles plurimi: ferūt inibi ex Holfatiæ comitibus vnum interceptum. Marchio vbi audiuit Magdeburgēses grassari per agros, arma contraxit, & mouit in hostes, ipse quoq; grassabundus incedēs. Concurrunt agmina non longē ab oppido Vrose: ibi magno ardore est decertatū, totis est virib; pugnatū.

20 Capitur inter alios Otto marchio: cadit comes de Arnsten, cum multis nobilibus. Marchio captus abducitur: sed non longē reperit fidei iussores, vt pro septē millib; laxaretur; Mysteriū iniquitatis operabatur, vt essent in parte archiepiscopi qui fauerent marchioni: nam expromissam pecuniam minimē persoluit. Renouatur bellum de integro. Otto de Anehold comes, & Otto Hildesemensis episcopus steterant pro archiepiscopo: Albertus autem dux Brunswici de parte pugnat marchionum. Et quū iterum Iohānes copias ductaret, in Stasford telo per galeam ictus ferrū diu portabat in capite: inde ducto vocabulo, vt diu marchio sagittari diceretur. Sed Gūterus archiepiscopus vbi quid ageretur persensit, dimissa ecclesia rediit in terras paternę ditionis, vix explēs annum in pontificatu: & successit Bernhardus de Welpo comes. Nec tum quieuerūt marchiones, ius fratris prosequentes. Magno deinde congressi prælio Magdeburgēsis ecclesiæ milites succubunt: capti primores cum trecentis, qui stratis vectabantur iumentis. Hac ruina res ecclesiæ extenuantur. Sed tum intercepta est res treugis: peruenitq; tota controuersia in manus arbitratorum, in quibus permanfit sine fine. Nouus electus Romā petiit: sed Ericus demum ad ecclesiam illam peruenit, satis postea fœliciter gubernans.

CIRCA hæc quoq; tempora Burchardus Lubicensis episcopus, vir annis grandæuus, sed viribus recēs (qui octuagenarius electus, quadraginta & vno federat annis) causam ecclesię defendit aduersus fratres mendicantes: qui iam tum, quū essent in holfatiæ, occupat in ecclesia inuicem cornua: occasione sumpta de sepulchris, quas liberius sibi vëdicabant quàm iure permetterentur. Interdixit episcopus in ciuitate diuinis officiis. Qua de causa, quum populus fratrib; (vt solet) in clerum astipularetur, clerus vrbē secedere cogitur. Fratres interposita appellatione, continuarunt diuinum officium. Causa deuoluitur ad Romanam curiam: vbi quid peractum sit, inferiora docebūt. Quo tempore Hamburgum Stormarię vetus oppidum, olim archiepiscopatu in signe (quem honorem nulla sua culpa perdidit) incendio conflagrauit, & multos suis rebus extrahēdis occupatos flamma interceptit. Hoc etiā tempore marinus piscis, ad vltima Iutię (Scagen vocant) capitur, leoni similis. Prodigiū fuisse, multi tum interpretabantur. Prodegit hoc monstrū Gallis: nam illi tum implacabili odio omnes cæsi sunt in Sicilia, Panormi facto initio. Mulieres à Gallis prægnātes interceptæ sunt: extracti fœtus, nequid Gallici nominis maneret in prouincia. Durabat bellum Magdeburgēse quod antè commemorauimus: captus in prælio Theodericus, marchio de Lādesberg. Nam & arcē Wolmerstede Bernhardus archiepiscopus vi expugnans, cepit, adiecitq; ecclesiæ. Magnū & diuturnum malum eam ditionem & vicissim Marchiam attriuit, ducatumq; Brūswickensem non mediocriter afflixit. Nam Albertus dux Ottoni & Iohāni marchionib; inhæsit: quorum fratruelis Albertus marchio, stetit pro ecclesia. Quū autem Bernhardus archiepiscopus non diu superesset, iterum ecclesia vacante, canonici memoratum Eri-

cum marchionum fratrem, pacandarum rerū gratia denuo elegerunt: indignantib. ciuibus qui marchiones oderant, & imprimis Ericum, q̄ ille diuturnis malis causam præbūisset. Tumultuantes opprimere voluerunt electū in ciuitate: nisi elapsus per cloacā, nauiculę impositus Wolmerstede peruenisset. Postea tamē memorabili charitate cum ciuib. vixit, adeo vt quū prælio quodam captus teneretur, nec fratres eius relaxationi multum intenderent, ciues beneficium in eo, suo domino, collocātes, ære viritim comportato, quingentis illum argenti marcis redemerunt. Idem pontifex quum obsedisset oppidum & arcem Gatersleue, Otto frater fratri tulit suppetias. Quumq; in lōgum tenderetur obsidio, archiepiscopus cum fratre, custodib. & præfectis exercitui adhibitis, recreādi animi gratia concessit in Caluen. Custodes excubias negligentius seruauere. 10 Hostes, qui erant ex ministerialib. ecclesię, superuenientes incautis, cepere multos ex Marchia: in quorum redemptionē quū vrgeretur archiepiscopus, terram Lusatia in pignus tradidit, pecunia suscepta. Qui huius inuasionis erat ductor, dominus Falco miles, à marchione nō diu post cædi iubetur Magdeburgi in ecclesia sancti Pauli: cęsus extrahitur per capillos in viam latam. Ita principibus quod libet, licet.

CAP. 39. ANNVS erat à nato Christo LXXXIII. post mille ducentos, quum inter dominos 1283 Iohannem & Henricum, filios Henrici principis Magnopolēsis, in captiuitate manētis Saracenorū, ex vna, & marchiones de Brandeburgo Ottonem & Iohānem (erat in his quoque partib. de Misna marchio) in super Saxoniam & Luneburgi duces, ex altera parte, bellum de finib. deq; alternis iurib. esset. Contēptui erant tantis principibus iuuenes 20 illi, patre orbat. Sed illis tum pro patre fuit (vt ferūt) diuina protectio, quam illis matris, Deo deuotissimę scēminę, preces ac lachrymę procurauerunt. Intrauerant hostes magno agmine terram Magnopolensem, igne ac gladio vndiq; sc̄uētēs. Iuuenes illi nobiles, quib. poterant viribus contractis, obuiam hosti contēderant. Inter oppida Greuesmolen ac Gadebusch obuia sibi agmina fuere: prælium paribus animis, et si non viribus, initur pari fiducia: quum hinc de parte aduenarum hostium vires maiores fiduciā crearent, illinc patrię defensio iusti respectus confidentiam augebat. Diu fortiter confligūt, & inclinabat fortuna quò minimē casura putabatur ab omnibus: nam iuuenes Magnopolenses, fugato hoste, multos inde captiuos eduxere. Non alia magis tum res nocuisse principib. aduenis in conspicuo est, quā hostilis apparatus ipse contemptus: qui causa 30 fuit ruinę plurimis. Dum enim contemnitur aduersarius, minus circumspectus, minus omnia prouidentur: quum ille interim angustiis pressus cogitat quæ aduersariis in mētem non veniunt. Ea victoria perfecit vt totus principatus Stargardie, qui dubio iure vi debatur esse inter marchiones & Magnopolēses, ex hoc die cederet Magnopolēsis. Nam precium redemptionis captiuorū, dotalicia pecunia quam ex Alberto marchione, cuius filiam primam alter ex fratrib. Henricus accepit coniugem, accepisset, sed & stipendium militiæ ex rege Bohemiar, cui militauit in Rudolphum Imperatorem: hæc omnia collata sunt marchionibus, vt à iure discederent principatus memorati. Fuisse

Henricus magnitudine animi & sc̄licitate bellorum Leo cognominatus: à quo descendit posteritas principum nunc florentium, quorum lineam suo loco & tempore numerabimus. Per eam ætatem mendosus quidam senex, quem Fridericum Holstuch dixerent (alii Tile Kolup cognominant) de Colonia exortus, venit Nussiam, inde in Westphaliam, mentiens se esse Fridericum Imperatorem 11. qui nō (vt credebatur) mortuus, sed peregrinādi gratia fuerit profugus. Multa edixit inter signia, quibus nōnullis fidem credulitatis fecerat. Sed tum Rodolphus Imperator iussit in quęstionem abripi hominem: in qua planē confitetur se ista confingere, quò olim in curia Friderici seruisset. Igne cōcrematus est iussu Imperatoris tantus falsarius. Non hinc lōgē alius quidam nebulo, eadem prætenſa imagine venit Lubicam. Et primū quidem secretò loquutus, cauere putatur internosci: inde, vbi creuit audacia in populo credulo, palā se prædicat esse Fridericum quondam Imperatorem: venisse in urbem, quam ipse creasset Imperialem. Per 50 suasit credulę plebi, ita vt subuectum equo ducerent per ciuitatem, cunctis visendū dominum suum. Erat vir industrius inter proconsules, Henricus Steneken, qui in legationibus crebrius alloquutus Imperatorem, multa de persona, muta de statu curiæ eius peruidisset. Secretò cœpit super multis cōpellare hominē: ille ad omnia vacillabat. Comperta falsitate, effectum est vt euanesceret, nemine sciente quò abisset.

MAR-

MARCHIONES de Brandeburgo atque Misna, iunctis armis & viribus per ea tempora duxere in Poloniam, quum haberent de finibus nescio quid cōtrouersiarum, & quum occultius rem tegerent, scientes Poloni regis consuetudinem. Rex eius temporis, malè dispositis excubiis in loco non tuto pernoctabat: non enim urbibus & arcibus multum communitis hoc regnum floret, vt æqualius uiuant. Ibi occupatus ab hostibus rex, dum capi non patitur, ab improvidis opprimitur. Oppida quæ erant in conspectu immunita, acceperere facillè dedita. Flexere agmina sua in Prussiam, ibi quoq; occupantes magnam terrę partem, quam firmatis præſidiis communierunt, appellarūtque nouam Marchiam, vsque in hunc diem. Sed eam tamen fratres de domo Teuthonica, quum Prussiam tenerent, magna ab marchionibus pecunia redemerunt, vt illis pareret cum reliquis ditionibus. Sed patrum memoria, quum magno bello laborarēt fratres à Polonis (initio sumpto à ciuitatibus ad mare Sarmaticū, quę iustis, vt ferunt, causis declinarunt à dominis suis) armorum tum indigni auxiliantium, eam terram rursus pignore obligabant dictis de Brandeburgo marchionibus: quod suo tempore non erit in obliuione. Sed eo tempore quod nunc cōmemoramus, Iudæi in Bohemia, vrbe Praga (monstrorum semper propagatrice) die sacra parasceues foribus clausis, quendam Christianum hominem Iudæo ob inopiam seruientem crucifixerunt, in contumeliam Christi Domini & Christianorum omnium, impletis in eo omnibus quæ didicerant in Christo Domino peracta. Populus Christianus vbi comperit, iusta indignatione correptis armis sc̄uīt in perfidos: extruxitque duas basilicas in honorem noui martyris, quę in causa Christi hostes antiqui Christiani nominis crucifixerunt. Per vicina tempora, hoc est circa nonagesimum post mille ducentos, Iohannes de Magnopoli, nobilis princeps, Henrici adhuc captiui filius, cōiugem accepit Helenam filiam Wentzlai, domini Rugianorum, quæ matrem habebat de sanguine ducum Brunswickensium. Nuptiæ cum magno tripudio celebrantur in oppido Sterneberg. Hoc etiam anno molendina quæ ciues Lubicenses cōstruxerant apud maiorem ecclesiam in austrum, volutari cœperunt: quæ fuit in causis dissensionum inter clerum & populum, vel vna de maximis: quòd prætenderet clerus, in ecclesię solo ædificatum, iuribus cedere ecclesię. Sed causa diu in Romana curia ventilabatur sub Burchardo episcopo: quæ secundæ fuit secessionis ratio vniuerso iterum clero: quum pōtifex supra centenarium, Romam peteret, & ecclesię suæ per quadriennium ibi sedulus adest, victor reuersus. Sed (quod necessitas imperauit) passus est accepta pecunia, rem compositione dirimi: quod postea dicemus. Quo etiam tempore Henricus, Henrici captiui filius, Iohannis germanus frater, sacra nuptiarū iniit, duxitque filiam Alberti marchionis de Brandeburgo coniugem, solennibus peractis in oppido nouo Brandenburg.

RECTIS & ædificatis per littora maris Germanici urbibus, florescēte in primis Lubica, quum negotiationes & mercaturæ à mari orientali ad occidentum multiplicarentur, cœperunt itinere publico merces inter Lubicam atque Hamburgum deuectari. Militares autem homines de vicinis prouinciis, præsertim Wandalicæ originis (quibus penè natia est vis latrocinandi) assueti præsertim per tempora multa hostilibus, quæ bello gerebantur, deprædationibus, in pace publica iam egētes, hostes sibi creauerunt, qui rebus videbantur fortunatiores. Aggressi viis publicis mercatores, finem latrocinandi nullum fecerunt. In ducatu inferioris Saxoniam tum erant multa præſidia, quibus receptarentur latrocinantes. Id quum ciues Lubicenses apud ducem sæpe querebantur, dux autem vel non posset, vel non satis attenderet eam rem auertere, memorati ciues, quum in fœdere essent cum principibus de Wadalia, eorum ope accersita copias perarmarunt, iunctisq; viribus duxerunt in Raceburgū, à capite rationem deposcentes. Dux vbi videt rem ad arma peruenisse, submissis oratorib. iussit interpellare hostiliter veniētes, quid se immeritum, nunquam in eos hostilia molientē, armis peterent? Arma sibi impræſentiarū auerterent. Si qui in sua ditione manerent, quorum cōperissent maleficia, facillè passurum, in illos impeterent. Ciues iusta illum postulare rati, duxerunt in præſidia quibus nouerant publicos hostes receptari. Pessimum enim hoc genus hominum receptatorum (vt Imperator ait) in eandem recidit culpam cum latronibus. Ergo adorti ciues nota latronū receptacula Walrow, Klocktorpe, Karlow, Mostin, Dufow, Sla weckestorp, Linow, & Nannendorpe, à solo subuerterunt: quum sibi fuga qui

Pp iij

CAP. 40:
Marchionū in
Poloniam ex
Prussia subita
irruptio.Iudæi Christi
iani crucifixerunt.

1290:

Gloriam
vniuersi
vniuersiLatrocinandi
vitiū Wan-
dalis natura
institum.Subuertuntur
latronum re-
ceptacula.

inerant per paludes & inuia consuluissent. Igitur subuersis latrorum latibulis, onustum præda reducerunt exercitum, quum dilapsi hostes eorum manus euitarint. Ciuibus autem in sua redeuntibus, multæ ex deiectis munitionibus denuo instauratur, quod principi suo se de impositis criminibus legitime (vt putabatur) purgassent. Permāsit aliquādiu eius rei memoria, vt latrocinis exteri & receptationibus propinqui abstinerēt. Sed temporis tractu, quum vrgeret inopia, facile ad veterem quæstum redierunt.

CAP. 42. REMANSIT à vetusta memoria principatus in gente Wandalorum, qui solus gene-
 ale totius ac latissime gentis vocabulū seruaret (vt vsque in ea tempora, & nūc quo-
 que, principatus Wandalia diceretur) interceptus Magnopoli ducatu, Stargardiaque
 principatu: nunc principes tenent Magnopolenses. Cuius sunt oppida Gustrow atque 10
 Parchim. Hoc loco opportunum, imò ad intelligendam successionem penè necessariū
 est, ab initio repetere principum Magnopolensium lineam, & partitionem principatu-
 um, qui ex quatuor riuis iam in vnam domum Magnopolensium concurrunt. Henri-
 cus filius Burewini, nepos Pribislaui. in hac gente Christiani principis, stipes est in hac
 nobilitate. Nam frater eius Nicolaus, obrutus ruina domus in Godebusch, nullam reli-
 quit prolem. Hic ergo Henricus ex vxore Sophia, filia regis Sueciæ, sustulit filios Iohā-
 nem, Nicolaum, Burewinum, Pribislaum, diuiores terrarum in quatuor principatus,
 non æquos tamē. Nam senior Iohannes accepit Magnopolim, à quo est successio prin-
 cipum hodie florentium. Nicolaus accepit in Gustrow principatum Wandalia, Bure-
 winus dominatum Rostockensem, Pribislaus Richenberge, cum oppido Parchim & 20
 coniacentibus. Ex his est quadrifaria partitio: cæterum Stargardensis principatus postea
 accessit. Nominabimus successionum capita, res gestas suis locis coaptabimus. Iohan-
 nes Henrici filius, dominus Magnopolensis, diu litteris institit apud Parisios, factus in
 Theologia magister: reuersus in terram, irrisione suorum litteras contemnentium, ap-
 pellatur patrio nomine *Kneſe Ianike*. Ex vxore de Henneberge genuit sex filios, quorum
 exitum supra memorauimus. Henricus autem solus posteritatem habuit, & successio-
 nem ex omnibus eius filiis. Reliquit ille filios, Henricum, pro magnitudine animi & re-
 rum dexteritate Leonem & Ioannem fratrem eius, qui prolem non reliquit: & pro in-
 genti fratris gloria ille omnino siletur. Henricus filios reliquit Albertum, & Iohannem,
 primos ducali titulo insignitos. Albericus III. tres filios reliquos reliquit, Henricū, pro 30
 zelo iustitiæ, cognomento suspensorem, Albertum regem Suciæ, & Magnum. Iohan-
 nes dux, Alberti frater, reliquit Vlricum, Iohannem, Rodolphum & Albertum. Rodul-
 phus primū Scarenſis in Suecia, deinde Zuerinensis episcopus fuit. Albertus in Tar-
 batenſem Liunionæ electus, post annum interiit. Hic primus sedit in terra Stargardensi,
 ibique reliquit filios Vlricum & Iohannem. Vlricus reliquit Henricum, & is Vlricum:
 in quo defecit linea. Cæterum Iohannes Vlrici I. frater, reliquit Iohannem, in quo & il-
 la linea defecit: & venit principatus ad Magnopolenses. Alberti I. ducis lineam attingamus.
 Is reliquit Henricum suspensorem, qui filium habuit Albertum: in quo stetit il-
 la linea. Secundus filius erat Albertus rex Sueciæ, qui filium habuit Ericum: in quo ste-
 tit & illa. Cæterum Magnus est propagator posteritatis in hodiernum, qui reliquit filiū 40
 Iohannem: is Henricum & Iohannem. Iohannes sine prole defecit: Henricus genuit
 Albertum, Iohannem, Magnum, Baltassar. Tres abeunt sine prole: solus Magnus reli-
 quit Héricum, Ericum, Albertum. Hæc est Iohannis successio, qui in diuisione fratrum
 accepit Magnopolim. Cæterum secundus Henrici, quem stipitem inuenimus, erat Ni-
 colaus. Is in partitione hæreditaria accepit Wandaliam: quæ ex omnibus latissimarum
 nationum prouinciis, sola verum & antiquum nomen retinuit, vt Wandalia diceretur.
 In ea sunt oppida, Gustrow, Plawe, Malchin, cum cæteris. Is reliquit filios Iohānem &
 Henricum: Iohannes reliquit Nicolaum & Iohannem. Henricus reliquit Henricum &
 Nicolaum parricidas, ideo non crescentes. Nicolaus, Iohannis filius, vindicauit patruū
 in patruales. Iohannes frater eius peruenit ad annos Christi MCCXVI. qui multa e- 50
 git cum Iudeis in mirabili sacramento. Is reliquit Nicolaum & Bernhardum: Nicolaus
 reliquit Laurentium & Iohannem. Iohannes sine prole, Laurentius reliquit filios Bal-
 tassar, Nicolaum, Wilhelmum, omnes sine prole. Bernhardus in Warle reliquit filium
 Iohannem, is Nicolaum, is Iohannem: & in eo defecit linea: & rediit totus principatus
 ad Henricum Magnopolensem, Magni patrem, Hérici, Erici & Alberti auum. Tertius
 Henrici

Magnopolen-
 sium principū
 enumeratio
 et series.

Wandalia ve-
 ra nomen ubi
 remansit.

Henrici stipitis filius Burewinus, terram Rostockensem accepit, & ad annum Christi
 MCC LX. peruenit. Is reliquit Waldemarum, qui peruenit ad annum MCC LXXXI.
 Is quoque Nicolaum, cognomento puerum: in quo stirps defecit, & rediit ad Henricum
 Leonem in Magnopolim. Quartus stipitis filius erat Pribislaus, qui accepit Richēberg
 & Parchim cum pertinentiis. Is reliquit Pribislaū. Prædia partim pignolata, partim di-
 uendita, redegerunt illum in pauperiem: ideo cum vxore concessit in Pomeraniam ad
 focerū, vbi in arce permilla sine liberis obiit in paupertate: & agglutinatur portio eius
 Wandalia. Hæc summatim dicta hunc teneant locum: cæterum de rebus singulorum
 gestis, quæ tradita sunt nobis, suo tempore recordabimur. Sed quoniā pauca de duobus
 10 Pribislais leguntur, ea ipsa huic narrationi contexamus. Resedit in patre non nihil gēti-
 litii erroris: nam imaginē D. Mariæ in clypeo pictam deferens, pro numine veneratus
 est. Rodolphus Zuerinens. episcopus arcē in Butzow extruxit: Pribislaus diurnū opus
 noctu iussit demoliri. Quumque nec sic episcopus à cōmunitione cessaret, euntē per pro-
 uinciam cepit episcopū, in æquo constituēs militē seculi ac pontificem: nec dimisit nisi
 ære suo redemptū militariter. Episcopus seruebat tempori. Quumque in longū duraret
 controuersia, cōtempſit reconciliationē Pribislaus. Nunciatur episcopi præfeto, viro
 militari, inermem tendere Pribislaum per vicina loca. Aggressum armis capit reddens
 vici vicem: vt se captiuitate laxaret, dimisit patruelibus, accepta pecunia, Parchim, Pla-
 we, Goltberge: nec remansit in eius dominio aliquid, præter oppidum Sterneberge cū
 20 pertinentiis: quod postea dimisit Henrico de Magnopoli. Ita se exiit omni principatu,
 non sano capite. Filius patri cognominis, accepit vxorem filiam Mestini ducis Pomerā-
 niæ: & in dotem dedit pater filia oppidum Bolgardæ: quæ fuit omnis possessio patris
 ac filii, in qua defecerūt, in pauperie sine prole morientes.

H VNC principatum Wandalia tum tenebat dominus Henricus, princeps mode-
 stus, ex nepotibus Burewini primi. Iste Henricus quū filios insolentiores haberet, Hen-
 ricum atque Iohannem, eosque crebrius super insolētia increparet, nec permitteret v-
 sibus eorum plenos sumptus, stringeretque fræna libidinis, vt paternis monitis ad fruga-
 liorem vitam redirent: improbi iuuenes pessimo consilio, patrem in venatione agentē,
 sumptis armis oppresserunt: quò maturius ad principatum rerumque administrationem
 30 peruenirēt. Speraruntque rem atrocissimam aut ocelli posse, aut casibus venationis (qui
 varii sunt) imputari. Sed vicini principes Magnopolēses, rem exemplo & facinore per-
 niciosissimam non passi transire inultam, propinquos suos armis aggressi, terra eiecerūt.
 Illi fugati, ad patruum Nicolaum, qui Parchim incolebat oppidum, se contulerūt,
 multa questi in fratruales suos de Magnopoli. Purgationē impositi criminis attulerunt:
 persuaferuntque homini, vt quanta potuit arma, reducendis illis commodaret. Nec
 defuit illis Albertus dux Saxonie, qui innoxios crederet: alioqui perniciosissimum fue-
 rit atrocissimos parricidas, in quos lex singularem excogitauit pœnam, armis tutari.
 Sed dux ab illis tum persuasus, misit eorum auxilio vnum ex præfectis suæ ditionis, at-
 mis satis stipatum. Congrediuntur Magnopolensibus, & inclinante illis fortuna, pro-
 40 pinquos suos in fugam verterūt, captis ex eorum satellitio trecentis. Annus erat nona-
 gesimus quartus post mille ducentos; quum hæc agerentur; permansitque res atrocissi-
 mis digna pœnis tum inulta: nam Magnopolēses eorum vulnere accepto cōquiere-
 runt. Mirum quomodo res vna diuersis narrationibus texatur. Annates Magnopolē-
 sium, quibus fides in ea re maior est, sic habent: Cæso Henrico patre, Nicolaus Iohan-
 nis primogenitus, parricidarum fratruelis, iunctissimus erat vindex de nece patruī. Oc-
 cupat quas potuit munitiones parricidarum, Zwaen, Lawe, Warne, quum se illi vt po-
 terant tuerentur. Moritur in eo luctamine Nicolaus alter ex parricidis. Henricus Ma-
 gnopolēsis se rebus immiscuit, vt terris velut ad prædam expositis, partem detraheret.
 Interueniunt tractatus Rostockii, opera Wislai Rugiani principis, & Bugslai Stetinen-
 sis ducis: quum parricida reposceret sua, Nicolaus indignum diceret successione parti-
 50 cidæ. In hac contētionē disceditur. Nicolaus clausa licet ciuitate elabatur, & noctu per-
 uenit in Gustrow. Sequitur eum Rugianus princeps, pacis sequester, & velut hostis ab
 Nicolao capitur. Congrediuntur inde Nicolaus & Henricus Magnopolensis, luctati
 de ditione parricidæ. Prælio victor Nicolaus multos capit. Inde circumfert exerci-
 tum Nicolaus. Henricus Magnopolensis iam visus est tueri partes Henrici parricidæ.

Henrici filii
 generis belli le-
 gibus soluti,
 volunt.

Episcopi bellū
 gerere, belli le-
 gibus soluti,
 volunt.

CAP. 43:

Henrici filii
 parricidæ.

I 294:

Annalium lo-
 cus de nefariis
 parricidis.

Non tamen oblitus suorum cōmodorum, vicissim & ille multa occupat: oppidū Warne duo Henrici occuparunt fraude clerici, qui clauium formas cera expressas tradidit illis. Nicolaus per lacum ex Rabele & Plawe, & Ruffus à terra oppugnans recepit oppidum, captis qui inerant præsidio. Pacantur deinde res inter Nicolaum & Héricum Magnopolensem: parricida autem (vt dignum fuit) in tenuitate sine prole permanfit. Quo etiā tempore, mortuo Wilhelmo duce Brunfwickcensi, vix ex ephēbis veniente, Henricus & Albertus fratres eius (quorum Henricus maior natu, dominatum in Embeke, cum adiectis ditionibus, Albertus terram Gottingensem, quæ dicitur Transsylvana regio, tenerent) facta prius inter fratres familiæ herciscundę exequutione in vrbe Brunfwico: eam partitionem quum antea approbasset publicum eius vrbis conciliū, magistrisque fraternitatum (Geldas vocant) subscripsissent, mors interueniens fratris iunioris, qui Brunfwicum teneret cum parte sua, quasi in paterna domo minor perseuerans, priora subuertit consilia. Magistri fraternitatum societatumve in Henricum seniore in inclinauere: cui etiam litteras dedissent, inque vrbem vocassent, reclamāte publico ciuitatis concilio, quod in Albertum, modestiorem principem, magis propenderent. Ergo quum in manibus Henrici vrbs esset, illiq; infinita multitudo accederet per magistrōs societatum, senatus vel effecit, vel vt fieret dissimulauit, vt noctu ingressus Albertus, per portam nouæ ciuitatis, prætorium eius partis insidere cœpit pro arce. Henricus mox sibi fuga cōsuluit. Albertus tum rerum potitus, captis memoratis fraternitatum magistris, quadraginta ex his proscripsit, duodecim sceleratōres destinavit ad necem: è quibus vnus paulo antè peregrinatus non redibat. Vndecim neci adiudicātur: iugulati decem, vndecimus miserationis temperamento cœditur gladio. Ea etsi nihil ad Wandaliā, quia tamen tempori incidunt, hunc teneant locum.

CAP. 44.

Lubicenses
dux itineris la-
tronibus ca-
dendos prodit.

PER eadem tempora, quū latrociniorum publicis itineribus nullus esset finis, ciues Lubicensēs (quos potissimum damna feriebant) renouatis fœderibus cum vicinis principibus de Magnopoli deque Wadalia, vt vno animo publicos omniū hostes insectarentur, equestri familiæ suæ præfectum, virum militarem, animo & manu promptū, cum expeditis misere in terras Wandalarū, vt insectarentur prædones. Ille ignarus viarum, ductorem accepit, qui per compendia perque semitas illos perduceret in hostes. Ductor ille duplex animo, vir totus nequam, quum fidem iurasset, præcessurum se pollicetur, speculaturumque quid apud hostes ageretur. Sacramentum eius malignum animum non mutauit: credidit vir fidelis homini perfido. Ille profectus ad hostes, omnia Lubicensiū consilia detexit. Tanta manu in illo loco affuturos edicit: si modò viri sint, omnes se facile perempturos. Illi accepto quot superuenirēt, aucti numero & armis, in locum à proditore constitutum adequitāt. Ibi Nicolaum Lyndowe, præfectum Lubicensium, cum expeditis suis excipiunt: numero autem præstantes & ferocia, minorem Lubicensium manum oppresserant, vt ne vnus superesset. Vigebat tum in vrbe Lubica cōtrouersia inter episcopum & populum, de causa fratrum, deque maiori (quæ accesserat) causa molarum, de proprietate earum. Interdixit iterum pōtifex diuinis per ecclesiam officiis. Populus interposita appellatione fratres habuit adhærentes: qui vt solent populum à clero distingere, nunc in causa populi in hæreses populo, quo modo in prioribus in hæresibus fratribus. Sensit iam dudum ecclesia murem esse in peram, qui etiam Romanæ ecclesie formidinem iniicit. Archiepiscopus Bremensis Gisbertus excommunicauit fratres, interdicti ab episcopo positi violatores. Interdixit terminorū suorum (vt vocant) quæstus, per districtus suffraganeorum. Nihil ea re facti sunt emendatiores. Ciues absentium canonicorum curias primum spoliatas subuerterunt. Ita triumphat populus insolens in clerum, quum nihil minus habeat diuinū officium per fratres. Vide otium quid præstet, & cibus alienus, ait Comicus.

CAP. 45.

Henricus post
diuturnam ca-
ptiuitatem do-
mum redit.

HENRICVS interea dominus de Magnopoli, qui per annos viginti sex (hoc est à 1301. passagio, quod ad annum sextum & septuagesimū Gregorius x. indixerat) in hunc vsq; annum, primum post mille trecentos, in captiuitate permanfit: hoc anno incolumis rediit in sua. Quo tempore famulus vnus, qui indiuisus semper domino comes adhæsit, Martinus, artem textoriā perdidicit, in sericis & auro operatus, dominumq; secum eo labore sustinuit: iam enim veteres captiui minus cœperant custodiri. Vnde factum est, vt varia fortuna sæpe & multum per itinera delitescēs, Romam perueniret: ibique reperit

perit scribam concilii Lubicensis, Alexandrum. Ille comperta principis fortuna, quem iam dudum sui interiisse suspicabatur gementes, sumptibus pro eo in itinere factis Lubicam vsque perduxit. Ibi venerabiliter exceptus à clero & populo, per aliquot refocillatus dies, iumētis, vestibus & insigni familia decoratus, remittitur in sua. Noua ibi gaudia, inaudita tripudia filiorum de patre, & iam nepotum de auo, totius populi de principe. Pendebat à collo coniunx charissima, non passa diuelli: affuere nurus gratulabundæ. Nam qui periisse putabatur, inuētus est: & qui ab omnibus iam inter mortuos deputatus est, cum viuentibus viuere cernitur. Quanto illi gratior restituta patria, & ille vicissim patriæ, quàm si nunquam fuisset amissa! Sic se res habet: rei precium iustum nemo dicit, nisi postquam ea diutius caruerit. Miratur multa per absentiam suam diuturnam innouata: videt nepotes ex filiis, audit casum filiæ luctuosum, cōponit quæ videbatur ordinem egressa. Rei nouitas à me impetrat, vt aliā quoq; eius rei narrationem, etsi non tam verisimilem, tamen magnis authoribus proditam, nō omnino prætereā. Ferūt in seruitute iam senescentem, interpellatum à Saldano domino suo, tum primum in eam dignitatem prouecto (erat autem vigilia Dominicæ Natiuitatis) Vellēne in honorem Christi tui, cuius iam Natalicia inter Christianos instant, liber esse? Ad quod ille, In manu tua est domine facere de seruo quod voles: veruntamē redire ad meos quis dabit? Vxor mea, liberi mei, iam me dudum inter mortuos deputauere. Non est ita, inquit ille, comperi ex peregrinis tuæ gētis, omnes incolumes tuo tabescere desiderio. Et vt intelligas me tuorum natalium & rerum esse conscium, meministi, quum sub parente tuo in Liuania militares, magistrum quendam machinarum magnam parenti tuo in hostes operam nauasse, & magnam sæpe in hostes stragem fecisse: Ego sum ille, qui postea inter Tartaros magnam allequutus prouectionem, nunc (vt vides) maiorem in hac gente teneo. Liberum te esse constituo, dans etiam viaticum, ob vetus commilitium. Ille gratias agens proficiscitur: & ab vrbe Ptolemaide nauigans, iterum in mari capitur, & velut fugitiuus reducitur. Saldanus reductum iterum dimittit in Cyprum: quo in loco amitam fertur reperisse nuptam regi (quod supra memorauimus) quæ refocillatum mittit ad sororem in Massiliam. Ibi que per dies moratus, mittitur inde in Hennenberge, ad materni generis cognatos, à comitibus cōmendatus senatui in Magdeburgo. Ille misisse illum, fertur in patriam cum honore: reperisse Héricum filium in oppugnatione arcis Glesme. Sed ille ad primā vocem non credit redire patrem, bis antè delusus cū matre ab adulterinis, qui se diuisis temporibus fingerēt Héricum: ambo digno exitu perempti, alter aquis, alius igne consumpti. Pater oppugnantes hortatus, iubet erigi furcam, vt terreantur latrones. Ad cuius conspectū, demissi animis, aut lentius pugnantē capti, aut in gratiam se dedentes, numero XL. sunt appensi. Interim seniores ex militariibus, qui Henricum familiaris nouissent, missi ab vxore & filio, conspiciantur si verus sit qui speretur. Vbi renunciatum est esse, gaudio pleni occurrunt, & in oscula ruūt, *Lachrymas miscent, dant gaudia fletus.* Hæc est altera narratio à prima: sit liberum lectori de rebus iudicium. Mihi hæc nimium videtur ad studium efficta. Nam in alia narratione mox sequitur, Anno non longius proximo, audit ex arce Glesme multa fieri latrocinia, legibus & bonis moribus obuia. Ea quum non nisi armis reformari posse viderentur, contraxit copias. Occurrit ad eius oppugnationem Alberto de Brandeburgo marchioni, cuius filiam alter ex filiis tenebat coniugem. Expugnant, & solo relinquunt equatam. Eisdem copiis duxit in Wisnariam, cuius ciues iam in bonum modum aucti, quū sentirent opes de mari crescere, contumaciam quoq; in suos principes crescere illi senserunt. Nam veterem arcem Mekelnborg, cuius oppidum iam paulatim euauit, de vicina ciuitate euerterunt. Sed Henricus perpulit armis, vt in quæ vellet modū renouaret: eiusq; rei fide facta dimisit exercitū. Interim Albertus Brandenburgensis marchio oppugnabat dominū de Rostockio, eo quod filiā iam desponsatam cōtempserit, acceperitq; coniugē relictā Bugislai principis de Wolgasto. Pulchra nimirū compensatio. Olim marchio vetuit filiam Bernhaldi ducis Saxonie dare Wadalarum principi, quæ ille canem vocitabat: vnde etiam multa tum prouenere mala (quod diximus supra suo loco) nūc rebus conuersis, princeps Wandalus contemnit filiam marchionis. Sed quum ille armis contemptū suū vindicare cōstituisset, dominus de Rostockio regi subiecit se Danorū, vt eius defensione tutior esset. Ericus rex rem tantā nō leui pēdit: sed exercitū

Quemadmodum
Henricus li-
beratus sit.

Ante Henrici
reditum duo
illius nomen
fuerant emen-
titi.

Rostockiensis
se in Dani cli-
entelam con-
fert.

mifit per mare, quem oppofuit marchioni. Aliquot excurfionib. præliatum est: fed facile peruenit res ad compositionem, vbi maiores ex aduerfo eluxere vires: permanfitq; principatus aliquandiu in fubiectione.

CAP. 46. WENTZESLAVS Rugianorū princeps, per ea tempora cōceffit in fata, filiū ſibi æquiocum relinquens in principatu. Alius quoque Wentzlaus rex Bohemiæ moriēs (vt ſuprà ostendimus) filium ſui nominis hære dem reliquit. Sed ille eodem anno cæſus à ſuis, filium non reliquit, peruenitque regnum iure feudi ad Romanum Imperium. Albertus tum Imperator, propinquum ſuum, & (quod alii annales habent) filium, cui maiorem ex filiabus Wentzlai deſpondens, velut Romani regni feudatarium prouexit in regnum. Eam coniugem quum annis nouem tenuiſſet, & iam Albertus morte eſſet ab-

Bohemæ uxor regno & thoro expellit.

ſumptus, regina contempfit maritum, moribus degenerem, viribus impotentem, patri per omnia diſſimilem. Eiectus ille regno, etiam eccleſiæ iudicio diuortiatu à muliere. Iam Henricus de Lutzenburgo comes, Alberto ſucceſſit in Romano Imperio. Is filium Iohannem, euocata Spiram puella, illi maritum reddidit, regemq; duxit per arma in Bohemiam. Ita peruenit corona Bohemiæ ad ſanguinem Lotharingiæ. Hęc repetenda putauit, quòd aliquāto diuerſus in noſtris annalibus quàm apud Æneā in Bohemia legerentur. Videbatur in Henrico Romanum Imperium pulchrè profeciſſe, quum etiam Bohemiæ coronam ſanguini ſuo commendafſet, ita perpetuò futuram ſub Romana ditione. Sed quoniam noſtris diebus obediētiam Imperio Bohemia retraxit, non iniuria hac tempeſtate contemnitur in Romani principis electione. Lubicam interea urbem

Lubicenſium clades.

Otto dux de Luneburgo non æquis aſpectabat oculis, indignatus illi ex cauſis quas annales non commemorant. Vnde factum eſt vt trecentos equites emiferit, vicina eius urbis deuafare. Fecere illi quod ſolent: egreſſi ad urbes territandas, prædam vndiq; collectam pauci abegere: cæteri latuerunt in inſidiis. Armis præfectus eques in urbe, cum ea quam potuit de repēte expedire manu, equitibus peditibusque ſtipatus egreditur, & incautiſſe prouectus, excipitur à latentibus, quum ille perſequeretur abigentes pecora. Ibi fortiter pugnans cadit cum centum ciuibus: cæteri malè ſaucii diſſipantur, & in urbem reuertuntur. Militares autem ducis aliquot amiſſis equis, & nonnullis cæſis captifque, redeunt victores in ſua. In Liuania interim, deſuncto apud eccleſiam Rigēſem ſecundo Alberto, Iohannes comes de Zwerino, frater Helmoldi, ad archiepiscopatum

1304. tum poſt mille trecentos, papa illi eccleſiæ prouidit, quòd fortè eſſet electio minus legitima: præfectusque eſt Io. Brand curialis. Interim Lundeniſi eccleſiæ, diu ſub tyrānide regis laboranti archiepiscopum dedit pontifex, Ifacium quendam, legatione quondā pontificis functum in Daniam in cauſa eiufdem eccleſiæ iam ſuæ. Portenta per ea tempora memorantur. Nam ad oppidum Vredeland veteris Marchiæ, in ſolo Wandalico, in die ſancti Remigii cecidit grando de cælo, in qua igniti lapilli, qui plurima excitaerunt incēdia, vbi ſtramina & paleas aut aliam arſuram materiam inciderunt. Nihil fuit

Lapidibus ignitis pluit, quibus omnia cōſagravit.

1306. innoxium quod illis contingeretur. Tecta ruſticarum domorum, ſcēnum in horreis cū frugibus cōcrematur, ipſa in agris pecora lædebantur. Res prioribus ſeculis incomperata. Quo tempore, quū annus ageretur MCCCVI. quum iam multis vicibus, per multa tempora intētata terræ ſanctæ recuperatio nō proficeret, milites hoſpitalarii ſancti Iohannis, in ſulam Rhodi, expulſis qui tenuere Turcis, cum adiacētibus aliquot occupauerunt, & vſque in hodiernum conſeruauerunt. Hac etiam tempeſtate Philippus rex Franciæ, exoſus perfidiam Iudæorum, omnibus regni finibus iuſſit excedere. Sed nobis paulo retro redeundum eſt.

CAP. 47. QVVM in Romanorum Imperio adhuc permaneret Albertus, Rodulphi filius, Wentzlaus rex Bohemiæ non ſatis faciebat imperata. Redibat in memoriam amplitudo paternæ ditionis: vt quo modo pater, ita & filius minoris cœpit ac debuit, pendere Romani Imperatoris iuſſionem. Tædebat quoque Bohemiæ populum, libertati (vt putabat) natū, amplius quàm vni ſuo regi parere. Vnde bellū exarſit non mediocre. Wentzlaus uenere ſuppetiæ aduerſus Imperatorē, ex Marchia Brandenburgeniſi & omni Wandalia maritima. Aderat Albertus Brandenburgeniſis marchio, Imperatori ſuo oppoſitus.

Bohemus Imperatori minus diſto audiens.

tus. Venerant cū illo Iohannes & Henricus, domini Magnopolēſes, & Vlricus de Wandalia, quæ ſola uetus nomē ſeruat. Et iam eum in modum auſta erant arma Bohemi, vt videretur terræ ſanctæ oppugnādæ exercitus eſſe copioſus. Albertus autem Imperator totis Germaniæ reliquæ viribus incubuit pertinacem regem ad obediētiam reuocare: Inerant agmini ſuo Auſtrii, olim Norici, Bauari, Suæui, Franci, non dico Gallos. Quūq; ſub aſpectu mutuo ſtarent agmina, videns Wentzlaus quia multum ſuperaretur hoſtiū multitudinem, euitans grandem quæ imminēbat ſanguinis effuſionē, ſubmiſit qui placato Imperatore rem per æquas cōditiones interciperēt. Id factū eſt. Octauo tandem anno poſt mille trecentos, Burchardus Lubiceniſis episcopus, cum clero ſuo iuſtificatus in Romana curia, recepit poſſeſſionem eccleſiæ & prædiorum eius: nec tamē iactare potuit de lucro. Piſcatum aut aureo reri: & illo amiſſo, ea fuere litis impendia, ea plebis in res eccleſiæ uolentia, vt non facilè lucra damnis compenſarentur. Et tamen decorū eſt, imò etiam debitum, pro iure eccleſiæ & eius libertate, ad ſanguinem vſq; decertare. Sic factus eſt Chriſto martyr Thomas Cantuarieniſis. Proximo anno per omne regnū Frāciæ capti ſunt Templarii, annitente Clemente v. Romano pontifice: qui hoc ſecretis apud reges Franciæ & Hispaniarum nunciis egit, quum detecta eſſet eorum perfidia, & in Crucifixum dominum blaſphemia. Nemo leuem putet occaſionem ſubuertendi ordinis, quem antè Romana eccleſia tantis euexit priuilegiis. Regibus Franciæ, Angliæ, Hispaniarum (apud quos in regnis demorabantur, extruſi terra ſancta) ea primū uæſania perclaruit. Illi nunciis apud Clementem detexerant, pontifice mirante: ſed uicit eum conſonum à tribus regibus teſtimonium. Et vt res fieret cōſpectior, pertracti ſunt ex his nonnulli ad pontificem, qui execrationem Chriſtianismi faterentur. Alii tamen quaſtionibus ſubiecti, nihil omnino fateri uoluerunt: nec poterat à robuſtioribus vlla quaſtionibus conſeſſio extorqueri. Vnde factum eſt vt multi fabularētur, propter prædia & arces quas tenuerant in regnis, reges in eos conſpirafſe. Sed vanum vulgus æquè ad credulitatem fabulationemq; promptum eſt atque temerarium. Magiſter eius ordinis, cum aliquot fratribus Pariſii publicè concrematus eſt: cæteri per regna, ne bellum aut grauior aliquis tumultus fieret, vno die capti oppreſſique ſunt.

REM à multis ſeculis retro commemoratam, de barbarie, in qua vetuli etiam patres à filiis maſtantur, & ſenes iam labori inutiles ad mortem vrgentur, hac tempeſtate quidam ex ruſtica Wandalarum gente (qui in duriffima ſeruitute vix panem excudunt omni labore & ſudore quotidiano) cōprobauit. Nobilis domina, uxor comitis de Maſuelde, filia comitis de Luchow, quum parentes inuiſere conſtituiſſet, iter faciens per Ericam Luneburgenſem, in vicino fruticeto audiuit uocem gemētis & miſerabiliter precantis: miſſo que vno ac altero ex familia, iubet contemplari quid eſſet: nec demorata reditum, quum moram facerent, ipſa aditura iuſſit aduerti currum. Conſpexit ſenē iam annis preſſum, labori inutilē, ligatis manibus eiulantē, orare vt vitæ eius parceretur. Iuxta uidit virum ſcrobem effodere: quem interpellans rogat quid moliatu. Ille nihil ratuſ illicitum, planè conſitetur, patrem ſuum, iam labori deſunctum & inutilem, qui que panem ſuum querere non poſſit, ſepulturum. Illa redarguit impium, quòd parenti non parceret. Non times, inquit, improbe Deum, cuius eſt mandatum de honorandis parentibus, & de nemine occidendo, minimè uerò patre? Ad hęc ille ſuſpiciens, Non poſſum, inquit, o domina, auferre panem paruulis, quos multos alo domi, & dare inutili ſeni: vtriſque autem enutriendis non ſufficio. Quid faciam? Tum ingemiſcens domina reſpexit in ſuos, dixitque, Videtis quæ ſit horum pauperum conditio, quibus nemo impendit miſericordiā, magis emunguntur ad ſanguinem? Illa prolatis aliquot argenteis, dedit filio, vt patri vitam permetteret. Pollicetur ille, quoad durauerint argentei, patri proſpecturum. Illa abiens pauperum ſecum ſortem humanitus miſeratur, multa loquēs inter amicos de preſſione miſera ruſticæ plebis. Sed nemo percipit corde. Quantos putamus ea conditione emori coactos?

IOHANNES marchio Brandenburgeniſis, cum vicinis Wandalis per ea tempora luſtatur aſſiduè. Ingreſſus autem principatum qui nunc dicitur Stargardiæ, opportuno loco firmavit arcem, quam gentis uocabulo Lubitze appellauit, ab arce & oppido. In hac autem molitione idem Iohannes vitam finiuit, & germanus eius Otto rem à fratre inchoatam conſummauit. Quo etiam tempore, in terra Hoſlatiæ, in ſolo Wagriorum

1308.

Thomas Anglus qualis martyr.

Templariis obiecta falſo crimina alii ingenuè ſcribunt.

CAP. 48.

Senes à liberis propter egeſtatem interficiuntur.

Miſerrima plebis conditio.

CAP. 49.

Wandalorum, in oppido Vthin (quod iam dudū ecclesia Lubicēsis in proprietatem tenuit) fundatur collegiū canonicorum, quod durauit in hodiernum, diuq; perstat (vt cōfidentur) permanfurum. Fūdator erat senior ille Burchardus, qui (vt diximus) octogennarius peruenit ad episcopatū, & sedit anno vno & quadraginta, multis interim litibus & laboribus fatigatus, sed non fractus. Fratres autem in vrbe Lubica iam ad ius suum restituti, quartam mortuorum deposcente, nescientes quid hoc esset, dare recularūt: nondum satis promulgata Clementina constitutione desuper edita. Deuoluitur causa ad Romanam curiā: fratres instruuntur vt iuribus pareant. Illi queruntur se esse deceptos, quod causam dederint in manus aduersariorum. Iam deputant aduersarios, quos antē cognouerant suos fundatores: postea tamen varia priuilegia, & nouissime mare magnū accipiunt, in quo (si fieri posset) caelestium omnium demergerent. Per eadem tempora quum Otto Brandenburgensis marchio bellum in Wandalos perseueranter ageret, arcemq; à fratre inchoatam perfecisset, domum reuersus diem suum & ille obiit. Iohānes autem filium reliquerat paruulum. Sed Waldemarus amborum frater germanus, subiit gubernacula, nepotem ex fratre enutrens. Is rem super concordia & foedere cum rege Danorum Erico, ab Ottone fratre inchoatam impleuit, veniens cum splendore multo ad oppidum Rostockium. Sed quum neq; rex à mari neque marchio à terra sineretur urbem ingredi, quod vererentur ciues opprimi suam libertatem, in vicino vrbi loco (rosarium vocant) tetenderunt: ibiq; rem curialem multo splendore (quod in Dania scriptissimum) peregerunt, creatis à rege militibus, quod erat constitutum, & donariis lagiffimè per omnes gradus nobilitatis distributis. Eam tamē rem ab vrbicis diffidenter regi, cui suberāt, impositam, per suspicionem opprimendæ libertatis, postea (quod suo loco dicemus) rex magnificè in Rostockenses vindicauit. Sub eo sydere fundatam ferunt eam urbem, vt vix transeat vnam Saturni reuolutionem sine manifesta purgatione.

Rostockium
malo sydere
fundatum.

CAP. 50.

HENRICVS dominus de Magnopoli, filius captiui, quum iam secunda vota iniret, accepta coniuge germana Rodulphi ducis Saxonie, nuptialem solennitatem in sua vrbe Wismaria constituit peragere. Sed ciues exemplo Rostockensium se in eam proteruiam erexere, vt portas seratas haberent, timentes suæ libertati frænum iniici. Indignatus ille, quomodo vindicaret suorum in se contumaciam, cogitauit. Oppugnauit urbem terra marique, cinxitque obsidione, duo ad orientem & occiduum erigens præsidia, quibus affligeret urbem: suos nihilominus inde tutatus. Rex Daniæ Ericus armatâ illi misit classem, vt arceret à mari. Sed vicinæ vrbes, suam perinde causam arbitantes vicinum incendium, armarunt illæ quoque naues, vt regis occurrerēt & variis casibus sunt conflictatæ. Dux autem terra perurgens obsidionem, elicuit ciues ad pugnam, ostentans illis bene gerendæ rei occasionē. Illi procurrunt, vt solent, sine ordine auidè ad pugnam, quæ illis polliceretur ex aspectu rei victoriam: stratagemata militantium non intellexerunt. Effusi portis intercipiuntur, mactantur, vrgentur in lacus, vt mergantur. Ita insignem ciues accepere cladē. Quum verò Danorum rex scriberet Rostockensibus, vt sub obtentu gratiæ suæ, & sub amissione bonorum omnium quæ in regno tenerent, Henrico principi parerent ad omnia, portas & munitiones non claudentes, quem ille faceret tutorem Rostockensem. Subiecit enim ille se principatus regi, vt tutus esset à vicinis. Ea res consternabat Wismarientes. Igitur Waldemarum ducem Sleswicensem, & Nicolaum principem de Werlo interposuere tractatores: qui rem his conditionibus compacarunt, iuraret senatus cum parte ciuium, non se contumeliæ gratia, sed iusto timore, ne vrbs in alteram recideret ditionem, clausas illi habuisse portas: quæ à domino suo tenerent iure pignoris, redderent absque omni redemptione: debita quæ princeps inter ciues cōtraxisset, laxaret senatus: clausas portæ in Magnopoli essent, in manu principis, vt liber esset illi ingressus & egressus die noctuque: inde vt curia principis eo loco per Rostockenses deiecta instauraretur. Sed in capite vacillatum est, quum contenderent ciues hoc in pactis non conuenisse. Patiuntur tamen, vt princeps suis sumptibus instaret, & portam erigat in Wenekamp: cui opposuit alteram quoque turrim, & reddidit clausas portæ Magnopolensis. Nam tūc habuit quod quærebat, vt esset aditus & abitus illi liberrimus. Rex Daniæ Ericus iam ob similem causam Rostockensibus hostilia & periculum capitis nunciauit, cum omnibus principibus, qui superiori anno ad eius vrbis viciniam regis curiam honestabant.

Wismarientes
principem suum
oppido excludunt.

Pacti conditiones.

HVIC Regi Henricus se coniunxit, societatem iniens belli, quod à mari (in quo rex CAP. 51. dominaretur) potissimum possint vrgeri. Primum ergo principes iunctis armis ducunt in Rostockium. Rex quidem tonabat à mari: Marchio cum vicinis principibus perurgebat à terra. Obsidionē ciues leui pendere, quandiu portū haberent à mari patentem: Obsidetur Rostockium. Eam viam interclusuri principes, ad ostium Wernouie castra mouent: ibi ad vtramq; ripam firmant præsidia. Ostiū maris immerfis nauigiis & grandibus saxis occludere perentantur: & ad tuenda præsidia militibus impositis, reducūt exercitus. Quibus dilapsis, ciues cum apparatu bellico egressi oppugnarūt munitiones ad ostium fluminis, facileq; deiecerunt. Iam verò fluminis impetus facilè dispulit obstacula quæ deiecta erāt: & rediit res ad statum pristinum. Ciues quoq; tutandi portus gratia, & vt emineret nauigantibus noctu lucerna de sublimi, turrim in sublimi erexerant, communierantq;. Sed Ericus rex Danorum, proxima estate ad nauigās cum apparatu bellico, ad ostium Wernouie sese collocabat: turrim oppugnans machinis & petrariis, facile expugnat: auctaque munitione, quatuor per totidem angulos præsidia collocat: fossatis profundissimis valliq; cōmuniuit, vt ab insultatione securi sint vrbicorum. Et imposita valida manu, quæ tutadis satis esset, commeatuq; & armis impleta munitione, reduxit classem in regnū. Ciues vbi prospexere se inclusos, quod neque terra neque mari sinerentur egredi, fecere quod solent irritati canes, in proximum versi se vindicāt. Itaque tumultuantes, in senatum suæ vrbis arma vertunt, pro arbitrio fingentes quaslibet causas. Multos ex eis cōtrucidarunt, paucis per amicos clanculo seruatis, donec ira deferuisset. Mansit eius plātarii radix diu amarissima, quæ semel imbuta sanguine difficulter euellitur. Erat autem tertius decimus post mille trecetos à nato Christo annus. Demum missis ad Danorum regem nunciis gratiam eius implorarunt, quando regnis eius ad faciendum quæstum carere haud poterant. Sed proderit ista ab origine explicare.

OPERÆ PRECIUM est diligentius statum illorum temporum intueri. Quū per CAP. 52. eam ætatem Nicolaus, cognomento Puer, dominio Rostockensi præesset, & iam circumspiciens cōthoralem, sponsam primam comitis de Lindow repudiasset, & alteram (quæ filia esset Alberti marchionis) non accepisset, sed filiam Bugslai ducis Stetinensis: marchio cum comite contemptum sui armis vindicauere. Placati tamen ære, & imposito terræ tributo, reduxerunt exercitum. Sed quum tæderet tributorū, sumpsere consilium, vt Nicolaus cum suis se subiiceret Erico Danorum regi ad defensionem, simul vt securi essent ab Henrico Magnopolensi, quem metuebant. Ea tum causa esse poterat, vt urbem Rostockensem iam subditā, non premeret rex tam magno nobilitatis & principum conuentu, sed pro temporum ratione, in solstitio æstiuiali mallet celebrare in tentoriis (quod nobilitas ipsa magnificentius ducit, quàm in fumosis vrbibus demorari) & curiam instrueret. Sed tum infensus erat rex Rostockensibus, quod bello Wismarie litteris eius non paruissent, sed vicinis tulissent suppetias. Ergo mouet rex in eos, illa molitus cum Henrico Magnopolensi, quæ proximè diximus. Sed tum se immiscuerē maiora mala. Nam tumultuati ciues, pessimo consilio discesserunt à rege, cui essent sacramentis addicti: & Nicolaum dominum suum duxere in prætorium, vt de sublimi suscipiat ciuium suorum in foro stantium sacramenta. Quid, inquiunt, opus est seruire extraneo, quando legitimum principem habemus in medio? Refragati sunt quoad poterant viri consulares, prospicientes futurum: sed raptabantur inuiti, vt nolentes volētes facerent quod cæteri, nisi protinus mori mallet. Inde facta est oppugnatio munitionum in Wernemunde: & reparauere munitissimam (vt putauere) turrim ex lateribus demolitæ turris, ad ædes diui Petri: & quotquot vndecunque corradere poterant, nauibusque circumpositis cum armatura, communierant. Rex vbi audiuit, vocat ad arma principes sui foederis, vt vniuersi in diem Iohannis ad solstitium, in sabulum maris Baltici, ad Wernouiam armati assistant: misit ille validam in classe manum. Venere cæteri, & in primis Henricus Magnopolensis. Ibi primum fame pugnandum erat: pro magnitudine enim munitionis, non facile poterat expugnari. Tribus ferè mensibus durabat oppugnatio: quum interim fame laborarent, fecere deditioem. Tum clamor in vrbe exoritur, senatum proditione reum occultè sentire cum rege, iussu eius traditam munitionem. Mox capiuntur, domus deprædantur, confiscantur bona: gladiis & rotis sæuiunt in captos. Henrico Runge nomen erat primipilario: quod infauftum ideo com-

Obsidetur Rostockium.

Rostockenses a Dano presserunt se tumultuantur.

1313

CAP. 52.

Cur Rostockenses Dano iniussu.

Danus Rostockium obsidione premisit.

memoratur, quod nostra ætate rediuuium nomen eidem esset vrbi velut renatum ab inferis. Germanum habebat in senatu, virum bonum, pro quo apud improbum interuenere nonnulli. Potes, inquit, germanum eximere periculo. Ille crudeliter, Vadat, inquit, socius complicibus. Aspirabat sanguinarius in eum locum, quem illo viuo tenere non poterat. Interim vrbs oppugnatur. Multa fiunt leuia prælia, nihil magni geritur. Sed expromisso ære, res quietatur. Dum hæc aguntur ad Rostockium, Iutiæ proceres pro sua consuetudine conspirant in regem, litteris desuper confectis. Moritur inde dux Lalandiæ, & relicta eius litteras regi consignat. Sæuitur in coniuratos: quod in Dania diximus.

Rostockiū oppugnatur.

CAP. 53. ROSTOCKENSES, velut mare motum non facillè consistit, neque ipsi consistere, bono ciuitatis concilio partim eiecto, partim cæso. Noua condidere statuta, quod nemo allegeretur in concilium publicum nisi ex consensu seniorum in societatibus (Aldermannos illi vocant) quod nulla multa indiceretur ciui ex eorundem consensu, quod nemo ciuium fidem interponeret pro militari: essetque inualidum, si quid cõtrã têtaretur. Publico sigillo iussere placita communiri: ferro & clauibus multis litteras includere. Interim eiecti consules egerunt apud Henricum dominum de Magnopoli, vt quoniam vicarium illum rex fecerit in terram Rostockensem, iustitiam illis impartiretur, paratis excipere & reddere quod iustitia deposceret. Audit ille iustas preces, & commonefacit, efficiant ope intus amicorum, vt porta vna, nocte illi pateat, veturum cum armis, vt violentos compescat. Obseruant occasionem quum portæ sancti Iohannis custos abesset: qui in vrbe principis nomine præfectus esset, clam portam cum suis apprehendit, suspicante nemine quid ageretur. Erat vigilia Dominicæ Epiphaniæ, instante XIII. anno post trecentenū. Venit in vesperū clausis portis vir militaris, nunciatus stare ad portam duos currus, subuehēdo com meatui in Dobran principi: ne qua mora fieret expectanti, aperiretur. Qui claues seruauit, nihil suspicatus, mandat seruo, curet vt currus inducatur. Introeuntes rotam dilabi curauere, vt staret referata. Aderāt equites peditesque, qui vrgerent ingressum: & iam emensi dimidium itineris ad forum, se in ordinem contulerunt pugnaturi. Ciues ad arma conclamant, occurrunt, repellūt. Creuit ad portam pugnantium multitudo abintus & deforis, quum accederent quos princeps præmisisset. Ibi de sublimi portæ deiectis saxis ciues retruduntur: hostes de nouo vrgent ingressum. Pugnatur vtrinque acriter: & iam princeps propinquabat. Sed & maiores in vrbe excitati, interposita publica fide, sciscitantur ex iis qui venerāt, quid peterent, quid ageretur. Et quum starent vtrique ad pugnam parati, vt & magna sanguinis commixtio in oculis esset, responsum est de parte principis, venisse se regio mandato vt iustitiam redderet cuique pro suo iure, etiam si id poscerent, Lubicensi. Henricus Runge, ascenso curru carbonario, ciuibus edicit venisse principem, vt sine armis, sine sanguine, iustitiam redderet, quam nemo bonus recusaret. Fecit armorum motus, vt iustitiæ nomen non recusarent. Ille autem primipilarius, malè sibi conscius, festinabat abire, & elapsus est. Princeps diuertit in hospitium, & cæteri pro commodo: centum armati mansere in publico ad principis custodiam. Orta luce deputauit ex suo concilio quatuor viros, qui iustitiam exhiberēt. Venere propulsi sub aspectum, parati respondere querulantibus. Nemo accutabat. Absoluti sunt, & suis redditibus. Tum illi accusauerunt nonnullos, quorum alii iam dilapsi, alii præfentes proscribuntur: alii etiam gladio feriuntur. Ita rebus quietatis Henricus pro rege solus omnia administrat, quod portum maris cum præsidio, regii, & marchionum manus, & ipse Henricus iunctis viribus tenerent.

I 3 I 4. Rostockiū dolo occupatur.

CAP. 54. BURCHARDVS interea Lubicensis episcopus, vir multis ex rebus memorabilis, ad hoc diu dilatus in terris, vt fratrum rebellionem & sæuientis tumultuantisque laici populi in clerum temeritatem cohiberet, castigaret, reprimeret. Iam tertio interdictum in ecclesia diuinis officiis, quod fratres minores, de ecclesia sancti Iacobi, tumulto iam extructo, & cunctis ad funeralia in ea ecclesia parrochiali præparatis, corpus caduereum rapuerunt, impressione facta per ciues. Episcopus iam grandæuus, iam malis affuetus, tertio clerum vrbe eiici indoluit. Erat autem quintus decimus post annos mille trecentos. Sed non durauit ea controuersia, quum cernerent implacabile peccus pontificis nõ cedere malis, sed contrã audentius ire. Eodẽ tẽpore magister Templariorum,

I 3 I 5.

rum cum quodam preceptore ad ea usque tempora seruati, si forte res piscoerent, quia in corrigibiles erant. Parisii publicè concremātur. Et nequid de sumali, etiam in Polonia exorti haretici ecclesiam turbauerunt in oppido Zidenitze. Multi ex his conuicti flamma vram finierunt, missi ad diuturniores signas. Quæ etiã tempore Philippus rex Franciæ quum competrum haberet, leprosus inficiendis per prouincias fontibus operam impendisse per omne regnum, iussit omnes capi, ac flammis vlticibus consumi. Quum autem tempestate Henricus Romanorum Imperator, eius nominis VII. in Italia edomanda laboraret, ciuitates Italicæ, retinentes antiquæ sub I. Friderico constituta diuisionis memoriam, in se mutuo sequirent, facile fuisset Imperatori, ad omnia quieto, videre Italos suis se viribus lacerantes. Sed quum omne illud studium in edomandis Florentinis impenderet, iamque satis attenuati viderentur, vt penè in deditionem Imperatoris venire cogerentur, fame pressi, exquisita solitæ sibi artis industria, venenum parafese feruntur, idque quàm occultissimè per minimè suspectos magistrōs ingerebant. Ille fatis absimitur, dum ad balnea quærit frustrata remedia.

Heretici exprosi combuuntur.

Imperatoris inuentionem.

LIBRI SEPTIMI FINIS.

ALBERTI KRANTZII

WANDALIÆ LIB. VIII.



CAP. I. VVM iam immineret noui Romanorum regis electio, congregatis ad eam rem in Francfordia principibus, Waldemarum Brandenburgensis marchio, quum adesse vel nollet vel non posset, instructum misit procuratorem militem cum mandatis, inclinante in Fridericū Austriæ ducem, Alberti Imperatoris filium, marchione. Dedit oratori suo sigillatam sine scriptura membranam, vt si in alteram cerne ret personam rem omnem inclinari, inscripta quam tenebat membrana, nomē eius infereret, quem cerneret votis exuperare. Iam ventū erat ad electionem, scindebantur electorum vota. In Ludouicum Bauarū videbatur pars maior propēdere, quamuis marchionis vox si Friderico accessisset, magnū illi adieciisset pondus. Nā Rodolphus dux superioris Saxonix, quia aderat electioni proximæ factæ superioribus annis, nunc pertinere videbatur (ex placitis conuentis) ad ducem inferioris Saxonix. Sed tum nuncius marchionis quum in partem Ludouici tradidisset instrumentum domini sui sigillo communitum, illius res iam præponderabāt. Quum autem marchio intelligeret, suum ad electionem missum procuratorem, non satis egisse ex sententia sua, victum proiecit in carcerem, & fame extinxit. Ea tum electio magnas in regno fecit commotiones: nam habuit pars quæque assertores suos. Principes enim qui pro Friderico senserant, quum obtenderent marchionis absentiam, Rodolphi Saxonix ducis im pertinentem præsentiam, iterare constituerunt electionem, euocato ad eam Erico duce inferioris Saxonix. Qui quum creassent Fridericum, iam biceps aquila duobus per Germaniam regibus inuolabat. Fiūt plurima per Germaniam inde mala, magnis sæpe motibus concurrunt: donec Fridericus bello captus, in manus perueniret Ludouici perinde victoris. Sed eam rem in Saxonia plenius peregrimus, nunc ad hoc solūm commemoramus, quia marchionis facta ea tum est nata controuersia.

Contentio in Imperatore eligendo.

Aquila biceps.

CAP. 2. POLONI, sicut & Bohemi, reges habuere per interualla creatos à Romanis Imperatoribus: sed quum illos tæderet geminæ subiectionis, omissis regibus duces creauere. Lakoldus hac tempestate dux erat Cracouiæ, & qui per omnem Poloniam facillè principaretur. Hic à Iohāne Pontifice Romano suscepit coronam, quod Ludouicum, quia execrabatur Papa, non duceret legitimum Imperatorem: euitans etiam ne per eam occasionem subiectus Romano imperio censeretur. Iam enim pontificis in eam venerat maiestatem (quam principes seculares dicunt præsumptionem) vt reges crearent, citatos verbū primi post Christum pontificis. Erat (inquit Petrus) dno gndij hie. Cõtra quod

Poloni ducem quam regem malunt.

principis imperatorum et regum Pontificis, et in regibus, quibusdamque principibus, humanis et secularibus interpretantur, quos non liceat summo pontifici copugnare. Vnde cum Pontifex iam acceptum regem crearet, quod dudum in patrimonio quod vocant dicitur Pontificem quod profectum in alios quoque exequuntur. Tunc ante haec tempora VII. Bonifacius in regem Francie delituit, ut Albertus Rex, rex et legum Imperator esset, ut pariter regem se Francie & gereret & defenderet. Sed cum pontificis molitio illum habuit exitu, ut omni pontifice cum minis atque promissis suis, ferat Imperator generis regis. Lakoldus autem a pontifice rex nominatus & consecratus, ut videretur Ecclesiae gratus, omne regnum fecit beato Petro tributarium, ut per singula quotannis capita solvatur numus vnus, qui appellatur sancti Petri. Fecit idem ante haec tempora longè Karolus Kasimitus ex monacho rex: quod suo ostendimus loco. Sed temporum intercapedine res (ut fit) in abolitionem venerat: nunc renouata per Lakoldum, commotione proculdubio pontificis, priusquam coronam illi imponere voluisset. Idem in Anglia reges factitarunt. Ergo quod medii temporis negligentia intermisit, huius regis diligentia renouauit, ne sancto grauius suum ius exigente, poenas lueret sacrilegii, si (quod est in prouerbio) sacris suam caeram subducerent. Quid verò rerum gesserit hic rex, quia non tenemus, transire cogimur: veruntamen eius fiet per sequentia suis locis iusta commemoratio. Iam verò dudum fratres ordinis Teuthonicorum sub Friderico imperatore I. terram Prussiae acceperant, commendatam à vicinis principibus, ut gentem incredulam ad fidem pertraherent, & in ea conseruarent, amplificarentque fines Christianismi per vicinas Letuanorum prouincias.

CAP. 3. PER haec tempora, quum annus à Christo nato decimus nonus post mille trecentos ageretur, Iohannes rex Bohemiae, Henrici Imperatoris filius, iam multis praeliis per Italiam clarus, iunctis fratribus memorati ordinis Teuthonicorum, terram Letuanorum magnis agminibus inuadit. Massagetæ, vetus genus barbarorum, in finibus illis fecere reliquias: hodie corrupto nomine vocant Samagetas. In ea gente munitiones perfregerant: nobiles terræ ceperant, nullis aliis conditionibus se redempturos, nisi ut Christi fidem susciperent, eamque ex animo tuerentur. In eas condiciones dimissi plurimi baptizati sunt, & in religione sancta proficientes, usque in finem vitae perstiterunt. Quo tempore etiam nostris in finibus ad littora Baltici maris graue bellum insurgebat inter Danorum regem & Waldemarum Brandenburgensem marchionem, antea memorabili exemplo iunctos amicitia: quo nunc tristior erat belli facies. Sed tum inuenit pars quæque auxilia sua. Regi militabant Ericus Saxoniae dux, Wentzlaus dominus Rugianorum, Gerardus & Iohannes Holsatiae, & Henricus de Zwerino, comites. Ciues Griepswaldenses urbem suam regi, ut ad nauigaret, exhibuere. Marchio ducebat in agmine Ottonem de Stetino, Werflaum de Wolgasto, fratres duces, cum urbibus Rostockio atque Sundensi. Lubicenses etiam vocarentur utrinque in partes, neutrales tamen constitere: quod eum regem per decennium defensore accipiunt suæ urbis (quod in Dania scripsimus) & marchioni ex aduerso, propter imperium, cui suberant, repugnare non oporteret. Multa vicissim irrogata damna, multa leuia fuere praelia, multæ (ut fieri solet) praedæ. Sed plurimos labores belli diremit mors vtriusque: nam proximis diebus ambo in fata concesserunt. Waldemarus autem marchio moriens nullum reliquit heredem. Mira rerum conuersio ac reuolutio. Non multos ante annos, noue & decem erant huius tituli marchiones, adulti ac minores ætate: nunc in eam orbitatem venit prouincia, ut sine principe terra recideret (velut feudum) in ius Imperatoris Ludouici Bauari. Ergo solenni principum conuentione in Numburgo habito, Ludouicus Romanorum rex, Ludouicum filium suum de marchionatu inuestiuit. Hæc est secunda huius principatus in nouam familiam translatio. Nam ab Henrico primo, Romanorum rege, institutus marchio transmissit illum ad filium: inde ad nepotem Theodericum, qui sub Henrico I. per occasionem superbæ increpationis in principem Wandalorum, tota gente rebellante, exutus omni principatu (quum gens omnis ad paganismum relaberetur) amissa ciuitate & omni ditione, ad præbendam viueret in Magdeburgo. Sed reparatis post interualla rebus in Wandalia, Otto de Balenstede & de Anhold comes, indignus autem filius eius Albertus, reparauere principatum iam tum sub Friderico I. cuius successio ad hæc usque tempora peruenit.

CAP. 4. HENRICUS VI, Henrici captiui filius, pro magnitudine animi & rerum omnium dextertate cogno-

Indicium est...
Equites Christiani Prussiae tenent.
Massagetæ ad Christum bello adducuntur.
Bellum morte ducum dirimitur.
Brandenburgens. marchio natus in variis manus uenit.

te cognominatus Leo, mortua breui prima coniuge Beatrice, filia Alberti marchionis de Brandeburgo (ex qua vnica sustulit filiam Mechtildim, post nuptam Ottoni Lunenburgensi duci) accepit secundam coniugem Annam, germanam Rudolphi ducis superioris Saxonie: ex qua sustulit Henricum in pueritia decedentem, Albertum & Iohannem, successores, & geminas filias: qua etiam decedente iam senex duxit tertiam, relictam Wislai principis Rugianorum. Huius præclarum facinus est, terram Stargardensem primò tulisse gladio de manibus marchionum, inde etiam coemisse precio ad securitatem posterorum: quamuis neque sic conquiescerent marchiones. Militauit non sine gloria regi Bohemiae in Rudolphum Imperatorem. Marchiones renouabant veterem quaestionem de Stargardia, & magno agmine duxere in prouinciam. Cepere arcem Vorstehagen: oppidum cinxere Waldegge: ibi pertinaciter oppugnatio geritur & defensio. Cuniculis rem secretò tentant hostes: obsessi intelligunt æquè taciti. Vbi rem penè videbantur expleffe, obsessi locorum gnari occurrunt, & referato desuper foramine aquam immittunt, & omnes præfocant qui inerant milites marchionum. Mota inde castra, & peruenere in urbem Brandenburgum eiusdem ditionis, in Stargardia. Inerat Henricus dominus Magnopolensis, cum Rudolpho duce Saxonie: sed quoniam necdum conuenit exercitus, prodire in aciem non intenterunt. Missis tamè quibusdam leui prælio congregiuntur: & capti sunt ex agmine marchionum triginta militares. Inde quoque mouentes transierunt vadum in Vorstensee. Ibi quoque nouissimum agmen carpebatur ab insectantibus: & capti sunt militares sexaginta. Expectabat dominus Magnopolensis agmina sua, in quibus erant comites Holsatiae, Iohannes & Gerhardus, & de Zwerino. Obuium habuere venientes dominum Iohannem Wandaliæ principem, qui tum de Werle titulum habebat: nam Wandaliæ titulus olim honoratissimus, tum cepit in contemptum venire. Nicolaus eius germanus alio agmine diuerso itinere ducebat: militabant autem marchionibus. Iohannes collata obuiis manu comitem cepit de Zwerino: sed quum iterum per occasionem congregerentur, captus est ipse Iohannes de Werle princeps, & protractus in conspectum domini Henrici: & in redemptionem suam dimittere cogitur Henrico Malchin, iussus deinceps sequi Henrici castra. Ita ubique cessit fortuna Magnopolensis. Dum res in compositionem adducitur, reddidere marchiones inuasam terram, literis & priuilegiis rem fulcietes. Proximo anno Henricus de Magnopoli inuitauit in urbem suam Wisnariam Ericum Daniæ regem, Waldemarum de Brandeburgo marchionem (cuius de morte proximè per anticipationem diximus, ut sæpe necesse est in historia) Ericum & Iohannem duces Saxonie, Iohannem & Iohannem dominos de Werle, Gerhardum & Iohannem comites de Zwerino & Wittsburgo: facta est ibi reconciliatio per Henricum, regis & marchionis, qui occultis simultatibus laborabant. Discedens inde Waldemarus febre corripitur, nec diu supererat rebus. Cõperta eius morte, Henricus secretò madauit partis suæ præfecto, curaret de munitione Wernouiae callidè excludere præfectum marchionis: tenebant enim communitrium iure clauem maris. Imminebat tum expeditio comitum Holsatiae Gerhardi & Iohannis in Thietmarsiam: quæ infeliciter cessit: cæsi ibi plurimi, inter alios comes de Wunstorp. Sed dominus Henricus & ipsi comites, quum tenerent stationem, retrocesserunt, cæsis qui introitus excurrerent. Vix redierat Henricus in terram suam, audiuit marchionitas novos motus post Waldemarum consciscere: nam Wartislaum Stetinensem principem sibi sociauerunt. Ille verò vocatis in belli societatem Holsatiae comitibus, aggreditur perduelles: obsedit Tempsum, & cepit: nonnullas ibi firmavit arces, ut in fide contineret vacillantes. Nec longum tempus in medio, quum in munitione Wernemundæ diffiderent præfecti principum. Henrici præfectus eiecit regium, & tenuit inde solus maris præsidium: processit in ducem Stetinensem, & erexit arcem Verade inuito duce, ac tenuit: Ioannem de Werle patrum sibi perpetuo iure deuinxit, data illi arce Wredenhagen. Inde quoque diffidium erat, quod creuit in graue bellum inter eundem Henricum, & Wislaum de Rugia principem. Inuicem erexere fortalitia ad confinia Rebenisse, & in mutuam prædam excurrunt. Cõspirauere in Henricum omnes in circuitu principes, & condita die vastarunt terram: peruenierunt Magnopolim, & omnia subuerterunt: Henrico ad omnia quiescente, quia imparatum occupauerant. Quibus in sua digressis, ad proximos vertitur, & Wandaliæ reddit vices. Quum Rugia princeps discederet sine liberis, Henricus, & dux Stetinensis, & Iohannes de Werle, ingressi terram, gladio illam sunt partiti.

Henricus Leo.
Aqua suffocatur qui cuniculos agebant.
Cõpositio belli.
Pax in principum conuentu facta.

C A P. 5.
Vrbem Sundensem multum & potentes frustra obsident.

PER eadem fere tempora memorabilis illa obsidio multorum principum ad urbem Sundensem intentata est. Christophorus Daniæ rex erat in fœdere principum. Memor quòd ea vrbs prisco bello steterit, in fratrem suum Ericum, quum partibus marchionis fauisset: eam nunc rem vltione profecutus rex, venit à mari classe valida ad nauigans: à terris autem domini de Magnopoli & comites imminabant Holsatiæ. Sed omnes oppugnatorum copias agmine suo præuenit Ericus dux Saxonie, qui primus ad equitas, locum castris venientium metabatur. Ciues hunc solum cernentes, cœcepta fiducia egressi pugnant in eum, priusquam alia manus aduentaret: collata manu dux ipse capitur, & in ciuitatem pertrahitur. Superuenientibus à mari & à terra cæteris ad oppugnationem, cecidere animi: intentauere tamen ad quod venerant. Ciues sibi munitionibus, urbem suam tutati, nihil tum incommodi accipientes: ducis enim captiuitas, quæ debuit accedere præliantes, fecit segniores. Aliquantis ergo oppugnationibus factis, exercitus nihil sperantes reduxerunt. Mirum in tanto multorum principum agmine, tantam tum fuisse ad res gerendas tarditatem: aderat enim rex Daniæ Christophorus, magnis regni sui viribus: Brigerius rex Sueciæ, cum non contemnenda classe: Albertus dux superioris Saxonie, Ericus inferioris, solus (vt diximus) infeliciter captus: Sueno dux Slesuicensis, Kanutus Pors, dux Hollandiæ: Gerardus & Ioannes, comites Holsatorum: Adolphus comes de Scowenborg, Gúcelinus comes de Wittenburgo, Hêricus comes de Zwerino, & Henricus dominus de Magnopoli, Pribislaus dominus Wandaliæ. Magna proculdubio manus conspiratum in perniciem vnius ciuitatis: sed tum nihil dignum memoratum à tam magno agmine est peractum. Captum autem ducem ciues tradiderunt principi suo Werzlao, duci de Wolgasto, qui illum peruenire curauit in manus Ludouici marchionis de Brandeburgo. Nec ante triennium laxata est captiuitas eius: tum enim pro redemptione fertur exoluisse argenti puri marcas sedecim millia. Magnum profecto æs, quod exhauriret diuitis arcam principis.

Saxo captus magno redimitur.

C A P. 6.

NEC longum tempus in medio, quum bellum graue exarsit inter Ludouicum marchionem, & Henricum dominum de Magnopoli ex finibus (vt est coniectura) ditionum. Produxere in inuicem armatas acies: concurrerant ad oppidum Granzoi, in terminis marchie: ibi collata manu configunt pertinacissime. Captus aliquando marchio peruenit in manus hostium: sed glomerati milites eius, ad nihil aliud cõtenderunt, quam principem suum de manibus hostium extortum reducere. Perfecit improbus labor, vt manibus illum hostium extraherent. Capti de exercitu marchionis, de Regensbê & de Mafuelde comites: ediuerso captus est à militibus marchionis Iohannes Holsatiæ comes, qui exacto in captiuitate triennio, ea demum lege relaxatur, vt accipiat vxorẽ Katharinam relicta Iohannis marchionis de Brandeburgo: dos erat redemptio captiuitatis. Nõ grauis conditio sic capti, qui lucro tulit vxorem. Quanti pugnauere capitis periculo, nõ hoc consequuti quod ille captus? Per quod tempus, quum cõtrouersia inter Danorum regem Christophorum & Henricum dominum de Magnopoli ex quibusdã causis suborta durasset, rex finem rebus dare constituens, permisit in compensationem damnorum quæ memorato domino fuissent irrogata, omne ius quod in Rostockensi dominio illi esset. Submiserat enim iam dudum se dominus Rostockii Danorum regi, quum à marchione (quod supra diximus) sibi timeret. Quo iure, mortuo domino de Rostockio sine prole (puerum eum dixere, siue quòd ab ea ætate defecisset, siue ob aliam causam hoc illi nomen inderetur) peruenit dominium ad successionem dominorum Magnopolensium. Quo constituto, rex exornata classe nauigauit in Trauenam: ad locum qui Denscheborg dicitur, tentoria fixit, expectans Romanorum regem Ludouicum, qui se ad colloquium occursum per nuncium significauit: conceperat enim filiam suam regis Ludouici filio despondere. Sed quum aliquandiu rex Ludouicus expectatus non veniret, rex Daniæ, passus in altum velis, vestigia retro legit, reuersus in regnum, ne dignatus quidem inuisere Lubicam, quamuis ex tam propinquo cõstitisset. Ante oculos illi erat ius quod quoque regum Daniæ in eam urbem, regno detractum, reiectumque iugum subiectionis: de quo aliquando reuocando iam secum cogitabat, non passus subicere oculis urbem, quam sine recordatione iniuriæ cernere non posset.

Lubica Danis inuisa.

C A P. 7.

ROSTOCKENSES autem ciues quum intelligerent se in ius domini sui Henrici Magnopolensis peruenisse, iam fortè domino eorum vita functo, vel quòd eius potestiam

tiam ad ea quæ poscebant autorizada, imparem putarent, orauere, vt liceret eius permissu demoliri munitionem, quam rex Daniæ Ericus firmasset ad ostium Wernouie. Ille vt nouis ciuibus gratificaretur, accepta ingenti ab illis pecunia, permisit. Passa fuit, imò exegit ratio temporum, quod tunc impetrarent, quod posterioribus seculis (& potissimum nostra ætate) nullo auro compensarent: frænum erat in maxillis proteruentium ciuium. Sed tum ciues ad vota impetrato quod poscebant, mox solo æquarunt omne ædificium, vsque ad solam turrim, quæ specula remansit ad nauigantibus de mari, vt noctibus inde lucernam cernerent, cauentes terræ propinquare, simul vt portum inueniant, alioqui inuentu non facilem. Idem dominus Henricus quum grandi pecunia indigeret, nec sufficerent prouetus suorum dominorum, à monasteriis suæ prouinciæ & omnibus ecclesiasticis deposcit vnius anni prouetus. Illico omnes vno ore ecclesiastici reclamarunt, quòd non liceret Deo dicata vsibus profanis applicare, nec liceret, nisi summo desuper cõsulto pontifice, in talibus quicquam constituere. Ille verò quum instatius vrgeret, iam manum intentans quadam vi, vt inuiti facerent quod sponte facere recusarent: interdictum est sacris per omnem terram. Tum mansuetus Hêricus cœpit esse tractabilior, egitque cum patribus Cisterciensis ordinis (qui soli in eo habitant principatu) vt accepto molendino in Godebusch, præsentem onere principem supportarent, alleuarentque inuenta vnde cunq; pecunia. Circumspicientes illi repererunt qui pecuniam numeraret, vt rugientis clamores leonis comprimerent. Erat autem tum vicesimus tertius post mille trecentos annus, quum gelidissimo frigore mare cõstringeretur, vt pedestri per glaciem itinere de littore nostro in Daniam inque Prussia mare transiretur, dispositis per opportuna loca in glacie hospitibus, si quid commeantibus interuenisset. Propinquabant Henrici Magnopolensis nouissima tempora. Vbi sensit vrgeri se ad mortem, vt omnia vitæ tempora fortiter ac strenue peregit, volebat vltima non negligere, vbi eternitatis inest ratio. Igitur vocatis proximis, pro testamento ordinauit construi monasterium sanctæ Claræ, in curia sua oppido Rebenisse, cui prædia ad sufficientiam delegauit. Monasterio Dobran, in sepultura patrum suorum, se condi iussit, legans monile, licitatum ad quadringentas argenti marcas: dextrarium quoque suum, centum argenti marcarum pretio estimatum. Arbitror illa tempestate marcam argenti cum vsuali tum incidisse: quod longè contra est in diebus nostris, vbi vsualis ascendit ad duodecim, vt æquiparet vnam argenti. Iussit aboleri idem Henricus impositionem ruricolis inolitam (canum fruges vocant) & quieuit cum patribus suis.

Rostockensis arcem impostam solo æquarunt.

Henrici Magnopolensis mors.

Henrici Magnopolensis mors.

C A P. 8.

QUUM Wandaliæ, veteri nomine in ea regione prouinciam, administraret Ioannes, Nicolai proximi præsidis germanus frater, Iudei, qui ab antiquo ibi mansitabant, piaculari crimine (vt sæpe alias) commiserunt in venerabile Christi sacramentum, in Cracone eius ditionis oppidulo. Effractis ecclesiæ foribus & sacratis inde postibus, furati sunt tremendum Christi sacramentum in pyxide, multis sacratis ad causam infirmorum hostiis. Quasdam punctationibus torserunt, alias scissuris lacerarunt in contumeliam Christi: cæteras vt conculcauerunt, sparserunt publico itinere, vt Christianorum etiam pedibus calcarentur. Sensere primi sacerdotes furtum, & quid suspicarentur non habebant. Detulere rem maioribus in oppido: perlata est ad Gustrowense capitulum. Clerus indito ieiunio postulauit à Deo reuelari, quid factum esset de venerabili Sacramento, furumne argentum, an sacramentum inuitasset. Quum deferretur res ad dominum Iohannem præsidem, cœpit statim suspicari quod erat, iussitque rari Iudeos in quaestiones. Statim fateri tur crimen, detegunt conscios: corripuntur omnes noxii in prouincia. Sacratæ hostiæ queruntur in zabulo: crebescunt miracula, fit populorum concursus, ex votis piorum instruitur capella, Christo laudes personant. Iudei exquisitis suppliciis fracti, rotis necantur. Nec longum tempus in medio, ad annum Christi tricesimum post mille trecentos in Gustrow, similis execratio Iudeorum detegitur hoc ordine: Erat Iudea mulier, ad Christum suscepto baptismate conuersa. Obuiam habuit in vico Iudeam, germani sui coniugem Eleazari: ea inuitabat conuersam in domum suam, humanitatis specie. At illa, Deum, inquit, meum timeo: ideo me retraxi à communionem Iudaicam. Stomachata Iudea refert, quia pro facinore & flagitio exclusa es à synagoga, ad Christianos te contulisti, vt laxius luxurieris. Quid, inquit illa, dicis o venesica? Cogit me calumnia tua fateri quod nunquam fassa sum, cur à vobis discesserim. Meministi, quum venerabile Christi sacramentum à Christiana muliere coemptum pungeretis in synagoga, astante me,

Iudeorum horrendum facinus.

Aliud Iudeorum scelus.

& velut infantis vagitum audiente. Terruit me iniuria, mouit me rei miraculū: uisitauit Deus cor meum, ut protinus fugerem à uobis in ecclesiam, affecuta misericordiam cū baptisate: quam utinam tu & tui omnes ex animo requireretis. Hæc erat uera à uobis declinandi causa, non quam odiosa fingis. Audiuerunt nonnulli uerba mulierum, & cœpit obseruari Christiana ad ueritatis indagacionem. Res peruenit ad Iohannem principē: & zelo Dei feruēs exclamat, Num perfidum genus potest à contumelia cōditoris cohiberi? Illico iussit omnes in vrbe teneri Iudæos: & adhibitis quæstionibus cœpit indagare ueritatē: Sed adeo callum pectoris in gente obduruit, ut quamuis res in uero fuerit perfecta, neuter sexus, nulla ætas fateretur. Adducta est Christiana mulier quæ uendiderat: profugerat enim quum audisset rem detegi. In conspectu domini Iohannis confessæ est ¹⁰ crimen suum, uitam deprecata: quia fallente diabolo corruisset, emēdatura uitam saluati pœnitentia. Erit, inquit ille, digna operis tui remuneratio: tantum deprecare Deū, ut propiciatus tibi ueniam largiatur: iussitq; mox cōcremari. Tum missis militib. ad maiorem gētis Eleazarum, suaderi fecit ut detecta hostia (quam malè extraxerint) saluet se ac gentem suam, suscepto baptisate. Ille respondit, nunquam se cōtra ueritatem dicturum, etiam si ignominiosè sibi ac suis sit moriendū. Nobilis uxor Iohannis interpellabat coniugē eiusdem, si ea flexa uirū emolliret. Quod ubi perspexit Iudæus, exclamat, Constans esto mea Methilda, nihil te terreat: pro ueritate morientes in sinum Abrahamæ mox euolabimus. Iussit apparari in conspectu pyram ingentē, ut præsentis supplicio terreantur, omnes concremandos, nisi detegerēt uenerabile Christi Sacramētum: nemo ²⁰ mouetur. Iussit cæteros in ignem proiici, seruato Eleazaro cum uxorē. Nunc, inquit Iohannes, tuū est eligere quid malis, uiuere in honore, an mori in cōtumelioso supplicio. Detegenti quod requiro, & deinde baptizato, copiosam facio prouisionem, ut cum uxorē uitam agas non iniucundam: induratus autem concremaberis. Ille quassans caput nihil dicit: proiicitur uxor in ignem, non mouetur: mox & ille concrematur, quum se contra ueritatem loqui non posse testaretur. Miratus Iohannes cœpit intra se cogitare, ne fortè sacerdos, qui cōuersam baptizarat, odio in Iudæos flagrauerit, quū muliercula rem confixisset. Utroq; aduocato dixit, Nisi fuerit à uobis detectum quod detulistis sacramentum, iam compertum habeo à uobis compositam fabulam: proinde Iudæorū innocuā necem sanguis uester expiabit. Territi respexere in alterutrū: tum sacerdos, Habes præsentem, quæ fatetur quid uiderit: audisti uenditricem, quæ non negauit: ad me crimen quid pertinet, qui nihilum ac debui feci? Audistis, ait ille, decretum. Mulier nihil diffisa ait sacerdoti, Modò sit nobis ingressus in fratris synagogam, inueniemus, miserate Deo, quod quærimus. Deuotissimè se negotio coaptarant, præmissis ieiunio, ac sacra cōmunionē cum precibus. Et assumptis uiris grauib. ex oppidi cōsularibus, foderūt diu: demum quum iam obrepisset desperatio, inueniunt vitro tectam, peplo inuolutam hostiam, quatuor locis cruetam. Aduocatur clerus, pulsantur campanæ, in laudes Christi ora laxantur. Capella in loco inuentionis de oblationibus accurrentium erigitur, ecclesiastica stipendia fundantur, ad concinendas Deo laudes. Permanit capella in annum tertium post quingentos ac mille: tum enim conflagrante oppido ab igne fulguris cum ⁴⁰ ecclesia parochiali deperiit, in uigilia apostolorum Petri ac Pauli.

CAP. 9.

LETUANIA, terra hæcenus (nisi ex quadam parte Christi fide illustrata) quū maiori parte prouinciarum uanis adhuc ritibus infordeceret, idolis dedita, per hæc tēpora spem suæ conuersionis præstare uidebatur. Nam Fridericus Rigēsis archiepiscopus, certo nitens fide dignorum testimonio, scribit Iohanni XXI. summo pontifici (tum in Galliis Auenione curiam fouēti, propter Romanorum tumultuationem) dignetur sua sanctitas mittere episcopum & abbatem ad postulationem Letuanorum, in quibus ostium fidei uisus sit aperire Deus. Nam eius gentis principes hoc polliceri uidebantur, si Romani pōtificis illis accederet autoritas, erigere ecclesias, fundare monasteria in animo haberent. Nihil cunctatus pontifex annuit postulatis, mittens episcopū cum abba- ⁵⁰ te & clero competentibus: qui ubi in Liuoniam peruenere, perducti sunt annitente archiepiscopo Rigeni memorato, in conspectum Letuanæ principis, exposito legationis suæ mandato. Quum barbarus uir iam animum mutasset, in hanc sententiam fertur respondisse, Papam uestrum nec noui, nec nosse cupio: fidem ac religionem, quam paterna traditione accepi, in ea permanebo, certans pro illa à sanguine usq; ad mortem. Legati ubi audiuc-

Iudæorū inex- pugnabilis pertinacia.

Inuenitur ho- stia sacra cruen- tia.

Letuani euan- gelium ample- ctuntur.

audiuerant, deiectis in terram frontibus non læti redierūt, tantum itineris, tantum periculorum, per mare, per terras emēsi. Sic se res habet: antiquus ille hostis, princeps tenebrarum, Ægypti tyrānus Pharaon, non dimittit populum Domini nisi in manu forti. Fratres domus Teuthonicæ non illis erāt uiribus, ut sine proximorum regum auxiliariis armis gentem barbariæ ferocem & multitudinem innumerabilem inuaderent. Poloni enim tum aliis impliciti bellis, rem sinebant intactam, quæ totius regni uires deposcere pro sui magnitudine uideretur. Oratores summi pontificis sine fructu redierunt, ipsi tamen mercede sua apud Dominum non fraudati. Scriptum est enim, *Reddet Deus mercedem laborum sanctis*. Laborum, inquit, non euentuum: non enim est in homine ¹⁰ uia eius.

Nondum satis uirū ad subi- gendos euange- lio idololatrias

LAKOLDVS interim rex Polonorum, memor quid regnum suum aliquando à marchionibus de Brandēburgo pateretur, quū incursione facta rex caperetur, & marchia noua regno adimeretur: in eam rem armis uiciscendam uires multas collegit. Accessere illi Letuani, quorum regis filiam tenebat uxorem. Accessere Vngari, quod rex illorum filiam Lakoldi coniugem haberet. His agminibus cinctus, mouit in marchiam. Fratres Teuthonici iterum incolume præstitere Letuanis, quod bellum à gēte in se auertere non auderent, præsertim quum in auxilium prodirent regis Polonorum. Prætenderāt autem marchioni quietis suæ causam iidem fratres, quod à summo pontifice (qui patrem marchionis regem Romanorum, excommunicatum haberet) literas ea de ²⁰ re accepissent. Ergo Poloni his aucti uiribus, nec ullis tardati repagulis, in marchiam duxere, prædis & captiuitatibus omnia vastates. Abducti uiri, mulieres, iuuenes, uirgines, senes cum iunioribus, sine numero: pecora cum omni supellectili. Obsessa ab illis urbs Prinslauia, & aliquādiu oppugnata. Erat inter Polonos qui illam Christiani populi, præsertim ab infidelibus Letuanis, cladē miseraretur, sciēs quā onerosus quāq; odiosus esset rex Dawida Letuanorū suæ ditionis Christianis. Loco ad insidias prouiso, eundem regem Ploscouia egredientem, admissis equo infestissima hasta incurrit, & gladio perossum extinxit, citissimè cursum uertens, ut celeri ad cursum iumento hostium uindicum manibus eriperetur. Hic erat exitus perfidi regis, qui Christianismum suscipere contemneret, illuderetq; uanis promissis de longissimo ueniētibus itinere: quiq; subie- ³⁰ ctis Christianis grauis immineret. Poloni euastata prouincia, quum nemo prodiret in aciem ex aduerso, agmina sua reduxere. Sic etiam hodie res geruntur in eis regionibus. Non stataria pugna totis conflagunt aciebus: excursionibus agunt inuicem, & redeunt: idem passuri ab hostibus sequentibus, posteaquam illi exercitum suum iam dimiserūt. Ita Russi, Letuani, Turci, Tartari, hodie pugnant: nisi enim casus faciat obuios, non demorantur hostem, donec prodeat in aciem.

CAP. 10.

Depressa hostia sacra cruenta.

Letuanus contra societatis eius caditur.

Quo tempore, quum Henricus Magnopolis dominus bellum renouaret in Iohannem Wandaliæ dominū (quoties antiqui uulneris memoria recrudesceret) infestis cohortibus concurrerunt ad contermina pagi, quod dixere Frederckstorp. Ibi multis in prælio captis, Henricus Iohannē coniecit in fugam, coegitq; malis in eum plurimis, ut ⁴⁰ domi quietus maneret: non enim equis aut uiribus aut simili ad prælia erat fortuna. Per idem tempus Nicolaus de Wittenburgo comes: pars est ea comitatus Zwerinensis per partes diuisi, quum multi essent filii cohæredes, quo consilio, non est omnino dicēdi locus. Sed tamen si principatus per Germaniam indiuisi manerent, longè formidabilior esset uirtus eius, quā sit modò, quū sit multis partibus dimembrata: ut crebrius in se uersis uiribus abutatur, euiscereturq; quā ab exteris superetur. Non sic Fræcia, quæ semper studet unico per omne regnū principatui. Unde fit ut crebrioribus uictoriis illustretur, minus ciuilib. bellis laceretur. Sed hæc aliàs. Nicolaus comes de Wittēburgo (quod dicere institui) tum rebus excedens humanis, duos reliquit filios, Nicolaum & Gücelinum. Quod in eam rem ab annalibus receptum cōmemoratur, ut uideamus quibus tū ⁵⁰ scissionibus etiā comitatus unus esset diuisus, quum alii de Zwerino, alii de Wittēburgo comites censerentur. Qua etiā tempestate iam de ecclesia Caminensi erat contētio, uetus palæstra litigatiū. Vacuata erat morte episcopi cathedra: canonici elegerūt de suo numero, Iohannem de Gottingen, uirū præstantem, & illo in ecclesia loco dignū. Papa prouidit ecclesiæ de quodam fratre Io. ordinis prædicatorū, q; uel electionē præueniret, uel quid in ea uitii deprehēderet, aut q; plenitudine suæ potestatis (ut solēt) ueretur:

CAP. 11.

Germania πολυκοιρανία exitialis.

Depressa hostia sacra cruenta.

non dum extantibus principum Germaniæ concordatis, quæ repagulum obiiciunt. Hic frater veniens in ecclesiam, tam erat gratus quam sus (vt ferunt) in vicum Iudæorū. Quid enim nunc facerēt? Qui cum suis deq; suo corpore electis vix agūt pacificè, quid facerent de alieno? Sed Papa vbi intellexit, litem diremit, vt prouideret memorato fratri Iohanni de ecclesia Verdenſi tum vacante. Patientiores illi videbantur ad alienum pontificem quam Caminenſes.

CAP. 12. VENERATUM Lubicam Bertoldus de Hennenberg comes, nobilium solēni secum apparatu ducto, secum etiam adducens Ludouici marchionis puerum nouennē filium: vt inde traiceret in Daniam, desponsaturus puero filiam regis Danorū Christophori. Ad eam solēnitatem, honoris gratia, multi euocati principes venerāt: inter quos 10 Henricus dominus Magnopolensis, acer in armis, qui magnam marchię Brandenburgensis sibi partem per arma conquisisset. Interpellat eum rex secretò, velut cassib. in regno clausum (incertum an comitis memorati consilio) vt accepta pecunia, eam reddat ditionem marchioni, aut (si id mallet) in manus regias. Sciens Henricus graue esse pernegare illi qui etiam cogere possit, quum esset in alieno, respōdit regi, vna se nocte deliberaturum, facilè de his rebus cum illo transigere. Ille mox vbi ad suos rediit, iubet sub noctē expediri nauim secretò: festinusq; rediit in terram suam. Comes vbi expleto in Dania negocio suo Lubicam redierat, euocat Hēricum principem memoratū: cumq; illo agit, vt Hēricus acceptis viginti marcarum millibus Brandēburgensis monetæ, redat principi suo terras ademptas. Insuper fœdus perpetuæ pacis inierunt, vt in reliquū 20 tempus, suo quisq; contentus, communes hostes iunctis virib. persequerentur: inq; eas conditiones discessere. Quo etiam tempore Werslaus dominus Rugianorum excedēs è terris, non reliquit sui corporis hæredes. Cuius terræ dominium vicini principes omnes ambierunt: rex Danię, dux de Wolgasto, dominus Magnopolēsis, princeps Wādalix, pro se quisq; contenderūt. Sed Regi, quod maiorib. esset viribus, quodq; antiquū in eo feudum collocasset, maior eius pars tum concessit. Nomen enim (quod diximus) habet illa insula & vetus & illustre, quod Gothi primum egressi Suecia, diu ibi habitantes, in magnam gentem coaluerunt. Longobardi quoq; longo pōst tempore in ea commanſere: sed vtrique ad maiora egressi regna, genti Wandalorum suam prouinciam reddiderunt. 30

CAP. 13. MAGDEBURGI per ea tempora archiepiscopatū administrabat Burchardus de Scrapelaw comes, vir singularis & industriæ & religionis: qui annis in pontificatu nouē atq; decem cum laude peractis, illum habuit exitum, quē Christianis temporibus nemo pontificum est expertus. Vir erat sobrius, pius, castus, fortis, prudens, & qui iura ecclesiæ suæ magno semper labore tueretur: multa illi foris bella, multæ ab ciuib. dissensionēs: ministeriales quoq; ecclesiæ suæ illi se aliquādo opposuere. Sed non potuit de loco moueri constantiæ quadrangulus: vbiq; victor superabat. Ciues illi Magdeburgēses infesti fuere, quod improbam eorum voluntatem refrēnaret: linguæ maliloquę mendaciter plurimum illi in populo odium consciuere. Cessit & abstinuit vrbe: clerus quoque concessit: non tamen omnis vno erat animo in pontificē suum. Erāt inter ciues quibus 40 fideret archiepiscopus, qui multa pro illo ad populū intentabant, vt reconciliaretur suo domino. Pollicētur omnes, si veniat in conspectum, nihil mali passurum, multorum etiam nubilos vultus discussurum, cum præsente se melius omnia quam per interpositos acturos. Itaq; fidem facit communitas viris probatis (quibus sciebāt archiepiscopū crediturū) se cum synceritate cum illo in gratiam redituros. Venit ille, & rebus (vt videbatur) omnibus complanatis, concordia integratur, iurāte vtrq; dissidentium parte super venerabili Christi Sacramēto. Credit archiepiscopus rem germanitus compositā, stirpitus extincta odia: abit, reditq; ex commodo in ciuitatem, nihil etiam mali suspicatus. Recrudescunt iræ in populo: erant incentores pessimi, produnt se multorum diu latentia odia: iam præsente in palatio suo circumsistunt, velut captum asseruant in cōclau. 50 Capitulum vel aberat, vel non omnino (vt debuit) fideliter astitit pontifici. Audit ille indignantium murmura: rationem se omnium pollicetur redditurum. Emollire tentat sequentes, blanditur, pollicetur: nihil proficit. Reperit manē scriptū creta in foribus cubiculi, *Verbum quod supra Christi corpus iurasti, non implesti.* Iussit deleri: renouatur. Iam videt quid moliantur: alloquitur propiores, reddit factorum rationem: surdo fabulam narrat.

rat. Alio vidit item tempore scriptum, *Frangenti fidem, fides frangetur eidem.* Iam certam sibi paratamq; cernebat perniciem: itaq; Domino se & causam suam recommendans, expectabat euētum. Sub noctem rapitur in carcerem tenebrosū, squalidū, profundū: oneratur catenis, maceratur inedia, mille excruciat modis, vir Deo dignus, quem improbi diu habere pontificem non mererentur.

A die nati Iohannis ad festum vsq; Matthæi sedebat in tenebris, lucerna lucens. Iam consilium parricidæ firmauerunt. Eliguntur viri quatuordecim, de Magdeburgo octo, de Hallis quatuor, de Caluis duo, veste per omnia simili: & laruis induuntur, vt etiam inter sese nosse non possent, quis esset quisq;. Clauas manibus præferentes irruunt in carcerem, clamoribus testati nequitia ebrietatem. Vincit pontificem, ludibūdī chori-zantium in morem circuierunt: & vt in tenebris poterant, clauis sæpe innoxii iacētem tetigerunt. Iam vertigine in errorem acta, vt internosci quis cederet non posset, vnus ex his claua ferit caput pontificis: nec opus fuit istum iterare. Vertiginem tamen cōtinuarunt, donec mortuum esse non dubitarent. Egressi ponunt laruas, nec inter eos quis necem peregisset, sciebatur: nisi quod omnes æquē noxii & essent, & haberi voluerūt, qui vno consilio grauissimum parricidium & atrocissimum facinus peregerunt: nec refert cuius manu interierit, quando omnium conatu consummatū est scelus. Linquitur sanctum in carcere cadauer anno penè toto. Ignorabat capitulū vacare ecclesiam: iam penè in obliuionem venerat pontifex: quum ciues, velut ignari rerum, inspectare vadunt 20 quid agat carceratus. Reperiunt iam fœtore grauem vermib. scatere, diuturnitate penè consumptam carnem: enūciant defunctum in carcere. Non potuit internosci pontificis nisi in capite signum. Extrahitur, in medio templo tumulatur, lachrymāribus per circuitum bonis omnibus, quod vir iustus & pontifex inter suos, tam miserabiliter lacertus periiſset. Sed illi tamē sequuti sunt casus, vt non lætentur de grauissimo in pontificē scelere. Interdictum per vrbes diuinis officiis: excommunicati omnes conscii. Episcopus Mersburgēsis, cum amicis suis non paucis, gladium distinxit (vt vindicaret) carnalem. Sed qui cæsus est, meliora peruenit ad regna, accepitq; præmia patientiæ, iustitiæ, sanctimonix, vir imprimis inter sanctos martyres numerandus. Eligitur in eius locū decanus, vir decrepitæ ætatis. Ascendens ipse pro confirmatione capitur à Romanorū re- 30 ge, in odium summi pontificis, qui gladio suo abuteretur in eūdem Ludouicum regem. Nam & ipse Burchardus archiepiscopus parens papalibus literis, regem ipsum excommunicabat. Electus in carcerem tractus, non diu superuixit. Papa filio Lātgrauii Hassiæ (Latini dicerent comitē prouincialem) de illa prouidit ecclesia. nam ipse tum Lantgrauius Auenione fuit ex quibusdam causis cum coniuge.

LAKOLDVS per ea tempora, rex Poloniæ, totius regni sui viribus intrauit Prussia, quod fratribus ordinis Teuthonicorū ex causis tum aduersaretur: igne ferroq; omnia fœdabat. Quantas voluit prædas abegit, nec erat ex fratribus qui obganiret aut egrediretur: imparati enim occupabātur. Sed quum rex victorem reduxisset exercitū, fratres ipsi, coadunatis vndiq; viribus, ducunt in Poloniam, lege talionis reddentes quod sunt 40 passi. Munitiones, quæ non sunt satis in Polonia fidæ, obuias deiecerāt: quæ ferro expugnari non poterant, iniecto igne cremabantur. Nam sunt pleraq; omnia illius regionis li-gnea præsidia. Ita fratres par pari referentes, & ipsi præda onustum reducunt exercitū. Neq; rex, dimissis quas antè habuit copiis, audet se credere cāpo, aciem opponens graſſatoribus. Posteaquam illi in sua sunt regressi, rex longè contractis armis, ab Vngaris, Letuanis, Turcis (quibus suas copias coniunxit) iterū mouit in Prussia. Tum verò sæuiebat in omnem ætatem, neq; sexui neq; religioni parcens. Incēsis iniecto igne oppidis & arcibus, magnis vastationibus omnem perdidit terram Culmēsem, quæq; ierat, reliquit omnia ad imum vasta. Ipse magister fratrum Wernerus, quum armis par esse nō posset, misit oratores, qui treugas constituerent in diē Pentecostes. Quid enim (inquit ille) mutis abutimur viribus in alterutros, per intestina vulnera Christianismū lacerantes? Cur non potius, rebus compositis, socia arma cōuertimus in infideles? Cōuenit inter eos vt magister arces duas obsidum loco regi traderet, Dobrin atq; Brandenburg. In eas tum 50 condiciones rex reduxit exercitū. Interim magister ipse, quū non satis fratrib. placeret, ab eorum vno in arce metropoli Marienborg trucidatur. Assumpto deinde per electionem nouo magistro, renouatur bellica expeditio: & primò arcē Brandēborg regi obli-

Teuthonici e-
gates Poloniam
aciem dimi-
cam.

gatam armis recuperant, vi bellica fulminantes. Inde ducunt in Poloniam, & quæ priscis superfuere vastationibus evertunt: oppida & arces vorax ignis consumpsit. Peragrantesque nullas regis copias experti obuias, prædis onustum exercitum reduxere. Vix se in sua dispersæ receperant, rex iterum sequutus redeunt, compescat quæ fecerant. Sed fratres pertæsi damnorum, aliquando aciem opponere regi constituunt, digladiaturi cum Polonis: igitur educunt in hostem. Concurrentes autem magno prælio decertant. cecidere vtrinque plurimi, sed maior pars ex Polonis. Erat quidem incertum ubi victoria cõstitisset: sed ubi erat, cruenta fuit. Nam mutuis cædibus oppressi plurimi, superstites reliquerat fatigatos: promptissimus quisque ex ordinis præceptoribus in acie cecidit. Ea strage peracta, aliquando rebus per conditiones compositis, vtrinque quieverunt.

CAP. 16. HENRICVS dominus de Magnopoli, per hæc tempora circa tricesimum post mille trecentos, concessit in fata, relinquens duos paruulos, Iohannem & Albertum. Commendabat autem moriens, vrbium suarum primariis Rostockii atque Wismarix præsidibus, ut tutelam filiorum impuberum, suorum principum, fide credita impleret: quoad usque iam adulti nosset rebus ipsi suis præesse atque prospicere. Albertus autem prior vxorem duxit, germanam regis Sueciæ Magni. Ipse tum gubernacula apprehendens, prudenter & fortiter terram suam gubernabat. Vix duo intercessere ex hoc tempore anni, & recrudescere bellum inter Polonos & Prussos. Nam rex Lakoldus, memor acceptæ cladis in Prussia, vindictam exercere constituit (fœlix superque si sudorem & sanguinem pro Christi religione amplificanda tantum profudisset) magnis iterum agminibus contractis Prussiam ingreditur. Ipsi fratres iam prospicientes regis molitiones, auxiliaria etiã ipsi arma cõtraxerunt: militari enim genere nati omnes qui arma portant. Facile cognitionem quisque suam ad arma deuocabat, ostensis magnis de præda præmiis: occurrunt venientibus ex aduerso hostibus. Tum verò ubi concurrunt, acris pugna consurgit: magnis vtrinque viribus, magnis animis, & odiis concertantur ingentibus. Stabat diu anceps victoria: ipsæ acies pertinaces, certæ non cedere, diu paribus certauere viribus. Cecidere hinc atque inde plurimi: sed tum victoria Polonis prouenit. Cæsi, ex aduocatis Russe de Plawis, & iunior comes de Honsten: comes de Aldenburgo graue vulnus accepit in faciem. Multi vicissim tum capti: sed exuperabant damna fratrum. O quantus poterat eo sanguine parari Christo exercitus! Sed non hoc agitur, ut semper viciniora salutem gerantur inter homines, etiam si hoc ab initio profiteantur. Hoc erat illud tempus quo sub Iohãne eius nominis XXI. scindebatur ecclesia, de visione separatarum animarum: quum nonnulli ex fratribus minoribus pertinaciter tuerentur, illam differri vsque ad nouissimam diem: quibus multum in honore videbatur pontificis. Sed fratres ex aduerso prædicatores docebant, mox resolutam corpore animam iusti, cœlos ad beatam visionem penetrare: quibus prælati & doctores ferè omnes in palladio Parisiensi subscripsere: qui etiam ea de re misere literas pontifici. Scripsit & rex illorum temporum Franciæ Philippus. Tergiuersationes diu erant plurimæ multorum, quum fraticelli garrire non intermitterent: sed præualuit veritas, dicente Christo ad latronem, Hodie mecum eris in paradiso.

CAP. 17. LETVANI pro magna parte in perfidia natiui erroris permanentes, pacem habere, dum Poloni atque fratres Teuthonici ordinis colluctarentur. Quibus rebus post multa ac diuturna mala iam pacatis, marchio Brãdenburgensis Ludouicus, Romanorum regis filius, & Hêricus dux Bauariæ, magnis agminibus adunatis, mouere in Letuaniam. Accessere illis tam magnis copiarum ductoribus fratres Teuthonici ordinis: & armis iunctis, iam suæ professionis negotium agere institerunt, obuias quasque munitiones demoliantur: deditio nulla est alia conditio, quam ut sacram Christi fidem suscipiant: profitentes, ex more Christiano baptizantur. Multus populus in ea barbarie accepit conditionem. Nobilitas cessit retro, non ausa opponere venientibus aciem. Henricus memoratus dux Bauariæ, ut magnæ & laboriosæ ac sumptuosæ expeditionis monumetum relinqueret, in hostica terra erexit & communiuit arcem, quam de suæ gentis vocabulo Bayerborg appellauit: impositoque præsidio fratrum ordinis Teuthonici, victores tum exercitus reduxere. Sed non erat vnus expeditionis negotium, tantã barbariem ab inolitatis erroribus tam citò reuocare: iterum atque iterum vrgendi cõmouendi que erant armis non modò exteris, sed vicinorum de regno Polonorum: qui quãdiu rē dissimulãter egerunt, nihil stabile,

stabile, nihil permãsurum in ea prouincia poterat constitui. Vix prima terræ limina senserant motum: nam nobilitas, quæ præsentibus cessit, facile reuocauit infructum populorum ad consuetos errores.

VENERANT per id tempus Romanorum regis oratores Lubicam, Iohannes de Hennenberg comes, & duo milites, cum mandatis & literis, ut ipsi quibus possent viribus instarent, senatusque Lubicensis anniteretur, ut Otto frater regis Danorum Waldemari, nuper captus prælio à comitibus Holsatiæ, bonis conditionibus laxaretur. Ostenditque senatus se cooperationi spontaneum, effecitque ut super ea re apud comites instantia fieret. Peruenit aliquando res in tractatum & disceptationem, nec inueniri poterant viæ ad eius relaxationem: tam difficiles fecere conditiones, tanta allegabant pro suo iure. Frustrati oratores cum Lubicensibus, infecto negotio redierunt. Erat tricesimus quintus post mille trecetos, quum prodigii loco habitum est, cete grãdia innatale Trauenam, peruenisseque ad vrbis vicina, longitudine octo & decem, viginti, quatuor & viginti pedum: quæ fuit necdum aduulorum, sed media ætate crescentium magnitudo. Quo etiam tempore cœpit inter reges Franciæ & Angliæ diuturna illa de regno Fraciæ conflictatio. Obierat sine mascula prole rex Franciæ Karolus: successit Philippus de Valesia comes, proximus (ut ferebant) ex masculina hæres linea: sed propior erat ex matre rex Angliæ Eduardus, cuius erat genitrix filia regis Franciæ Philippi, cognomento Pulchri. Id bellum in multa tempora est protractum, per multorum regum successiones: in quo infinitus sanguis profluxit. Erant quidem & antea de Normandia inter reges memoratos bella grauissima: sed nullum huic magnitudine odiorum & temporum diuturnitate compar. Tempora signasse nobis sit satis: nam Francorum res scribere non suscepimus, contenti professis.

LVDOVICVS interea Brandenburgensis marchio, vxore defuncta, respexit ad secunda vota. Erat puella insignis, hæres vnica Stiriæ forma & pudicitia singulari, iam nupta filio regis Bohemiæ. Ea quum viri quereretur impotentiam, materque esse vellet, egit occultis apud Romanorum regem literis, ut filio eius marchioni iam viduo vxor esset, dotem allatura non vulgarem. Placuit res regi, filioque suadet ut eo animum inclinaret. Ille raptum detestatur, esse in regno plurimas suo thoro dignas, virgines ac viduas: nunquam se per scelera inire thorum. Pater contra, non esse raptum, ubi mulier agens lege, contendit iure diuortii. Quid multa? persuadet filio. Ille volentem rapuit puellam: quæ ubi in tutum peruenit, à priori diuortia marito, per sententiam iungitur coniunx Ludouico marchioni. Non tulit iniuriam rex Bohemiæ Iohannes: contrahit ex Vngaris Francisque ingentia auxilia, ac duxit in Ludouicum marchionem. Ille non imparatus, copias ingentes in armis habuit: excipit Iohannem regem cum agminibus venientem: & manu collata Bohemum agit in fugam. Serpsit in longam memoriã ea iniuria, nec facile potuit obliuione deleri, quæ tam atroci facinore sumptuque infinito ei constiterat. Iohannes rex magno bello inter reges Fraciæ & Angliæ se immiscuit, ibique pugnas acris prælio perit. Wentzlaus iniuriam suam exequutus est post patrem: sed quum interim defuncto Ludouico Romanorum regi successor quæreretur, Wentzlausque rex Bohemiæ, filius Iohãnis (mutato nomine, ut Karolus diceretur) in eum dignitatis gradum proueheretur: excitauit Karolus Ludouico æmulum, qui se diceret Waldemarum marchionem, non vita functum, sed peregrinatione subtrahit, quum pro eo ex composito aliud cadauer tumularetur. Quum multi principes astipularentur tam multis & magnis rerum indicibus, ille falsitatem conceptam peruestiuit: Romanorumque rex non inuitus audiuit hosti æmulum esse excitatum. Itaque filium conceptæ inter eos amaritudinis in longum ducitur. Quum autem Ludouicus marchio, patris hæres, Imperii teneret insignia, communium interuentu amicorum ea re gratiam sibi Karoli comparat, ut ea tradat regi iam electo. Karolus eo præstrictus beneficio, antiquat aboletque iniuriam: coniugem quam tulit, habere permittit: inuestitque de Brandenburgensi deque Stiria, vtraque Marchia & de Bauaria paterno principatu, posthabito adulterino marchione. De quo plura in Saxonia: sed hæc per præoccupationem dicta, longo tempore sunt subsequuta.

PER ea tempora conuenit Lubicam memorabilis cœtus principum inferioris Saxonix, qualis ex omni hominum memoria nullus extitit. Conuenerant enim archiepiscopus Bremensis, Brandenburgensis, Sverinensis, Raceburgensis, Lubicensis, & Hal-

berstadenſis, epiſcopi: & ex ordine ſecularium, Brandenburgēſis marchio Ludouicus, de Brūſwico, de Luneburgo deq; Stetino, de Wolgaſto, de Saxonia duces: de Hoſſatia, de Zwerino, comites: de Magnopoli, deq; Wādalia, domini: milites militaresq; ſine numero. Colloquiū fuit de generali terrarū pace, deq; innocuo itinerātium tranſitu, vt interdican- tur latrocinia: iurataq; pax eſt in ſex annos. Hunc autē tam celebrē conuentum illuſtrauere nuptiæ domini Nicolai, principis Wandalia: cui Albertus Magnopolis dominus, germanā ſororem dedit coniugē. Anno deinde pximo rediit in eam urbē Ludouicus marchio memoratus, literas præferens imperiales, quæ illū declararēt eſſe defenſorem Lubicæ: q; longè poſita in vltimis imperii finibus, multis vndecūq; afficeretur incommodis: pro qua re cenſum illi annuū Imperator ab vrbe deputauit. Audierat enim 10 quia ciues ſuperiorib. annis, in eam cauſam Erico Danorum regi pecuniam dederint. Ille tum à ciuib. permagnificè excipitur, & exquisitis honoribus, per dies quib. apud eos commanebat, habitus eſt: cum multa gratitudine ſe ſemper vrbis futurū ſpondet & protectorem & prouectorem. Venerant eò comites Hoſſatia: Henricus & Iohannes: cum quib. inter alia egit, vt Waldemarū Dania: regem, Chriſtophori filium, diu regno exul- tantem per Gerhardi comitis nuper in Dania cæſi factionem, reducerent in Daniam: idq; polliciti comites perfecerunt. Waldemarus autem Slefwicki dux, pridem rex appel- latus, his nunc rebus accedens in Sunderborg, regi deſpondet germanam ſuam, coniu- gem: vbi etiam nuptiis regali luxu peractis, regem dux deducebat in Wiborgū. Eò to- tius regni proceres euocati ſacramenta renouant, abolitis omnibus iniuriæ fomiti- bus. 20

CAP. 21.

Hamburgi
inter clerū &
populum tu-
multus.

Hoc eſt illud tempus, quo in Hāburgo pernicioſiſſima clero turbatio vige- bat, ex- orta de prædiis & domibus in vrbe clero quouis titulo obuientibus. Prætendebat cle- rus, deberi quoq; ſibi ius ciuilitatis non diſſimile laico populo, quòd ſacerdotia publicis rebus ineſſent: ſenatus cum ciuib. repugnabat. Miſcuerunt ſe ciuilib. cauſis (vt ſit) nonnulla iniuriarum capita in clerū, quum populus non contentus iure agere, vim in- ferebat: præpoſitus in eccleſia publicè conuitiatus, puluereq; in contumeliam aſperſus, quòd ille iuriſdictionē in quòſdam adulteros ſeuerius intēdiſſet: decanus etiam gladio petitus in eccleſia diceretur, alii ſacerdotes affecti verberib. & plagis. Itaq; interdicitur in vrbe ſacris, cedit capitulum loco: fratres cum laico populo proteruiunt: prædicatores tamen in viam redeunt primi, minores diutius inſaniunt. Archiepiſcopus Bremēſis, lo- 30 ci ordinarius, Burchardus, cœpit rem totius controuerſiæ ſeriò cum ſuis tractare. Ade- rant conſulares nuncii cum mādato etiam in ſcriptis, præter ſuam conſuetudinem. Fit ad plenum concordia, literis de ſuper editis ſub ſigillo eiufdē archiepiſcopi. Mittuntur Hamburgum, approbantur à ſenatu: & ex ſuperabundanti literę de rato remittuntur, ſi quid ab oratoribus ſupra mādati formam videtur approbatum. Omnia in trāquillo eſ- ſe iam putātur: ecce recrudescit vulnus, ſubitò reſiliunt à prioribus placitis: ciuium ob- tendunt diſſenſum, qui non ſinant in eam formam durare compositionem. Deuoluitur cauſa in Romanam curiam, diu ibi litigatur: miſſi ex capitulo, miſſi ex ſenatu duo cōſu- lares: duo inuicem germani altrinſecus tuētur aduerſas partes. Clerus iuſtiori cauſa ad 40 victoriam peruenit: decernuntur literę accipiunturq;. Interim populus ſæuiens in præ- dia eccleſiæ, armatus exiuit, incendio, gladio, præda, ſæuit in agros eccleſiæ: & omnibus peruaſtatis, reducit abrepta in urbem. In decimum octauum annum durauit ea contro- uerſia: & in ſine poſt multos labores, poſt longa exilia, impenſas litium graues, poſt dam- na irrogata eccleſiæ, à non magnis perſonis res intercipitur, tractatur, cōponitur. Cle- rus, & imprimis capitulum, reſiliit à iure ſuo, traduntur literę: ſit ad eam quæ placuit lai- cis formulam, rerum compositio. Sic ſe res habet: vbi populus Dei timorem & iuſtitia: reſpectum poſthabet, ſola vi nixus, magno detrimento laborat clerus.

CAP. 22.

Captus Ma-
gnopolen.

ALBERTVS de Magnopoli, functus legatione regis Sueciæ, leuiri ſui, in Turin- giam, vt nuptias conciliaret, à Guntero comite de Swartzenborg cum omni ſuo capi- tur comitatu. Erat (vt coniiicitur) controuerſia de veteribus patrum ſimulatibus. Sed 50 quum ad Romanorum regem eo itinere tranſiret, ſuę putauit rex integritatis, vt incolumem præſtaret & liberum. Tentauit hoc literis & nunciis: quæ vbi nihil peregerant, ex- pleuit armis, vt laxatus in ſua rediret. Hic Albertus tres ex coniuge ſuſtulit filios, Henri- cum natu maiorem, qui poſtea cōiugem accepit Ingelburgam filiam Waldemari regis Danorum: Albertum, qui in regem Sueciæ excreuit, cōiugem autem duxit Rixam, filiā

Ottonis

Ottonis comitis de Zwerino: & Magnum, qui filiam Bugſlai ducis de Wolgaſto Eliza- bet vxorem habuit. Filias verò duas: quarum natu maior Ingelburga nupſit Ludouico marchioni Brandenburgēſi: alterā Annam, quam accepit Adulphus comes Wagriæ in Hoſſatia. Sed filius Albertus, Henrico natus ex filia regis Danorū, quanquam morte aui materni Waldemari Dania: rex declararetur, eāq; Karolus rex Romanorū ſua ſen- tentia fulciret non potuit tamē in poſſeſſionē peruenire: q; Margareta altera regis filia, ingētis ſpiritus fœmina, pluſquam virili animo Daniam ſuſtinuit gubernare: perfecitq; industria ſingulari, vt tria regna poſt multorum memotiam ſeculorum fœmina (quod diu viri non poterant) coniungeret. Sed hæc per anticipationem quādam ſunt dicta: cæ- 10 terum decurſus rerū alia in tempora incidit: quod in Dania ſignauimus. Nūc verò con- tenti commemoratione principalium nuptiarum, reliqua ſuo ordine exequamur.

Mulier trium
regnorum do-
minatam ſibi
comparat.

CAP. 23.

ALBERTVS autem & Iohannes fratres, quum primū Karolus III. in Roma- norum regē eſſet aſſumptus, ſolenni comitatu curiam regis, quam tum Pragæ in Bohe- mia fouerat, adierunt. Auſti ſunt à rege ducali dignitate, vt duces in reliquū Magnopo- lenſes & ſcriberentur & eſſent, multis congenitium ſuorum ducibus potentiores. Re- uerſi in terram ſuam quæſtionem mouerunt Ottoni de Zwerino comiti, ſuper terris & ditionibus quas Hēricus Leo ante ducētos & ſuprà annos tuliffet Pribiſlao tritauo ſuo. Sed longa poſſeſſio aliquot ſeculorum quomodo potuit iure ſubmoueri? Iam tamē ſu- periozem ſe gerens Albertus pro auſta dignitate, à comitibus feudi dominus voluit re- cognosci. Qua ex re oppidum cum arce Wittenburgum oppugnās cepit. Creuerat per 20 ea tempora in immēſum opinio adulterini marchionis Waldemari, quem excitabat fo- uebatq; occultè Romanorum rex Karolus, vt laborem crearet Ludouico, qui oliū il- lius fratri Iohanni (quod diximus) tulit vxorem. Induxiſſe ferunt eundem regem qui ad ſe venerāt, in quibus Albertum ducem Magnopolenſem: & quos poterat principes, in- flammat ad roborandas partes falſi marchionis. FACILE credunt omnes quod verū eſſe cupiunt. Qua ex re Albertus dux, placens Karolo, quum defenderet partes adulte- rini marchionis, Ludouicum & omnes ei fœderatos in ſe prouocauit. Rex Dania: Wal- demarus, Ludouico ſtudens marchioni (vt pote ſororio ſuo) in Wandaliām duxit à ma- 30 ri, in ſulam Pole ad Wiſmariam deprædatus. Sed adueniens cum expedito agmine Al- bertus dux, regem fugauit, cōpulitq; in naues redire, multis antè vel in ipſa trepidatione demerſis, vel in congreſſione gladio cæſis. Iam creuerat exiſtimatio de adulterino mar- chione, vt etiā vrbes Marchiæ, inductæ principum autoritate, illum ſuſciperent. Ar- chiepiſcopus enim Magdeburgenſis, Rodulphus dux Saxoniæ, Albertus dux Magnop- olenſis, fuere cæteris credulitatis authores: quem enim non caperet tantorum princi- pum autoritas? Etiam ſacramēta præſtita ſunt huic fantaſmati, ſue magis idolo. Vindi- cabat vt poterat eam rem Ludouicus: perierunt vtrinque multi, vt non impune cederet quod rex intētarat. Sed Ludouicus iam terris Bauariæ & paterna hæreditate cum dote Stiria: contentus, Romulo fratri (qui hoc nomen Romæ natus accepit) Marchionatum 40 tum permiſit. Ille viribus contractis, adulterinum illum marchionem terris ſuis expulit, profugiētem in terras comitis de Anhold, in oppidum Deſſow. Ibi latens in calamitate moritur, fumo diſcuſſo, poſtquam omnes illū deſeruiffent. Quo tēpore Iudæi per Ger- maniam grauiffimo odio laborabant, quòd dicerētur venenariſſe fontes: fidem faciebat grandis illa quæ tum ſæuebat in omnes mortalitas. Alii hoc auaritiæ principum (vt fieri ſolet) inter fabulandum dedere, vt Iudæos propter opes, quas multas cumulauerant, in- ſectarentur. Mirum fuit cernere alacritatem miſerorum ad mortem. Choreas ducebāt: & primū paruulos, inde vxores, poſtremò ſeipſos præcipitarunt ad incēdia. Plauſere miſeri, ſeruietes oculis aſtantium, ne qua in re cedere viderentur Chriſtianis martyri- bus. Martyrem verò non facit pœna, ſed cauſa.

Wittenburgū
expugnatur.

Danus in ſu-
gam actus.

Iudæorū mira
in morte oppo-
tenda alacri-
tas.

CAP. 24.

Latrocinia
crebra.

PER quod tempus quum itinera publica inter vrbes Lubicam, Hamburgum, Lune- burgum, crebris incurſionibus latrocinātium eſſent turbatiſſima, eāq; de re ſuſpecti ve- hemēter haberentur vicini militares, quòd aut conſcii eſſent malorum, aut receptato- res improborum: apud comites Hoſſatia: Nicolaum & Hēricum crebrius accuſantur. Sed illi vt rem precioſam ſuum tuerentur honorem, perſtabant, pernegantes omnia de quibus inſimularentur. Comites non deſtitere propugnantibus honorem ſuum: perue- nitq; res in multam controuerſiam, vſque in apertum bellum. Quam rem quia in Saxo-

Rr iij

nia diximus, hinc transilimus. Sed circa idem tempus, duo ex Wandalie principibus affinitatem inierunt cum Iohanne Largo, comite Holfatię in Wagria, ductis duabus eius sororibus in coniuges. Per quam affinitatem factum est ut laxaretur vinculis Otto, filius regis Danorum Christophori, frater Waldemari: quem praelio captum Holfati diu tenuerunt. Miserunt autem illum ad propinquum suum Iohannem Wagrię comitem. Ille autem laxatus vinculis, quum in conspectu eius esset vniuersum Danię regnum (vnde facile consequeretur ducatum, qui in eo multi fuerunt olim) maluit accepta veste sacre religionis, Deo atque diuę Marię in ordine fratrum Teuthonicorum militare: idque ex sententia perficiens, fratri Waldemaro reliquit soli sceptrum regni: in quo defecit sanguis regius. Nam filius eius Christophorus (quod in Dania diximus) in toto praelio transigitur bombardam, tum recens inuento bellico tormento. Filia vero eius Margareta quum ex rege Norwegię filium aleret, noluit germanę filium ex ducibus Magnopolensibus, ad successionem admittere. Vnde factum est ut post eam ad exteros sceptrum peruenirent.

Filius regis
fratri regno
cedit.

CAP. 25.
Duces Stetinenses oppidum Grimme occupant.

NICOLAUS dominus de Werlo erat ex veteris Wandalie nobilibus. Is inter alia tenebat in sua ditione oppidum Grimme: de quo illi mota est controversia a ducibus Stetinensibus, qui clam missis satellitibus oppidum occupauerunt. Ille Albertum ducem Magnopolensem propinquum suum interpellabat, quod non satis fideret viribus suis, quibus impar erat hostibus. Albertus implorantem non putauit deserendum. Contractis ergo copiis cum apparatu bellico, ad oppugnationem contedit oppidi memorati ab hostibus capti, ut recuperaret. Violentissime oppugnans, igne iniecto, & omni telorum genere non cessante, tandem expugnauit, recepitque. Inerat valida militum manus, ab ducibus immissa memoratis. Pars capta, pars oppressa incendio: pauci elapsi manus victrices euaserunt. Primarium eius oppidi virum, cuius tradimento oppidum peruenit ad hostes, in conspectu omnium dux iussit concremari. Idem Albertus quum iam dudum indoluisset ex commitatibus de Wittēburgo & Raceburgo latrocinia publicis itineribus fieri, in societatem belli sumpto Henrico de Zwerino comite, dictas terras expedita manu peruagatur: latibula quę receptare, aut forte emittere latrunculos solebant, euertit: & ut futuris temporibus viam obseraret incurfionibus, in solo Raceburgensi fortalitiū erexit. Per crebras tamen pontificis querimonias, quum nollet ecclesiasticis rebus preiudicare, munitionem a se erectam postea euertit. Quumque dux inferioris Saxonie Ericus in quo animo ferret memorati Alberti vim in suo, hostiliter in eum inuehitur. Sed Albertus idem quum esset iustitie tenax propugnator (ut erat) etiam videri voluit publicę securitatis. Interpellato Ottone de Luneburgo duce, quem in societatem belli deuocauit, terram memorati ducis maioribus etiam viribus adoritur, ut eiiciat latrunculos, publicos omnium hostes. Penetrare arma eorum in Darfing, peruafere oppidum Raceburgum, totum quod erat obuium grassantibus cessit in praedam: immune tantum permansit eius loci cœnobium. Tacitus prætereo militarium nomina, quę sunt in annalibus de improbitate notata, ne maiorum noxa inurat maculam honestati posterorum, quibus annalium priorum scriptores malè consuluerunt.

Crematur
proditor.

Albertus Magnopolens, latrones bello persequitur.

CAP. 26.
Stetinensium & Pomeranorum genealogia.

PER occasionem ducis Stetinensis hinc memorati, continuanda est nobis series ducum & nobilium eius regionis intermissa. Ad annum Christi millesimum trecentimum, Bugslaus quartus tum rebus præerat: qui mortuo fratre Bernaim sine prole, reliquit filium Werzlaum, moriens ad annum nonum post mille trecentos. Nullas res gestas, quę plurimę & quidem clarę fuere, commemoramus: quod postulantis & requiritibus nobis, nullę sunt allatę ab eius regionis hominibus antiquitates. Si nobis inuident, ipsi scilicet exequatur maiorum suorum clara facinora annalibus tradita: si tamen ante operis editionem ad nos peruenerint, propicio Deo locum suum assequantur. Bugslaus quem diximus, præter Bernaim sine prole morientem, fratrem habuit Ottonem, qui peruenit ad annum quintum & quadragesimum post trecentos: & tum moriens, reliquit filium Bernaim: is reliquit Ottonem & Casimirum. Otto 11. sine prole transit, septuagesimo septimo post trecentos. Casimirus reliquit filium Zwanteborum, in quo defecit illa linea. Werzlaus, quartus in linea recta principum Stetinensium, reliquit filios, Bernaim fundatorem ecclesie sancti Ottonis in Stetino, qui vixit ad annum 1511. post trecentos: huic erat frater Bugslaus quintus, qui ex vxore, regis Polonie filia reliquit Bugslaum & Werzlaum, in quibus successio nulla fuit. Ceterum idem Bugslaus filiam Catharinam dedit coniugem Karolo

Karolo Bohemie regi, Imperatori Romanorum, eius nominis 1111. qui genuit ex ea filium Sigismundum. Ex alia eius filia natus est Ericus dux Pomeranie, postea rex Danię: erant enim Sigismundus & Ericus consobrini. Bernaim, quem diximus eius nominis 1111. reliquit filios Zwanteborum, Bugslaum & Casimirum, quorum nouissimi duo sine prole decesserunt. Ceterum Werzlaus v. alius frater 1111. Bernaim, reliquit filios Werzlaum & Bernaim. Bernaim reliquit filium sui nominis, in quo stirps defecit. Zwanteborus 1111. peruenit viuendo ad annum 1300. reliquit filios Casimirum, Albertum, Ottonem. Albertus & Otto sine prole obierunt. Casimirus peruenit ad annum 1311. post 1300. & reliquit filium Ioachim, qui peruenit ad annum 1411. & reliquit filium Ottonem 1111. in quo linea illa defecit: transfuitque ducatus Stetinensis ad duces tum Pomeranie Ericum & Werzlaum. Quorum linea hæc est: Bernaim 1111. fundator ecclesie sancti Ottonis, præter Bugslaum (de quo supra) fratrem habuit Werzlaum v. qui reliquit filios Bernaim & Werzlaum. Bernaim (quod antè diximus) reliquit filium sui nominis, in quo linea stetit. Werzlaus v. 11. reliquit filios, Werzlaum v. 11. & Bernaim, in quo iterum defecit successio. Werzlaus autem v. 11. genuit Ericum & Werzlaum, ad quos peruenit ducatus Stetinensis. Sed erat illis magna & diuturna lucta & concertatio cum marchionibus Brandenburgensibus, Friderico primum, deinde Alberto fratre: res autem post diuturnum bellum, pacationibus est dirempta, nostra memoria: quod suo tempore commemorabitur. Werzlaus iste genuit Hartmarum & Zwanteborum in pueritia deficientes. Ericus reliquit Bugslaum, huius temporis ducem magnificentum: nam ceteri filii Werzlaus, Bernaim, Casimirus, in adolescentia defecerunt. Filiabus autem contigit in illustres domus collocari: nam fratribus Magno & Baltassar Bugslaus geminas dedit sorores coniuges: tertiam accepit Henricus dux Brunswickensis. Bugslaus ex filia regis Polonie coniuge, Casimirum, Georgium, Bernaim, Ottonem, Bugslaum, sustulit: filias Annam, Elizabeth, Sophiam.

REGES tum Bohemie & Vngarie, zelo diuine religionis affecti, contumeliam Creatoris in vicinis Letuanis non dissimulantes, iunctis armis terram inuadunt, Christianis sacris (quando aliter fieri non poterat) gentem per arma aggregaturi. Multam latitatem ediderunt: nemo visus est ex aduerso aciem opponere: sed omnis nobilitas iam in angustiam coarctata, cessit in munitionem fortissimam, cui natura loci plurimum fidebant. Ad eam oppugnandam reges contenderunt: obsidetur, oppugnatur validissime. Quum magister ordinis Teuthonicorum per Prussiam vel familiaritate nobilium obsecrorum, vel inuidia longinquorum regum (quibus eius terrę dominium inuideret, nec facile permetteret) cogitauit quomodo solueret obsidionem: Scribit regibus memoratis in castra, magnis terrę Prusie gentis oppugnatę agminibus inuadi: esse periculum, nisi occurratur in tempore, omnem Prussiam sub illorum iuga venire: se esse imparem tantis hostium copiis. Reges ubi audierunt, succurrendum esse rati terris Christianis, ne rursus in gentilitatem recidant, soluunt obsidionem, ducunt in Prussiam: eò venientes nihil audiunt hostile, serò intelligentes quid ageretur. Interim obsessa nobilitas Letuanorum elabitur. Reges qui pridem cassibus incluserunt eam frustrati, reducunt exercitus, magnis laboribus & impensis in ventum factis. Fratres ipsi, ubi regum in se iustam indignationem, & sui magistri (Ludero nomen erat) occultam machinationem intellexerunt, in ipsum quod fecerat vindicant: detrudunt magistratu, carceri includunt: quam ferè in omnes suos poenam, quoties scruunt, detorquent: sic enim beant suos indignati præceptores. Prodigiū tum visum ferunt supra oppidum Prinlauia. Nocte in tempesta sancti Thomę apostoli visa est crux sublimi cœlo, ad caput oppidi memorati, longitudine pedum quadraginta, colore cœlesti ad laurium. Visum est portendere marchioni illum maximum, qui per eam tum prouinciam excitabatur, tumultum. Quo etiam tempore inferioris Saxonie duces, Ericus iunior & Albertus patruus eius, non vnum sentiebant super latrocinis publicarum viarum. Nam Albertus ea pro viribus insectatus, ope finitimarum urbium (quę illius signis acceperant) expertus est sibi nepotem in ea causa aduersantem. Albertus quoque dux Magnopolensis, singulari tum affectu respexit in finitimas vrbes: Lubicam in primis fouebat: sæpe in ea diuersatus, conuentus ibi principum agebat, tam gratus ciuibus, quàm illis inclinatus. Nec erat qui rem in vllam sinistram pertraheret suspicionem. Nunc sumptuosum visum est principibus negocium, in præclaris urbibus

CAP. 27.
Expeditio ad Letuanos Christo subigendos.

Teuthonicus magister expeditioni Christiane inuadet.

Prodigiū.

Conuentus agere: ideoque patentibus in oppidis crebrius solent conuenire.

CAP. 28. ESTONES (gense est in Liuania ad mare habitans, iuxta Reualiam, iam dudum ad Christi fidē coacta) hoc tempore cœperunt rebellare: vrgebat miseros grauissima qua premebantur seruitus. Vt se in libertatem vendicarent, agmine facto proximos primū, deinde longinquos, quotquot repererant Teuthonici nominis, interemerūt oppresseruntque, euerfis & incensis oppidis. Iam enim in eam multi se, mercandi gratia, terram collocauere mansuri Teuthonici: alii non pauci per tempora moram facientes in ea, quęstui instabant, ex commodo redituri in patriam. Sed tum omnes extra oppida munita & arces inuentos oppressere: munitionem sibi firmabant ad mare. Sed quum brumaiam horridior appeteret, vt paludes & inuia pridem loca transiri poterant, fratres Teuthonici ordinis, qui illam quoque (vt diximus) terram tum tenuere, superuenere rebellibus: & rusticā illam manum faciliē armis perfregere, multis (dum repugnarent) mactatis, aliis captis. Primipilarios autem, & qui capita & authores extitissent rebellionis, exquisitis perdidere tormentis, & ad pristinam seruitutem ceteros retraxere. Canes nostri tolerabilius pascuntur illis hominibus: tā misera seruitute premuntur. Ferunt qui dominantur, nisi in manu forti non posse populum illum in fide contineri. Similis erat conditio nostris quoque locis Wandalorum: qui nisi tributis supra vires fuissent onusti, ad rebellionem toties non peruenissent. Interim verò Waldemarum Danię rex cum Erico Saxonię duce iuniore tum Lubicam venerat: ibi se triduo rex ad nauigationem instruebat, transiturus in Prussiam expedita suorum manu: habebat enim (quod diximus) Ottonem fratrem iam in ordine Teuthonicorum. Constituit autē cum memorati ordinis fratribus inuadere Letuaniam, Christo militaturus, & diuę Virginii. Sed quoniam vel treugę erant, vel aliis iustis causis expeditio tum nulla parabatur: dimissa ibi militari manu, Erico duce & decenti familia ingressus est longinquam in terrā sanctam peregrinationem: perueniensque ad Dominicū sepulchrum, ibi de manu Erici ducis, factus est miles Christi, qui antē fuit rex seculi: auratum enim cingulū rex deferebat. Nec intelligo quid sibi velit in principe, præsertim rege, minoris dignitatis accessio, si non est respectus Christianę pietatis.

CAP. 29. S E C T A flagellantium tum vehementer increuit per prouincias, incertum quo auctore primū instituta, nisi illo, quem cæteris non vigilantibus, tradit euangelium super feminasse zizania: vnde & Acephali (hoc est sine capite) sunt appellati. Homines rudes qui per Germanię agros flagellis se attriuerant: cruces in veste præferiebant: ad vrbes gregatim ibant processione disciplinata, capitum operimentis ad oculos demissis, luminibus in terram fixis, tristes & mœsti semper cernebantur. Flagella tribus restibus erant trinodia, nodi ferrum in crucis formā eminens habebant: liuentes ex crebris ictibus ac vulneribus scapulas & dorsa prætulere. Ecclesiam ingressi, positis vestibus, subligacula linea ab vmbilico demissa sumebant. Ita egressi per cœmeteria nudi sternebantur, alii proni in faciem, alii in latus, nonnulli in dorsum: quidam extentis in altū palmis, pœnitentię formam ad singula peccatorum genera in gestu significabant. Progressus ex omni numero vnus, singulos tangebatur, dicens, Det tibi Deus remissionem tuorum peccatorum: Surge. Inde in ordines digesti, præcinentibus duobus, versum chorus iterabat. Vbi Dominicę passionis in cantu quædam incidisset mentio, mox vnā prouunt in terram, nō (vt solemus) primū geniculātes, sed vno impetu, velut præcipitata ligna vel saxa, ruebant. Quem quisque stans locum fortē habuit, scrupeum, luto sum, in eum nihil cedens se proiecit: tum signo dato surgebant. Ferrea corda mollebant conspecti hominum gestus. Neminem rogabāt aliquid, oblata sponte cum gratitudine sumebāt. His tamen religionis signis vitia tegebant, & alebant occultē. Aliquando à duobus fratribus ordinis prædicatorū interpellati, quid nemine mittēte docere & prædicare præsumerent, indignati in eos inuehuntur: & quum alius sibi fuga vix consuleret, velocissimis fretus pedibus, alium lapidibus obruerunt, iuxta Mosam.

CAP. 30. S V B L I M I S tum magister ordinis fratrum Teuthonicorum per Prussiam vocatis ad arma fratribus, etiā de Liuania, validissima manu introiuit Letuaniam, ipso die purificatę virginis, vsurus beneficio brumę transeundis aliis inuiis paludibus. Ieiunauerat omnis exercitus in solo pane & aqua, vt pro sui nominis gloria Deus, interuentu diuę genitricis, de perfido populo victoriam concedere dignaretur. Tracken vocant munitissimum

Estones in Liuania rebellionem faciunt.

Et Christi serui volumus haberi.

Substantia...

Letuani bello laceffantur, et Christiani fiant.

nitissimum oppidum, cum imposita arce. Ibi hostes fidei adunati ausi sunt obuiam prodire venientibus, congressi fortiter pugnant: sed tamen cessit victoria fratribus, octo millibus hostium prostratis. Per proximam ætatem, ne protinus respirarent, renouaue re expeditionem: & facta per terram ingenti præda, ad duo millia mortalium, secum in Prussiam pertraxere, vt baptizarentur, & ritus perdiscerent Christianismi: quò facilius ad suos reuersi, ostenderēt quid pietatis, & quantum suauitatis, nihil oneris, haberet formidata ab illis religio, de multis austeritatibus in ea gente diffamata. Annus erat quinquagesimus primus post mille trecentos, quum grandis vbique per Germaniam læuaret epidemia. Lubicę tum præfagium mirabile ferunt moriturosum extitisse in conuentu prædicatorum, quod nouitate sua narrationem à nobis impetrauit. Audiuit frater ex conuersis, qui curam haberet præ cæteris coquinæ, nocte vna subter se, quum in strato esset in hospitali domo, strepitum, & interea vocem loquentis ad fenestram coquinæ, Coce para cibum abituris fratribus. Et ille deintus, Quot sunt transituri? Tum ille, Triginta sex de conuentu, & duo aduenæ cum illis profecturi. Miratus ille frater de intempestæ noctis cibo, & quid illi, talium rerum curam habenti, nihil tale esset à Priore in sinuatum: cœpit cum horrore cogitare, esse fantasticam rem quæ gereretur. Tum curiositate ductus, deque lecto surgens intuetur per foramen quod visum admittebat in domum hospitem: videt assidere mensæ in albis numerum fratrum quem audierat, velatis frontibus, vt fieri solet iam tumulandis. Horrens de visionis forma, rediit in stratum: nec erat cui rem detegeret. Sed quum euentus omnia probasset, funeratis triginta sex de conuentu fratribus, & duobus qui de Hamburgo venerant: iam palam edixit quid antē vidisset.

NON cessabant per ea tempora publicarum latrocinia viarum inter Lubicā, Hamburgum & Luneburgum. Ericus dux Saxonię, quum à multis insimularetur de fauore & occulta intelligentia rerum, ipso facto ostendit se oforem. Nam militię suę præfectum Hartwicum Ritzerow, quem honoris gratia nomino, cum equestri Lubicensiū familia (cui præfuit Henricus Luto) misit in terram Wittenburgensem: ibiq; subuerti mādauit munitiones receptatrices latrunculorū, præsertim eam quæ dicebatur Nyenkerke. Fecere mandata viri fideles, & quos receperunt ex noxiis, contrucidabāt: quia capi non patiebantur. Multos ibi repererunt victos miserabiliter mercatores: quos itineribus extractos, improbi vt emungerent ære, ibi tenuerunt. Præsidia erant aliis quoque locis, eadem infamia conspersa, Tessin, Kennin, Keiffin: eodem omnia sunt tenore deiecta, quòd tum fauebant principes latronū insectatoribus. Quo tempore ferunt rē ostentui ac prodigio similem in Hachmolen oppido ad Weseram contigisse: quæ ideo in cōmemorationem adducitur, quòd similis ætate nostra contigerit. Quidam in area quum foueam teneret rebus seruandis, frugibus, aut aliis idoneam: eam iam vetustate obsoletam innouare constituens, immisit fossorē qui purgaret. Ille, nescio quid passus, subito intercipitur mortuus. Descēdit alius, vt videret quid prior pateretur: & ille quoque statim expirauit. Mirati qui supra stabant, quum clamoribus nemo responderet, & hunc mortuum intellexere. Tertius fune immissus, iubebat ad primum signum se retrahi: vix mediam peruenit in specum, & iam spiritu cœpit intercipi, clamans vt extraheretur. Eductus vix spiritum retinuit, multos postea dies elanguens. Basiliscum inesse putabant, qui visu interficeret immisos. Quumq; idem proximis hinc annis Buxtehudæ oppido Bremensis ditionis accidisset, physici causam dixerunt aerem in imo corruptissimum, qui concretis humoribus pessimis magis atq; magis putrescens, ad eò cœperit esse venenatus, vt flatum draconis aut visum basilisci superaret. Et, quando ostentorū incidit memoria, illud quoq; referamus, quod per eam ætatem in oppido Wittenburgo ferunt contigisse. Incendiū ædiū furtim procuratū, imponebatur in eo oppido innocenti. Ille quā sanctē iurās, eius se culpæ non esse affinem, purgationem afferebat vulgare de ignito ferro: quā iuribus interdictam aut ignorauere, aut contempserunt qui iudicio præerant laici. Ferrum ergo ignitum ille deportat itinere non paruo: tum manibus excutens, nihil læsionis præfererat. Euanuit ferrum ex oculis mirantium omnium. Annus penè totus intercesserat, quum alius iam silicibus viam straturus in oppido publicam, in arena loci manum vertit, & inuento ferro adhuc ignescente dexteram adurit. Mirati qui astiterent, rem præferūt loci præfecto. Illi mox incidit suspicio, illū esse hominem criminis

1351

Spestrū inuistatum noctu oblatum.

CAP. 31. Saxo latrones fouere falso creditur.

Lethalis è specu flatus exhalans.

Scelus diuinò indicio proditum.

reum quod innoxio imponebatur: mox iubet ad quæstionē abripi. Cōfitetur crimē: & ultimo supplicio, fractis rota cruribus, interimitur. Ita diuino iudicio est p̄ditus noxius.

CAP. 32.
Brandenburgensis cū Mag-
nopolensi bel-
lum gerit.

Q V V M magno inuicem bello conflictati essent Albertus dux Magnopolensis, & Romulus marchio Brandenburgensis, quum se pro marchione rex Danorum Waldemarum interposuisset, magnis est præliis sæpe cōflictatum. Nam rege Danorum magno suorum agmine in marchiam ducēti, Albertus dux se opposuit. Sed quum audiret alia de parte non minori exercitu aduentare marchionem, ne inter hostiles exercitus clausus interciperetur, dimisso rege, obuiam pergit Romulo: cum quo manum conferens, victor cepit supra quadringentos ex agmine marchionis. Audiuit interea regem obsidione oppidi Berlin demorari: in quem ducens Albertus, cum eo quoque parat confli- 10 gere. Sed interueniunt, qui rem placidis tractatibus intercipiunt, vtrunq; principem eò inclinantes, vt arbitrato Magni Suecię regis (cuius germanam tenebat Albertus coniugem) omnis controuersia sopiretur. Cuius deinde interuentu res ita finiit: marchio remittat ius omne in terra Stargardię: filiam accipiat Alberti ducis indotatam: dos sit redemptio quadringentorum ab Alberto captorum, cum oppido Lentze: (Leontium dixerent Latini) cæterum donatio propter nuptias (vitalicia vocant) oppida Werben, Zehusen, Parlberge, Arnsborg. Inde, quia res de adulterino marchione necdum sopita erat, rex Waldemarum, Romulus marchio, Ericus dux Saxoniarum Ro. regem Karolum cōueniunt, expostulantes cur tantum excitauerit bellum per occasionem bufonis, hominis vtique impurissimi. Ille se principum sacramentis adductum asserit, Ottonis Archi- 20 episcopi Magdeburgensis, Rodulphi ducis Saxoniarum superioris, Alberti comitis de Anhold. Tum illi, Potest quidem res fucata aliquandiu prætēdi: sed veritas inuicta permanet. Et quoniam compertum habemus de luce veritatis, hominem esse nebulonem, decernat Romanorum rex, irritam esse sententiam quam pro illo contra Romulum tulit, iubeatque omni omnium odio esse persequendum. Nihil moratus rex Karolus, facit quod postulat. Sed iam se nebulo condidit in tenebras suas, in oppidum (vt diximus) Dessow. Multę eius generis fuere fictiones, & erunt nō pauciores. Sic illud tentabatur Augusto Cæsari: sic est tentatū de multis. Sed facillē vmbra discedit, vbi lux clarescit veritatis. Iam in suā quisq; ditionem ex principibus, quos ille error agitauit, concesserant.

CAP. 33. IN regno Polonię Bulco dux Zuidinicensis, quum neque regi suo, neque Karolo 30 Ro. ac Bohemię regi satis pareret, Karolus eum statuit ad iuga reducere. Audet ille occurrere in armis, & conferre manum: sed prælio rex superior factus, eò perpulit ducem, vt illi cederet ditioni. Permittitur tamē quoad ipse viuat, rebus præesse, sed morte eius ad regem reuertatur: inque eam rem obsides traditi litem diremerunt. Interea lancea Christi, dexterum brachium sanctę crucis, cum vno clauo, mensale Christi, quo fertur vsus in nouissima cœna, gladius Karoli magni, qui Gaudiosa diceretur, & ossa eiusdem Karoli cum multis reliquiis, de Nurenberga vrbe per Karolum regem in Bohemiam sunt translata, ac in regiam arcem, quę Karlsteen dicitur, recondita. Sic paulatim explu- 40 matur aquila. Mirum dictū! Rex Karolus ad subigēdos barones & nobiles regni Bohemię, vsus est opera & consilio vnus fratris religiosi de ordine Cisterciensium: nomen illi Theoderico Kagelwid, cœnobio Leuin erat innutritus. Cuius quum esset industria regi comperta, magnus cœpit haberi apud illum, vsque adeo vt curiam eius multis annis rexerit: ita ingenio, prudentia & rerum dexteritate pollebat. Perpendit de minimo rex hominis industriā. Arci præfecit quę tenui erat prouentu: & transiens è vicino rex, experiri constituit quid faceret ille arcis suę præfectus, & si ex tempore consulere posset necessitati. Nihil antē præmonito superuenit cum regio comitatu: iubet apparare mensam. Ille subitum accepit consilium. Mittit qui ad proximam villam cogant omnes 50 suos, quarum aures caudalque præcisas iubebat introferri. Paruum erat detrimentum villanis, quibus suus numerus in pecudibus cōstabat. Acceptas aures cū caudulis, mox iubet coquū vario genere impiperare, & quanto potuit celerius ac promptius regi ad mensam importari. Delectatus rex hominis ingenio cum vrbantate (nam ex ridicula re paut tum regē cum familiā) eum deinde maioribus rebus præfecit. Vbi iam aliquot annis rem omnem ex dignitate gesserat, suum peculium nō mediocriter adauxit. Non potuit inuidiam euadere virtus. Inuēti sunt qui calumniarētur apud regem, carperentque quod frater vnus, tantis auctus opibus, regiam administrationem non satis ex fide ageret.

Suppositus marchio Waldemarum comperta fraude expellitur.

Reliquia ex Germania in Bohemiā translata.

Monachus è claustro in aulam industria merito traditus.

ageret. Crebrescunt accusationes, aggerit quisq; suū, crimina cumulatur in vnū caput. Rex sciens hominem facillē se ingenio suo expediturū de obiectis difficultatibus, iubet adesse, cunctis eius calumniatoribus in conspectu regis astantibus. Præfinit illi diē rex, quo de sua administratione calculū ponat. Ille sub hoc, Quod serenissime rex præcipis in diem fieri, possum etiā hoc momento expedire. Expectabat rex quid faceret: iussitq; quādo vellet, poneret rationē. Nihil moratus Theodericus ait, En breuis est calculus. Ad te veni rex simplici religionis habitu, & pauculis in loculo denariis: quę si mihi permiseris, omnia reliqua quę teneo, tua sunt: tibi rex habeto. Exhilaratus Karolus, hominisq; faceta, simul & facilitate delectatus, ait circumstantibus: Quis ex vobis est, qui tam 10 lem mihi suarum administrationum faciet rationem? Illi verecūdati, deiectis in terram vultibus siluerunt. Ea de re charior cœpit esse regi: primū ad episcopatum Mindens. deinde etiam Magdeburgens. prouectus. Sed ille vtroque relicto, redibat ad regem.

Calculus brūnis.

E o tempore ciues Lubicensis, quum nullus esset finis latrociniorum in viis publicis, ducem Magnopolensem Albertum interpellarunt, vt eius permisso & auxilio latrones persequi & sineret, & curaret. Ille non modò placidē sed etiam cupidē est assensus: expeditoq; agmine iunxit armaciuis: & euerfa sunt latronū illa latibula, Dusow, Lasso, Radewin, Domnitze, Meyenborg, Muggenborg. Quotquot verò in his deprehēderant criminum reos, mox ultimo affectos supplicio, appenderunt in vicinas arbores. Quo etiam tempore, moriente Ottone comite de Zwerino (cui cognomen Rosę indi- 20 derant) peruenissetq; comitatus ad fratrem eius Iohannem de Tekeneborg comitem: æstuabat miro desyderio dux comitatum illum sibi adiungere, quod natus esset filio eius Alberto, qui postea rex factus est Suecię, filius ex filia eiusdē Ottonis de Zwerino comitis, qui hæreditario posteritatis iure ad illum spectate comitatū putabatur. Itaque armis intentauit occupare. Firmavit obsidionem: erexit præsidium aduersus oppidum & arcem, vt impediret ingressum & egressum. Sed lacus adiacens magnam dedit ciuibus facultatem exeundi importandiq; vt non solū pro arbitrio, quę vellent, inueherent & eueherent: verum etiā ausi sunt ludificare obsidentes. Nunc muliebri veste, nunc piscatorum habitu fallebant hostes. Visi sunt ad piscesprehendendos exisse: hostes captos 30 traxere in vrbem. Ita obsidionis labor fuit sine fructu. Tentata est tractatibus res omnis componi: & conuenit, vt Iohannes comes accepta ingenti, quę tum expromittebatur, pecunia, cederet iuri suo. Fideiussores interuenere, qui nisi constituto tempore æs expromeretur, ipsi captiuorum loco, vel obsidum, vocati, venirent in domū comitis antedicti. Prouenit iusta duci in comitem querela, cuius prætextu expromissum æs ad plenum non solueretur. Ius quoque in hodiernū prætere ferūtur comites memorati.

CAP. 34.

Euerfa latronum latibula.

Zwerinū frustra obsidetur.

CAP. 35.

L V B I C E N S E S interim ciues latrunculis publicarum viarum infesti, hoc omni agunt conatu, vt eorum receptacula demoliatur, principum fauore, aut (quod minus erat) coniuētia. Perniciosum illud latibulum Gorlose oppugnant circumsedentes diu: stat sententia non cedere loco, nisi sit euersum. Qui intus fuere, satis fidebant tueri ab armis, si à fame securi essent. Quorum vnus quum rebus diffideret, extrema tentauit. 40 Diffiliens enim muro, videntibus qui obsiderēt, inuitis omnibus elabatur: nouit ille semitas sequentibus incertas. Hoc autem euerso fortalicio, in Stauenaw, quę noxiū furum receptaculū duxere. Inde egressi duo fidentiores aduersus quatuordecim, qui primis castris adequitauere metandis, conflixerunt: & quoniam vltimus timot (qui dare solet vires) perurgebat, fortissimè dimicantes, manus eorum euasere: ceteros in vtroq; reptos noxios, suspendio necauerunt. Contenderat tum rex Karolus in Italiā, vt Romę ex more coronā acciperet: ante hoc verò tempus iam dudū summū pōtificem in Auenione cōsalutauit. Sed Romanorum futurū Imperatorem Roma videre debuit. Igitur ex Herbipoli quam tum obsederat, moturus per Bauariam, mittit ad Ludouicū pridem marchionem, iam (vt putabat) reconciliatum, vt incolume illi per terram suam 50 iter præberet. Non satis quidem ex dignitate regia videbatur, in proprio regno à quouis poscere securitatem: nam is tum erat regni status, vt non indignū putaretur sibi cōsulere ad securitatem. Ludouicus dux per contumeliā excepit venientes, impropere, nihil eorum quę sibi rex pollicitus sit implese: non se agnoscere regem, qui ipsum non haberet ducē: mirari quod faciē illi prætenderet amicā, cui hostilia omnia demonstrasset in facto. Rediere ad regē vacui oratores. Tū ex consilio principū remandat duci, aut

Latronum latibula euerfa.

Rom. rex iter à Bauaro legis missis petit.

incolume iter per terram præstet ituro, aut ad pugnam se paret. Id verò quid opus fuit in mandatis præferre? ferro iter fuit aperiendum. Sed nouit ille Ludouici potentiã. Regressi ergo ad ducem regii, mandata exponunt. Ille cachinno excipit, non se credere dicens, regem ea esse temeritate, quòd Bauarum impugnet: vanum esse metum què tentet incutere, quo modo erant vana promissa quibus eum hætenus lactauerit.

CAP. 36.

Bauarus Rõ.
regi formido-
lofus.

TALIBVS responsis dimittit nuncios: & nihilominus omni qua poterat armorum copia se præparat, vt regi, si infestus veniat, occurrat. Duxit rex in ducem octo armatorum millibus stipatus. Sed vbi comperit ducem supra millia viginti in armis habere, atterere vires mutuis præliis consilium non fuit. Erant inter principes qui rem tractatibus componendam sibi desumpserunt. Suadent Ludouico, deferat regi: honorè illius esse 10 generalem omnium principum prouectionem: non conuenire rebus regni, vt principes regi rebellēt. Siquid illi à rege poscendum videatur, iure non armis agat: se annifuros, vt ab rege æqua omnia impetret. Regi quoque persuadent, vt ducem suo dignetur honore, promissa implens, ad iusta omnia sit exorabilis. Spondet rex, omnia se ex consilio principum gesturum. Igitur flexus Ludouicus, regem non solùm ire finit, sed etiam copiis auget vsque in urbem deducturis regem. Ita rex per Italiam, quam satis comperitam habebat, ducit exercitum: nam sub patre Iohanne, Bohemiæ rege (quem Itali Henrici Imperatoris aui sui fideles, sub rege Ludouico inuocauerāt) hic Karolus diu copias ductabat. misit autē Pontifex Auenione cardinales Romam, qui Karolum corona donarent Imperii cum conthorali. Quod quum solenni apparatu esset impletum, sciens 20 Karolus quid ex se Romani essent petituri, vt quædam veteris obseruantia instituta roboraret, in præiudicium Romani Imperii & ecclesiæ: quumque postulanda dare nec posset nec vellet, firmassetque animum aduersus preces, etsi quid fortè violentius intendere voluissent: simulauit aliquantam se inter eos moram facturum. Venandi specie vrbe egressus, iubet paulatim copias conlectari: ita Romanorum manibus elabatur. Erat 1 3 5 6. tum quinquagesimus sextus post mille trecentos annus. Quo tempore diuinum officium, decem & octo annis in vrbe Hamburgo intermissum, redditur, ex causis supra suo loco memoratis.

CAP. 37.

Conuentus
principum in
Lubica.

IN Lubica tum omnes vicini principes celebrem cœtum habuere ad mutua interloquia, super generali terrarum omnium statu, tranquillitate & pace. Aderat rex Danię 30 Waldemar, eius conuentionis institutor, Romulus marchio Brandenburgensis, Ericus dux inferioris Saxonie, Casimarus dux Stetinensis, Werslaus dux Wolgastensis, Ericus dux Sleswicensis, Nicolaus & Henricus comites Holsatiæ, Adolphus comes Wagriæ ad Holsatiam. Salubriter ibi omnia constituta grauissimis pœnis sunt sancita in eos præsertim qui fouerent, receptarent latrocinantes. Ibi de more ludi militares, hastis incurrunnt inuicem quotidie, choreæ dominarū, & apparatus vbique splendidi. Quo tempore mercatores in Flandria diuersantes, ex urbibus orientalibus (vt illi vocant) cum Bruggensibus grauem habuere simultatem: quæ vsque ad eò inualuit, vt populariter locum deferentes, in Dordracum Hollandiæ oppidum se contulissent, ibi publicum emporium constituentes. Tribus annis eo loco commorantur. Flandrenses autem, præcipuè 40 Bruggenses, quum satis intelligerent quid Flandria, & quid potissimum vrbs eorū haberet incrementi ex mercatoribus, & quid ea demigratione haberent detrimētī, Lubicam se contulerunt: quòd etiam cæterarum urbium euocatis oratoribus, transigitur su per omni controuersia, & in antiquum statum redit emporium. Nunc Stapulā vocant, mutuato de Germanica lingua (vt in aliis quoque sæpe fit nationibus) vocabulo. Aggestionem & comportationem sic vocant mercium omnium, quæ id genus sunt, vt seruando seruari possint. Miserunt autem vrbes orientales duos ex cõsularibus viris, omnium nominibus, oratores, qui reponerent mercatores in pristinam fruendarum libertatum possessionem, alterum de Lubica, alterum verò de Turiaco, Prussiæ quondam celebri oppido, nunc (vt aiunt) per incrementum Gdani ruente. Hoc est illud tempus quo Ka- 50 rolus iam Imperator, reuersus de Italia, constitutiones fecit de omni gradu & ordine principum, de quæ electione regis: renouauit & reformauit vetera principum placita. Qua de re diximus quantum videbatur, satis in Saxonia. Extat Bulla aurea, quæ cuncta plenius eloquitur.

CAP. 38.

ASSIDVVM erat illo tempore bellum magistro & fratribus ordinis Teuthonicorum in

rum in Prussia, pro suæ professionis debito, in perfidam Christo gentem Letuanorum. Sæpe congressi miscuere prælia: & manus conferentes illum habuere exitū, vt rex ipse 10 gentis Kinstock captus, perueniret in manus magistri memorati: duciturque in Burgum Marię, Marienburg vocant. Mansit ex die Palmarum in profundam hyemem: sed tum corruptis ære custodibus elabatur. Magister autem magna collecta manu fugitiuum insequitur, priusquã resumptis viribus grauior incumberet: omnibusque peruastratis, peruenit ad obsidionem arcis munitissimæ Kanwenpelle, (sciens ibi regis inesse filium cum multa nobilium manu. Et quum nemo oppugnantes impediret, arcem expugnauere: captumque regis filiū mandat ac custodiendum permittit duobus ex proceribus & omni 20 populo militibus: victorem exercitum cū captiuis reducere in Prussiam. Hoc etiã tempore Lubicæ per incuriam famulorum succensum prætorium conflagrauit: nam de camino uehementius & incautius incenso, scintillæ cadebant frequentes in loca carbonū repositorum: & ignitis omnibus, priusquã cerneretur, inextinguibile promicuit incendiū. Alii de pulueribus de salis petra exortum ferunt ignem: sed ad illos quomodo peruenit? Nisi consultò immisus ignis, non facillè capitur: ea est custodiendorum impensa diligentia. Albertus per ea tempora dux Magnopolensis, vt sæpe aliàs, controuersiam tum quoque fouebat aduersus Ericum Saxonie ducem: sed interueniente rege Danorum Waldemaro res pacatur. Quumque conditionibus ab rege prolatis malè pareretur, renouatur bellū: quod in Saxonia scripsimus. Maritimæ tum vrbes, quarū præcipua & 30 quædã velut regina Lubica, apertū tum bellum indixere Danorum regi Waldemaro, quòd non sineret innoxios in regno mercatores sine nouis impositionibus agere. Nam prisca reges, quū hoc maximè contenderent, vt aquilonis regna mercatoribus frequentarentur (vnde & regibus vectigalia, & regnis incrementa prouenirent) inuitauere alienigenas in ea mercatores, datis immunitatib. & priuilegiis: quæ rex tum Waldemar non inuiolata sineret. Qua de re ciuitates illæ pro suis mercatoribus hostilia regi nūciauere, & nauibus expeditis duxere in regnum. Nec segnior rex nauibus impositū exercitum obuiam iussit proficisci, cui filium suum præfecit Christophorum. Congrediuntur nauali pugna fortiter certantes: durassetque in longius tempus pugna, nisi regis filius Christophorus ictus bombardâ grauiter vulneraretur. Quo accepto incõmodo regia 40 classis se pugne subduxit, victoriamque nõ incruetam, sine magno quoque fructu, reliquit hostibus. Christophorus accepto ex vulnere breui diem suum obiit. Classis autē urbium, non contenta hostes in fugam egisse, ad prædam in terras applicuit: & expostis copiis in longinquum excurrebant. Regii opportunitate accepta, quum cernerent classem ciuitatum egressis militibus non satis custoditam, inuadunt: & sex ex omni numero maiores naues impositis suis abduxere. Redeuntes autem qui prædatum abibāt, ægrè reliquis in nauibus ommissa præda reuertuntur. Eius classis præfectus Iohannes de Wittenburgo proconsul Lubicensis, reuersus publicè de negligentia & incuria accusatur: productusque in iudicium, capitale accepit sententiam, publico gladio cæsus. Seuerum reuera iudicium, si malignus aberat animus.

40 IAM Theodericus Kagelwyd, de quo præfati sumus, frater ordinis Cistercii, ad eò commendatus Karolo Cæsari, primùm ad episcopatum Mindensem peruenit: deinde vbi Otto Magdeburgensis episcopus diem suum obiit, canonici Ludouicum Halberstadtensem episcopum postularunt. Cui rei magnopere ciues reclamabant, iam bellorum per Ottonis tempora pertesi. Venerat interea nuncius à sede apostolica, qui literis productis in medium ostendit, ad instantiam Imperatoris, apostolica prouisione, ad ecclesiam istam esse translatum Mindensem episcopum Theodericum. Ciues rem maximis votis probauere, quòd scirent consilia pacis esse in homine. Canonici duras partes fouebant: nam postulationē quam fecerant, de mera summi pontificis gratia pendere cognouerant: nec reluctandū sibi esse, quòd papam & Imperatorem in ea te vnum sentientes, sibi experirentur aduersari. Itaque Theodericū qualicumque animo suscipere, virum plebeii generis, de Stendalia natum. Id solet commouere genus hominum militare: grauiter enim talibus subesse patiuntur. Ille autem prudenter rebus omnibus compositis, quæ pristino bello extra ordinem reperit disiecta, vbi intellexit se minus gratis oculis aspici à capitulo & ministerialibus, prudenter rebus suis consulens, ecclesiã commendabat capitulo, terram autem militaribus & senatui Magdeburgensi: ipse ad Impe- 50

Rex Letuanorum captus, deinde eius filius.

Prætorium Lubicæ conflagrauit.

Vrbes maritimæ Danorum bellum inducunt.

Lubicensium naues à Danis occupate.

CAP. 39.

ratorem rediit in Bohemiam, affuturū se suis repromittens, vbi opus videretur. Itaq; septem annis ecclesiā suam absens gubernabat: prius tamen quā abiret, ecclesiā maiorem renouatā ipse dedicabat. Per quod tēpus suborta de nuptiis Elizabeth, germanæ fororis comitum Holsatiæ, grauiſſima controuersia, omnes regni proceres Sueciæ ex fœdere pacto transferunt ad Henricū Holsatiæ comitem, quum nuptiæ de parte regis non procederent (quod in Saxonia inq; Suecia explicuimus) quum Henricū comitem proceres Sueciæ regem suū esse voluissent. Ille verò misit eos ad Albertum Magnopolensem ducem: vnū ex tribus eius filiis, quem mallent, optione proposita deligerent: quod essent illi nati sorore Magni regis Sueciæ. Illi verò ad Albertū, trium per ætatem mediū, inclinarent: quem etiam pater suus prouexit in regnum. Hæc est illa veteris Wandali-
 10 cæ gentis renouata gloria, quod non solum Aphricæ olim regnauerit, verum etiā Rus-
 siæ, Poloniæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Bulgariæ imperitent: nunc verò transmissio mari, re-
 gnum suum in Suecia vsq; perduxerit, & imperiū suum vsq; ad omnium aquilonarium
 nouissimos Phinnos prolatauerit: nam ea fuit prima iam regis Alberti in ea gente expe-
 ditio militaris. Per ea quoque tempora, tanta fuit Erico duci inferioris Saxoniæ in sena-
 tum Lubicēsem confidentia, vt per aliquot menses abfuturus prouincia (transire enim
 in Daniam ad regem Waldemarum constituerat) senatui Lubicensi omnem suam per-
 mitteret ditionem: orans, vt fideliter illius ac sua tuerentur. Illi suscipiunt: efficiuntque
 vt quamuis Erico malè vellent & Magnopolenses & Holsati, eo tamen respectu con-
 quiescerent, quod scirent non passuros ciues rem suæ fidei permissam labefactari.

Wandalorum
 multis in re-
 gionibus do-
 minatio emi-
 net.

CAP. 40.
 Studiosus qui-
 dam, alter En-
 dymion.

REM incompta nouitate mirabilem, silentio prætereire non oportet. Ferunt iuue-
 nem scholasticis disciplinis Lubicæ intētum, secretius, vt sine interpellatione dormita-
 ret, se reclusisse nemine sciente. Quum non appareret quid de illo esset actū, requisire:
 non inuenientes, arbitrati sunt clam vrbe profectū in patriam: transferunt septem illo
 sopore anni. Iam per casum euenit, vt quispiā scrutaretur curiosè quid concamerato in
 muro capsa contineret: vidit iuuenem soporatum: & quum ignotus illi esset, grauitur
 concussus exciuit de somno. Iam redegerunt in memoriā qui illum prodire viderant,
 ante septennium disparuisse iuuenem: quem eundem non mutata, non macerata facie,
 certissimū iudicauerunt. Stupor apprehēdit omnes. Ille miratur quid stupeant, arbitratus
 se noctem vnā cum parte diei somno consumpsisse. Vbi audit factū, stupet cum stu-
 30 pentibus: nec edicere potuit quid amplius esset passus, quā solent homines profundo
 somno (lethargum vocant) soporati. Viderint phyfici, si poterat humidus ille locus fo-
 uere & continuare tam diuturnum somnum, sine cibo & corporis maceratione. Hoc
 est illud tempus, quo summus pontifex Gregorius XI. curiā suam de Auenione Gallia-
 rum vrbe reduxit in urbem Romam, per occasionem quam in Saxonia diximus. Quo
 etiam tempore ciues Lubicenses duram habuere controuersiam cum familia Holsa-
 tiæ militarium de Bœckwolde, conuiuentibus ad omnia comitibus, quū illos minimè
 audirent. Erat boni nominis honestus ciuis Lubicēsis, cognomento Moerkercke, qui
 quum in prædiis memoratorū de Bœckwolde redditus coemisset, litterasque de more
 accepisset, quod retardatā solutionem ipse sua autoritate pignorationibus extorque-
 40 ret. Hoc quū semel atque iterum faceret, indignati sunt memorati prædictorū prædio-
 rum domini, quod in suo ciues tam agerent imperiosè. In insidiis se collocāt cum quan-
 ta poterant manu, vt ad similem causam exciperent venientem. Quumq; ille pro con-
 suetudine pignoraret, illi de insidiis prodeuntes inuadunt, cędunt, capiunt, abducunt: &
 vinculis cōstringentes memoratū ciuem, multis cōtumeliis afficiunt. Ferunt expādisse
 hominem in chordas, despuisse in faciem, & omnibus probris & contumeliis affectum,
 viribus omnibus exinaniuisse. Interuenere deinde ex amicis nonnulli, qui fidem inter-
 posuere, viuū aut mortuum se reddituros, vt in sua domo recrearetur. Ille ex vulneri-
 bus & iniuriis multiplicibus contabescens, quum dies propinquaret eius reducēdi, spi-
 50 ritum efflauit: qui fidem suam obstrinxerant de reducendo, mortuum retulere. Illi re-
 cepto cadauere, quod non poterant in viuētem, in mortuum sæuierunt: defectum ca-
 put palo infixērūt, quo modo solent ciues agere in prædones. Tota cognatio, imò vrbs
 vniuersa fremuit ob iniuriam. Et quoniam non publicum erat bellum, sed priuatum la-
 trocinium, hoc vindicare constituentes ciues, vrbe educunt, & omnia euastant memo-
 ratorum de Bœckwolde prædia, euertuntq; præsidia igne iniecto: aliquot ex his captis,
 præsertim

Lubicenses il-
 latam cui in-
 iuriam vlti-
 scuntur.

præsertim quos tanti facinoris authores sciebant, publico gladio ceciderunt, quasi iti-
 nerum prædatores, & publicæ pacis nuper à principibus constitutæ violatores.

D V R A V E R A T per hoc tempus bellum in regem Danorum Waldemarum, vr-
 10 bium quas vocant Wandalicas. Nauigat expedita ad militiam classis in Daniam: fiunt
 excursiones, oppugnantur arces capiunturq; Copenhauen, Eschenor, Nicoping, Fal-
 sterbode, Schoer, Alsholm. Aberat rex, non citò (quod in Dania diximus) rediturus.
 Opinionem illi indidere, quod veneno eum sui insectarentur: quocirca magnum foris
 tempus consumpsit. Proceres regni rem in colloquia deduxere: conuenerant vt ciues,
 redditis quas nūc militari manu sumpserant arcibus, Scaniā per annos sedecim teneāt
 20 cum omnibus obuētionibus regiis, in compensationem damnorum quæ rex mercato-
 ribus irrogauerit: vt interposita fide publica de literis sigillatis, exacto tempore memo-
 rato, pignus ciues redderent acceptum: inque eas condiciones tum est pax firmata. Lu-
 bicenses ex suo numero præfecerunt Scaniæ quos voluerunt. Per quæ etiam tempora
 Letuani, quibus perpetuū erat bellum cum fratribus de domo Teuthonica per Prussia,
 hoc anno LXXIX. post mille trecentos, magnis agminibus ingrediuntur Prussia vastā-
 30 bundi. Non erat fratribus tanta virium aut armorum copia, vt illis obuiam prodire con-
 siderent, sed arcibus & oppidis communitis sua, vt poterant, tutabātur. Tres tamen ar-
 ces expugnauere hostes, & sublata præda ignem iniecerunt, æquaruntq; solo. Progressi
 in Masouiam, oppidum Polchos occupauere, in ipsum seuerissimè sæuientes, vt neq; re-
 20 ligioni neq; sexui neq; ætati parcerent: omnia illis paria fuere, vorax gladius & sequutus
 ignis omnia perdidit. Firmauerant fratres arces suas: nouam Gadesweder appella-
 uere. Eam nouam munitiōem Letuani inuadentes, quod necdum esset satis confirma-
 ta munitio, occuparunt: & imposito quod satis putauerunt præsidio, retro abierūt. Sed
 rigescēte bruma cum peruiæ fierent alias intransibiles paludes, fratres agmen immise-
 re suorum: vnde expugnato, & occiso trecentorum hominum (quod Letuani imposue-
 re) præsidio, locum receperunt: & aucta eius munitiōe, in reliquū tempus tenuerunt.
 Quumq; proximo anno Letuani in Prussia redissent agmine magno, ipsique fratres
 iam aucti viribus arma tenerent multorū auxiliaria, ausi se credere campo, hostibus oc-
 30 currunt in Rudow, non longè ab vrbe Montereigio: ibiq; consertis prælio manibus, ma-
 gna vtrinq; strages peracta est, sed maior infidelium: vt non dubia, sed cruenta esset vi-
 ctoria fratrum. Cecidere ibi aliquot præceptores, præcipuè marscallus vir ad arma for-
 tissimus. Nam (quod fieri solet) in magnis periculis promptissimi quiq; corruunt primi.
 Ducēti tum fratres desiderati sunt, cum multis militibus ac militaribus: sed impar erat
 ea stragi Letuanorum Russorumq; qui illis auxilio venerant.

CAP. 41.
 Wandalorum
 in Daniæ
 peditio.

t 369.
 Letuani Pruf-
 siam ingressi
 bello sauiunt.

Cruentā vi-
 ctoria.

ALBERTVS dux Magnopolensis certamen de finibus ditionum habebat cum vi-
 cinis de Stetino atq; Wolgasto ducibus: congressiq; sunt in loco de quo illis contentio
 fuit, iuxta Dangarden. Ibi quum multa fortiter fierent, & aliquādiu staret incerta victo-
 ria, Albertus mox victor emicuit, ducibus memoratis in prælio captis: multi præterea
 capti militares, in quibus Widekindus de Buggenhagen marscallus: non pauci ex for-
 40 tissimis eo prælio vtrinque ceciderunt. Dum verò hoc bello implicitus teneretur dux
 Albertus, obseruans huius opportunitatem temporis, Magnus dux Brunswickensis,
 multis inter auxilia ductis, Albi transmissio, ripariam terram Alberti cœpit euastare. Cō-
 globati quos tutandis finibus hoc metuens reliquerat, hostibus se obiecere: magnisque
 animis conuicti, retro ad naues coegerunt. Ibi dum trepidāt, multi merguntur, alii capi-
 ūtur, inter quos duo de Depholt nobiles domini: ipse Magnus vix cum paucis elabatur,
 primo transmissus nauigio. Ita vno tempore diuersis locis, duplex Alberto prouenit in-
 signis victoria, quum principes & nobiles multi capti traherentur. Nec diu post idem
 Magnus cōgressus Ottoni de Scowenborg comiti, sororio suo, satis iniquo bello, quod
 50 pit, cæsus in prælio: quod in Saxonia retulimus.

CAP. 42.
 Albertus Ma-
 gnopolēsis, dan-
 bus victoriis
 clarus.

Albertus in
 sum bellū ge-
 rens occumbit

SEVERISSIMO tum in suos ciues iudicio Lubicenses sunt abusi, dum Holsato-
 rum querimonias student excludere. Erat vir honesti nominis ciuis, qui episcopum Lu-
 bicensem Bertramum sæpe interpellaret super redditibus, quos in illius prædiis habe-
 bat exoluendis. Obsurduit episcopus, nec vllam præbuit aurem monenti. Ille verò ac-
 cepto (vt putabat) nutu vniuersi ex procōsulibus, vocatis in societate facinoris duodecim

CAP. 43.

Lubicenses a-
trox de suis ci-
uibus suppli-
cium sumunt.

ex conuicaneis in prædium episcopi Koldenhoff contendit, inde pignorationem faciēs pro retardatis cēlibus. Querulatur super ea re episcopus grauissimè, violasse ciues iurata pacem: & quod in alios soleat districtissimè vindicare, iam ipsos cōmississe. Comites quoq; Holfatię eam rem ingrauarūt, frustra queri ciues de militaribus, quando etiā ipsi ab iniuriis sui pontificis nō temperēt, quē rectius ipsi ab aliena vi tuerētur. Quid faceret senatus? Graue erat innoxios viros, qui rem non insolitā neq; per leges illicitam fecissent, vltimo supplicio perdere: præsertim quòd permissi ab vno (vt ferebant) procōsule (quod tamen ille diffitebatur) dicerētur. Grauius visum est in se admittere nobilium ac militarium cauillationē assiduam, vbi de violatione constitutæ nuper pacis, & de prædatione publicarū viarum quererentur. Igitur turbata licet omni ob eam rem ciuitate, ap-
10 prehenfis tredecim illis ciuibus, quamuis permissionem superioris prætenderent (quam ille non fateretur, in quem proclamauere) publico iudicio condemnati, suspēdio perimuntur. Seuera nimirum & nulla miseratione temperata districtio. Vt cunq; ferent ea

Principes ad
suorū scelera
conniuent.

facta minores: Vincet amor patria. Nec longū tempus in medio, quum ex militaribus Holfatię quispiam maiorem etiā vim intendisset vni ex ciuibus, querulati ciues apud comites, vt exemplo suo statuerent in eum qui publicam pacem violasset: multa in tergiversationem dicta, sed erat responsi tum formula: Si cum arborum foliis excrescunt abunde in arboribus ciues vestri, constituatis in illos quod visum fuerit: nostri ministeriales magno nobis cōstant, multis laboribus & periculis in viros euadunt, nō tam facili momento perdendi. Quo tempore quum summus pontifex Grego. XI. ex omni omnium
20 prouinciarū clero decimam deposceret, restitere tres archiepiscopi de Rheno, clerū suum prohibitione constringentes, ne quid solueretur: satis emundam argento Germaniam: iam omne aurum a barbaris (vt erat Italorū iactantia) subtili se ingenio obstruxerunt. Obierat per id tempus archiepiscopus Moguntinus. Papa, vt haberet qui illi in tribus archiepiscopis vel vnus gratificaretur, prouidit de ecclesia illa episcopo Bambergēsi: sed capitulum postulauit Spirensē, qui etiam prædiorum & arcium possessiones prior apprehendit. Alius tamen magna Misnensium marchionum ortus familia, multis damnis, incendiis, & de prædationibus terras infestabat. Erat Imperator Karolus in parte Ludouici Bambergensis episcopi: omnemque Turingiam, ecclesiæ Moguntinæ parentem, vastabat, Erphordiam arctissima obsidione premebat. Inerat Adolphus de Nassaw
30 Spirensis episcopus, nunc postulatus: ciues ille in fide continebat. Lacerabatur inter medios infœlix ecclesia: quæ his malis nata est, quòd in diebus etiam nostris Adolphus de Nassaw cum Diethero de Isenberg decertaret pro illa, quum ciuitas ipsa caperetur: quod suo tempore in commemorationem deuocabimus.

Depredationes
hominum
suisque
lucris
impendunt.

CAP. 44.
Imperator filium inertem
sibi vult succedere.

BOHEMIÆ regnum tum cœpit administrare sub patre Karolo filius eius Wentzlaus: quem pater non contentus vni regno hæredem relinquere, voluit etiam Romani post se moderatorem esse, iuuenem inertem, & in quo paternus amor fecit non cerne-
re verum. Melius etiam nunc haberet Bohemia, si natus nunquam fuisset homo ignauus: sub cuius torpore increuit illa grauis Christianismo diuisio de secta Hussitarū, quæ durat in hodiernum. Sed hæc postea. Tum verò Imperator cœlum ac terram fatigauit,
40 vt inclinaret principes electores ad surrogandum etiam se viuo regem Romanorū: successione non contentus, etiam accessionem agitabat. Melius aliquanto Fridericus, nostri temporis Imperator: qui annitentibus hoc ipsum de filio eius Maximiliano principibus (quod tamē postea permisit) diu fertur restitisse. Sed tum Karolus grandi ære expromisso, in suam traxit principes electores sententiam. Scribit apertè in Bohemia sua Æneas, postea Pius papa II. centum aureorum millia cuique electorum à patre Karolo constituta, & in pignus tradita quæ sunt ad Rhenum vectigalia, certissimum quondam Imperii patrimonium, nunc electorum principum diuisa hæreditas. Sic explumatur aquila. Suscepere in pignus: sed inde firmauerunt, vt sacramentis præstitis, ab Romanorum rege nunquam liceat reposci. Iam dudū antea credidit Blondus Romanum
50 Imperium (cuius ille declinationem scribit) corruisse. Poterat stetitisse videri, quamdiu tanto fulciretur vectigaliū patrimonio: posteaquam ita illud direptum est, si antea corruit, nunciacet obrutum & ruinis suis sepultū. Hæc dolentes referimus: quando nō superest spes recuperadi. Igitur Fridericus Coloniēsis archiepiscopus suo in nouū Romanorū regē functurus officio, coronat Wetzlaū Aquisgrani, adhibitis cōsuetis, & nuper à patre

Imperii dilapidatio & declinatio.

patre Karolo in aurea bulla constitutis apparatibus. Erant tum per autumnum grauissimæ tempestates: magnam turrium partem vehementissimus turbo deiecit: euerfa in nemoribus per saltus arborea robora sine numero. Prælium id erat in vrbe Lubica maioris in populo tempestatis & tumultuationis. Nam populus tum discessit à patribus
10 graui tumultu: qui nisi prudenter anteuerfus fuisset, magnum vrbi inuexisset incommodum. Sed eam rem tum exequemur, si quæ fuerit rerum occasio, à nobis prius explicabitur.

Populus discedit à patribus

LIBRI OCTAVI FINIS.

10

ALBERTI KRANTZII

WANDALIÆ LIB. IX.

20



AM Lubicensis ciuitas, Wandaliæ totius corona, in eum excreuerat modum, vt & Imperatori desyderium vidēdi creauerit, multis in circuitu ad inuidiam vsque prouecta. Erat autē LXXV. post mille trecentos annus, quum Karolus Imperator, omnes Imperii obiēs prouincias, Wandaliā quoque sua constituit visitatione illustrare. Romanorum Imperatorum secundus, qui Lubicā inuiserit. Nam primus, Fridericus, bello infectatus Henricum Leonem, armatus illam
30 obsederat: quum nec sexagesimum à prima fundatione, toties incendio conflagrata, impleisset annum: deditamque accepit, ingressus pacificè, auctis eius vrbs insigniis & priuilegiis. Deinde verò Otto III. filius Henrici Leonis, etsi frequenter in Saxonia esset, & vsque in Hamburgū descenderet, Lubicam inuisere non dignatur: quòd per sua tempora regi Danorum pareret, cū quo illi certa essent fœdera in æmulū imperii Philippum. Amborum autem præuius Lotharius, qui Imperium teneret post Henricum v.

CAP. I.

I 375.
Carolus Imperator inuisit Lubicam.

30

40

50

ideo adire dissimulauit, quod vix prima tum haberet Lubica à Critone Wandalo iacta fundamenta, neque adhuc in memorandis vrbus nomen habebat: nam sub Henrico primū Leone caput extulit: qui natus erat matre Gertrude, filia Lotharii Imperatoris memorati: auiam quoque habebat filiam Magni ducis, qui ex stirpe Hermanni ab Ottone I. sublimati erat nouissimus. Igitur Karolus III. Romanorum Imperator, Imperialem vrbem Lubicam sua dignatus visitatione, magnificè excipitur: quam rem quia in Saxonia explicuimus, nihil est opus iterare. Sed per hoc tempus (quod dicere cœpimus) tumultus grauis secessione plebis à patribus Lubicæ exoritur. Multas & magnas fecerat senatus impensas. Iam crebris expeditionibus per mare, per terras, iam suscipiendo pro dignitate Imperatore, æs contraxerat alienum non mediocre. Instituerat ergo, vt supra solitam, quam faciunt annuam ciues collectam, per singula ciuium capita solueretur vna Lubicensis marca: & vt futuro tempore prospiceretur, aucta est parumper mensura, quam molentes publicis vsibus seruituram detraherant in molendinis. Eam rem acerbissimis animis acceperunt plebei, præsertim artifices, qui manibus questum faciunt, aut minutis ex rebus panem conquirunt: euiscerari se queruntur, sanguinem prius quàm pecuniam daturi. Concurrunt in ædem Diuæ Katharinæ, fratrum minorum ecclesiam: ibi, quantum poterat constare inter tumultuantes, omnium postulatio & concors desyderium erat, impositum onus detrahendum: non se suscipere nouum iugum: ni destituat senatus institutum, nouo sibi consilio opus esse. Incertus multorum (vt fit) clamor, conuitia & iniurias immiscuit. Sed quum graues se viri patribus ac plebi interponerent, priusquam ad vim & arma currebant, rem experiri pacatis statuerunt tractatibus. Placuit plebi, priusquam discederet, in eam causam congregata, euocari præconsules, & ab illis destitutionem noui oneris poscere: si annuant, habere quod optant: sin minus, tum se nouum capturos consilium. Vocati procōsules adfuerunt audentior vnus ex cæteris (cuius aluerant fiduciam, iubentes pro omnibus loqui cæteri) postulat pro omnibus, iugum quod antè ciues satis importabile ferebant, nō ag-

Seditionis in populo Lubicensi causa.

grauari, nouitatē destituit: satis esse patribus quòd perpetuo magistratu & imperio quodam fungantur in omnes: non etiam hauriant plebis viscera, sudorem extorquentes, alioqui cruorem sequuturum: iam inter omnem plebem cōuenisse, nisi solitis rebus sint contenti, nouo sibi opus esse consilio. Tum placidè proconsules, nihil se nisi pro communi utilitate, imò necessitate vrbis cōstituisse, si patiantur ciues ratum esse: alioqui scire se nihil inuitis ciuibus aut velle aut posse: quæ in præsentiarum de voluntate ciuium esse cognouerint, fideliter se relatores in consilium: nihil se dubitare senatum boni consilium, ciuibus suis non reluctaturum: idque se spondent proconsules mox annifuros. Quæ responsio emolliuit dissoluitque congregatos: abit in sua quisque pacatior. Publicum deinde vrbis consilium suorum voluntati concessit: & interiit magno spiritu & molimine suscepta conspiratio.

CAP. 2. **1 3 7 7.** **N**ec erat pacatior res in ecclesiasticis ibi: nam etiam de pontificatu eius ecclesiæ cœpit esse controuersia. Obierat per id tempus anni **LXXVII**. Bertramus Lubicensis ecclesiæ episcopus: & eligitur Iohannes Cleendenst decanus, qui ex itinere in vrbē deflexit primū ad Imperatorem in Bohemiam, ab eo accepturus literas ad summū pontificem commendatitias. Sciebat nunc pontificem, Germaniæ prælatis super denegatione decimarū auersum, non facilè sine Imperatoris nutu annuere electioni. Quumque ibi esset, audit iam à summo pontifice esse prouisum ecclesiæ, de fratre quodam ordinis prædicatorum. Ita tum Romani pontifices electionis arbitrium ad se deuocabāt, ecclesiisque abstulerunt eligēdi facultatem. Hoc quū intellexisset vir per omnia modestus, 20 vertit iter retro, non perditurus operā & impensam tanti itineris ad vrbem: & frater ille breui post cū literis descendens, ita excipitur, quo modo inter fratres secularis prælatus illis imperaturus exciperetur. Sed quid facerent? Apostolicis mandatis parendum fuit. Quumque se minus acceptū & clero & populo vidisset, præcipuè (vt ferunt) quū cerneret vrbem nō esse de temporali (quod sperabat) episcopi dominio, in patriā aspirabat, prouisionem accipiens de ecclesia Misnensi. Et quoniam semel in manus summi pontificis peruenit Lubicensis ecclesia, papa ad instantiam Imperatoris, cedente Nicolao ordinis prædicatorū fratre, prouidit Conrado de Gizenhem, eiusdem Imperatoris secretario: qui ad eam perueniēs ecclesiā die Dominicę ascensionis primam in ecclesia sua pontificalem missam peregit. Arcem Dänenberge per hoc tempus in solo Wandalico tenuerunt comites, inde titulū mutuantes per suam successionem: quorū interitu recidere videbatur feudū ad proximū principatum vel marchionis vel ducis Luneburgensis: occupauerant autem militares, qui vel emptionis vel aliū quemuis coloratum titulū præferrent. Sed quū ad Imperatorem Karolū res esset perlata, aliisque viis ad iustitiam, qui occupauere, pertrahi nō possent, eratque fama atrocinantibus publico itinere inde fauorem ostendi, indicta est ab Imperatore vicinis principibus expeditio militaris, vt munitissimam arcem obsidentes oppugnarēt. Aderant cum expeditis hi principes, Albertus de Luneburgo & Saxonia dux, Rodolphus de superiori Saxonia, Werzlaus de Wolgasto, & Ericus inferioris Saxoniæ duces, ipsi quoque Lubicenses Imperatoris iussu d.c. eduxere armatos cum bellico apparatu ad oppugnationem, quæ tum habebant multis principibus opulentiorem. Nec poterat diu arx obsistere tantis viribus: venere in deditioem qui tenuerunt. Imperator ipsam arcem consignauit Luneburgensi duci, cui etiam hodie paret. Interim concessit in Tagermunde Karolus. Ibi in conspectu memoratorum principum, disceptates super electoria dignitate, Rodolphum & Ericum Saxoniæ duces ita composuit, posteaquam rem omnis controuersiæ ad planum audiuit, vt alternis eligerent vicibus, nunc hic, nunc alter, titulūque haberent communem. Et durauit ea compositio ad tempora vsque Sigismundi: qui vacantē superioris Saxoniæ principatum dedit nepoti suo Friderico Misnensi marchioni, exclusis inferioris Saxoniæ ducibus. Sed illi à quæstione necdum quieuerunt: quod suis locis commemorabitur. Quo tempore quum in vrbe Lubica necdum esset abolita memoria controuersiæ superiori anno initæ, communitas ipsa nouum iniit consilium. Nam contributione facta per fraternitates & societates officiorum, solennes ac splendidas instituere epulas in domo spaciōsa ad forum carbonarium, senatumque omnem ad epulas inuitatū humanissimè exceperunt, vt omnis amaritudo de cordibus stirpitis & funditus euellatur.

CAP. 3. **L**ETVANI per eam ætatem fratribus Teuthonicæ domus per Prussiam colluctati, magnis

magnis copiis hostilem terram ingressi vastant, diripiunt, cædunt, incendunt. Non erat ea vis fratribus, vt egressi hostibus se obiicerent. Arcem præcipuam Sithen obsederāt, breuique expugnauere hostes. Hinc mouentes Munsterberg contenderunt, obuia cuncta sternentes: magnam ex hominibus pecoribusque prædam abigentes, in sua redierunt. Anno qui proximus erat, fratres quanta poterant manu, vndecunq; contractis auxiliis, duxerunt in hostem. Regem tum habuere Letuani Allegertum, virum industriū, & qui ingenio potius quàm viribus pugnandum arbitraretur. Vidit ille magnam hostium manum: perpendit si ad congressum perueniatur, non sine magna strage rem dirimi. Occurrendum putabat, si posset: dolo treugas submissis oratoribus postulauit, ostendens inter alia, se nō habere animos alienos Christianismo. Facile credidere fratres Teuthonici quod verum esse cupiebant: concessere inducias treugarum. Quo tempore simulans rex se de legib. pacis acturum, inuitat præceptores, fide publica interposita, in tētorium, vt apud se epulētur. Non detrectant illi, sperantes sine sanguine rem omnē transigere. Incertū si interim obsides acceperint, dum apud hostē epulātur. Magna fides Teuthonici generis: Italici ne inter amicos securi sunt ad epulas. Dum illi sedent ad mensam, rex iam submisit validam suorum manum, quæ interciperet omnem hostium comeatum. Id fiebat sedulo, cæsis qui ad custodiam erant deputati. Venerat qui sedentibus ad mensam fratribus nunciaret, treugas esse ruptas à Letuanis. Rex iram in suos præterdit: hoc se nec iussisse, nec ratum habere: proinde in malā rem prouenire violatorib. suam temeritatem. Et fratres illusi, interceptis omnibus comeatib. & esculētis, cum rubore reducunt exercitū, frustrati magnis in eam expeditionem impensis. Venerat eodē dux Austriæ Fridericus cum expedito suorum agmine. Duo millia ductabat in armis, vt fratribus auxilio esset ad subigendam perfidam Letuanorum gentem. Aucti illis copiis fratres, aliasque auxiliares vires acceperant. Suos quoque perarmantes & fratres suos de Lituania euocantes, ducūt in hosticam terram. Grogil, Pastow, oppidorum sunt nomina, ad que tum est depugnatum. Elicuere barbaros in aciem: & cōgressi magnam eorū multitudinem prostrauerunt, vindicantes proximam illusionem. Penè ad internecionem cæsi sunt qui tum se illis in aciem opposuerunt: cæterum præda onusti redeunt in sua.

POLONIÆ per ea tempora præfuit dux, quem Album cognominauere, pro eo quòd pridem candidam ordinis Teuthonici vestem suscepisset. Sed quoniam principatus omnibus regii sanguinis viris morte subtractis ad eum deuolutus est, rediit ad seculum, non inuitis fratribus, si fortè tantam ditionem ordini suo supponeret. Sed ille cum Vngarorum rege pactum iniit, vt acceptis in præsens duodecim aureorum millibus, & annuis mille, ordinem, quem dimiserat, sponte reciperet. Idque quum omni ex parte placuisset, dimisso tam magno principatu, religionē regno præposuit. Non destitere interim fratres Teuthonicæ domus per Prussiam, Letuanis Christi hostib. ire obuiam, quoties auxilium aliquot affulsit ab exteris Christianis. Aderant tunc cum expeditis copiis Florentius, dux Lotharingiæ, & ex Italia nepos Urbani pōtificis, pro remedio peccatorum suorum aduersus infideles arma moturi. Cum quibus memorati fratres expeditionem ingressi, terram hostilem petierūt. Letuani proceres, cum agminibus suis ausi obuiam ire, se in campum contulerunt, pugne fortem experturi. Collatis ergo aciebus cōfluxerunt duro prælio: sed affuit Christianis desursum auxilium: & profligatis hostibus, ad occingētos ex nobilibus habuere captiuos. Qua elati victoria exercitum vastationibus occuparunt: & multis ex aduerso confurgentibus cæsis, ingēti præda onusti, victorem in tuta reduxerūt exercitum. Captiuos autem qui non Christianismū sponte subirent, quia non est legis nostræ, inuitus vt quis conuertatur, accepta pecunia relaxarunt. Quo tempore quum ageretur **LXXVII**. post mille trecentos annus, mercatores orientium (vt vocant Flandrēses) ciuitatum, hoc est nostrarum (qui illis sumus orientales) vrbium, Bruggis malè habiti in captiuitatem pertrahuntur: lapidem vocant carcerem publicum. Comes Flādræ Wilhelmus quum suis assisteret, grauis imminebat mercatoribus. Querimonia fuit de priuilegiis ab olim concessis, quib. exteri mercatores inuitati, ad perquirendas eas terras venerant. Et quoniam in vim contractus iam isse videbatur, irreuocabiliter deberi mercatoribus asserebāt. Longæ inde altercationes, multæ ambages, sequentib. annis vix enodate. Ferūt tum Gandenses, contra morē suum, p̄p̄fiores fuisse mercatorib. orientalibus. Venerāt proximo tempore Flandrensiū nuncii in vrbē

Lubicam, controuersiam illam dirempturi: aderant cæterarum oratores urbium. Præ-tenderant Flandrēses in sui purgationem, non esse suum hoc factū quod acciderat: sed comitis mandatum, cui parere habebant necesse: ostensis literis eiusdem comitis. Sed quum multa vltro citroq; dicta essent in vtrāq; partem, ille fuit exitus, vt ipse vrbes, mis-sis quatuor ex suo ordine primariis viris, de Lubica, de Turrena Prussia, de Tremonia, ab Hamburgo, singulo de loco proconsule vno, rem omnem pro dignitate terminarēt. Venerāt in oppidum Bruggense: stirpitus complanarunt quæ erant in quæstione, resti-tutis mercatoribus ad vsum & possessionem antiquæ suæ libertatis.

CAP. 5. ALBERTVS per ea tempora dux primus Magnopolensis, princeps insignis & vi-
Dux moritu- rus docet filios
 storiosus, iam grauis annis, quū intelligeret adesse finem vitæ, vocatis filiis Henrico at-
 que Magno (nā Albertus tertius, iam rex in Suecia rē gerebat) Videtis, inquit, filii, cur-
 sum meū satis laboriosum: per multa ego bella pacem vobis conquisiui à vicinis princi-
 pibus: vos partam seruate, iustitiam ad omnes implete, quæ sit vobis pro muro: itinera
 publica (quod in vobis est) securā sint, urbium vicinarum intelligentiam ne contemna-
 tis: nam subditæ parebūt ad æqua omnia. Facile hostium eritis victores, si cupiditatem,
 ambitionem & cætera in vobis vitia viceritis. Morte patris insequuta, Henricus senior
 gubernacula subit, princeps memorabilis, paternæ virtutis imitator strenuus. Quo tem-
 pore in vrbe Lubica excitato incendio, stabulum iumentorum publicorum cum omni-
 bus inclusis equis conflagrauit. Hamburgenses tum ad ostiū Albis fluminis, propter na-
 uigantes, excitarunt turrim, vt signum esset de mari quæretibus portum: sed tum ex eo-
 rum negligentia qui inerant, conflagrauit. Quo periculo commonefacti, totam fecere
 lateritiam, ne tam facile cibus igni daretur. Communitas tum etiam Lubicēsis, memor
 quod proxima impressione, ad arbitrium suum essent destituta quæ senatus constitui-
 set: nōnulla iam susceperant capita, quæ à cōsultu simili more impetrare, aut etiam ex-
 torquere constituerāt. Primipilarii erāt mechanici artificiani, & in primis lanii, qui distra-
 hendis in vrbe carnibus ad cibum quæstum faciunt. Mercatores vrbes, & primarii ciues
 familiarum, stabant ad causam medii inter senatum & plebem. Conuenerant in ædem
 (vt antè) diuæ Katharinæ. Ibi ad vnā partem stabat consilium ciuitatis publicum, ad al-
 teram plebs ex mechanicis, quos vel artificanos vel manuāles vocant: vtrorumq; medii i-
 bant primores vrbes ciues, qui rebus ad mediū reductis in certa capita deduxerunt pla-
 cita plebis: annueratq; senatus, cesseratq; ciuium voluntati. Sed in eo fuit controuersia,
 quod cōmune literis, ad perpetuam rei memoriam, sigillo publici cōsiliū roboratis rem-
 firmari voluit: senatui satis est visum, inscribi ad memorialem librū ciuitatis: idq; prom-
 ptè pollicetur. Sed quum vulgus grauius vrgeret literas exposcens, senatus non expedi-
 re ratus ad omnem plebis concedere libidinem, in controuersia res permansit. Arman-
 tur mechanici, tumultum & impetum facturi: mercatores quoq; cum primoribus vrbes,
 opportunis quatuor in vrbe domibus armati, secretius conuenerāt, staturi pro senatu, si
 quis se commouisset. Qua ex re repressi mechanici nihil intenterūt: sed ad tractatus de-
 nuo reditur. Tum grauius increpitum vulgus à maiorib. ciuib. dimisit animos, vbi vi-
 dit pro senatu stare inter ciues præstātiores: rediitq; res ad priora capita, quæ memoria-
 li ciuitatis libro, ad perpetuam rei memoriam, inscriberentur. Tum verò lanii, qui cæte-
 ram plebem concitauere, iubētur humiliati postulare veniam à publico consilio. In pœ-
 nam constituitur ad publicam vtilitatem, viginti equites, quoties iubeantur, expediāt:
 idq; non onerosum illis, quum aliās equitem quisq; ministrum domi alat, qui per vicina
 loca bobus & agnis importandis inuigilet.

CAP. 6. WENTZLAU Bohemæ regem, per ea tempora, Romanum etiam regnum sus-
Wentzlaus Ro. rex igna- uus et turpif- sima uite.
 tinuit principem, non præidentem, sed desidentem, & qui (vt diximus) magno consti-
 tit Romano Imperio, propter illum distracto Imperii patrimonio. Carè nimium em-
 prus etiam optimus princeps poterat videri. Nunc verò ignauum pecus, ne inter homi-
 nes, minimè principes & reges, numerandum, cuius tot sunt fœda facinora, quot clarif-
 simorum omnium possunt numerari virtutes. Scelestissimorum hominū probauit con-
 fortia, vilissimos habuit in deliciis. Ferunt (quod dictu quoque nefas est) coniugem pro-
 priam in lupanar iussisse prostitui: optimam verò fœminam flagitia mariti execrantē,
 quum se aliās in libertatem vendicare non posset, inedia sibi finem fecisse viuendi. Inte-
 rim publici Pragæ gymnasii controuersia neglexit contempfitq;: homicidia in vrbe nō
 vindicauit.

vindicauit. Grauiissimā Bohemorum suorum & Germanorum lethalem disensionem
 dissimulauit: vnde ortum est initium execrādi schismatis Hussitani. Sæpe quum cerne-
 retur ab omnibus nō solum inutilis, sed etiam damnosus regnis & Bohemiæ & Roma-
 norum, à zelosis viris tētatus est veneno: sed ille semper superauit veneficia vomitus be-
 neficio. Immanis illa belua perire nō potuit: vbi alii in quibus momenti aliquid videre-
 tur, multi periissent: sed seruatum est pecus hoc ad perniciem multorum capitum, imò
 animarum. Quo tempore à summo pontifice Urbano v. defecerunt Cardinales, tyrā-
 nide eius inspecta mirabili, & quod per impressionem Romanorum creatus diceretur:
 vnde nouum & magnum ac diuturnum in ecclesia cōsciscitur schisma. Miserabilis
 tum Christianismi status, quando neq; in ecclesia neq; in Imperio esset, qui catholicæ pa-
 ci & reipublicæ Christianæ studeret. Hoc etiam tempore Flagellantium secta, de qua su-
 periori libro diximus, increuit (quod enim malum non aufereret sub talibus Christia-
 nismi capitibus?) & per orientalem Franciā diffusa multiplicabatur. Sed erat tum in Ger-
 mania cardinalis de latere legatus, qui omnes eius sectæ fautores, nutritores, defenso-
 res mucrone ferit ecclesiæ, contemnes & nihili pendentes.

CONRADVS magister domus Teuthonicæ in Prussia, bellum diu antè cœptum
 in perfidos Letuanos perseuerāter egit: factaq; expeditione valida in terram hostilem,
 expugnauit arcem non contemnendā Anenpil: inq; ea quadringentos præsidio impo-
 sitos cepit, secumq; abduxit. Inde progressus cum agmine, proximum fortaliū defen-
 soribus vacuum reperit. Nam viso hostili agmine, diffusi suæ munitioni, nō putabāt ex-
 pectandum. Incensum ergo ipsi potius quam hostes æquauerunt solo. Ita per multam
 eius regionis prouinciam victorem circumducēs exercitum, nullam expertus est aciē
 ascendere ex aduerso. Magna tum erat & inaudita vermium in aere multitudo: ad eò vt
 muscæ, cyniphes, bruchi, & id genus noxiorū volatiliū operiret intercluderetq; solem,
 ne ad nos dimitteret radios. Magna sequuta est (qd̄ necesse fuit) ex putredine aere cor-
 rupto, mortalitas. Ludouicus rex Vngariæ tunc aduocans Lupoldum ducem Austriæ,
 & in suppetiis habens Genuenses, perpulit Venetiarum urbem vt imperata faceret, vt
 quantum exposceret illi æs numerent, multa centena millia aureorū. Perpulit vt muta-
 tam sigilli inscriptionem, qua se dominos maris iactarent, in reliquum præferrēt: mar-
 chiam darēt Teruisanā Austriæ duci. Credo hoc in annalibus Venetorum non legi,
 quod ea quæ superbo populo ad ignominiam sunt, silentio prætereunt, damnātque fa-
 ctis. Nam omnia aut in gloriam suam obuertunt, aut si non possunt, iubent silentio pre-
 mi. Quo etiam tempore inter Russos & Tartaros maximum à memoria hominum ha-
 bitum est prælium, in loco qui dicitur Flawasser, vt solent ambæ nationes magnis agmi-
 nibus non stantes pugnare, sed incurrentes iaculari & ferire, mox retrocedere. Ferunt
 ducenta mortalium millia eo concidisse prælio. Russi tamen victores prædam non par-
 uam abduxere in pecoribus: nam reliquam penè nullā possident. Nec tamen diulati
 sunt ea victoria Russi. Nam Tartari, Letuanis in societatem accitis, sequuti Russos iam
 reduces, & prædam, quam amiserant, retulerunt, & magnam in Russos stragem perege-
 runt. Erat autem annus LXXXI. post mille trecentos à Christo nato. Quo etiam tempo-
 re in Lubica cœtus agebatur & cōuentus urbium omnium de societate, quam Hansam
 dixere. Ibi Brunswickēses, iam per annos octo ab ea societate disclusi, nec in vlla mer-
 catorum societate à communionem intus vel foris admissi, quum reconciliari poscerent
 de sæuissima tumultuatione, in qua senatus sui partem occiderant, partem eiecerant vr-
 be: publicam pœnitentiam & satisfactionem peregerunt. Qui ad hoc communitatis no-
 mine missi sunt, iussa fecere, hac formula: Nudis pedibus, nudo capite cæreos de eccle-
 sia beatæ Mariæ in prætorii publicè cunctis spectantibus detulere: & genibus nixi, ve-
 niam suæ communitatis nomine postularūt, & meruerunt. Ex quo tempore denuo ad-
 missi sunt in communionem Hansæ, hoc est ad participationem priuilegiorum quæ in
 quatuor emporiis, in Flādria Bruggis, in Anglia Londoniis, in Norwagia Bergis, in Rus-
 sia Nonguardiæ permessa sunt olim mercatoribus, ab retro principibus & terrarum gu-
 bernatoribus, vniuersis eius communionis participibus.

LIVONIA per eam tempestatem iam ecclesiis insignita, tum passa est quod solent
 locupletes iam vacuatę sedes, vt de successore cōtendatur. Tarbatēsis ecclesia tum vaca-
 bat: ad quam canonici de suo gremio elegerant Iohannē Damerow, quem cōfirmavit.

Deficiūt Car-
 di. ab Urbano.

CAP. 7.
 Bellum in Let-
 uanos.

Veni ab Vn-
 garo attritu

Prælium inter
 Barbaros me-
 morandum.

1381.

Brissovicens
 crimen publi-
 cè fatentur.

Hansa quid
 sibi velit.

CAP. 8.

Romæ Urbanus VI. Sed fratres ordinis Teuthonicorū quum contenderent illam quoque ecclesiam sub candidū vocare pallium amplificandis rebus suis, procurarūt vt Clemens VI. in Francia commoratus Auinione, magno illo schismate quendam Ioannem Hebet præficeret ecclesiæ memoratæ: eumq; fratres cum literis venientem, per arma imposuere arcibus ecclesiæ, vt viribus eorum prouectus in ecclesiam, non cunctaretur sacri ordinis subire communionem. Aliquandiu conflictatū est super ea re: sed nihil profecerunt. Contendunt iam dudū Teuthonicæ domus fratres, omnes (si fieri potest) episcopatus terræ ordini suo inferere. Iam archiepiscopatū Rigēsem complexi sunt, & Curoniensem: de Osiliensi & Tarbatensi & Reualienſi sæpe frustra tētauerunt. Illa tamen ætate Rigēsis archiepiscopus necdum erat inſcatus: nam illius ope ac viribus exactus 10 est cliens ordinis memoratus. Ploskaw vrbs est Letuaniz, non longinqua Liuonia quæ

Ciuium in principem contumelia.

tum in id superbiæ excreuerat, vt principem suum Sirgallum multis in vrbe cōtumeliis affectum, iumento per contumeliam impositum vrbe eiicerent, imprecatione terribili facta si vnquam rediret. Ille contumeliam irrogatam questus amicis in circuitu: & omnium iudicio reprimenda videbatur ciuium contumacia. Igitur Sirgallus Ruslorū Liouonumq; armis contractis, vrbe memoratam obsidione premebat. Aderat magister fratrum Teuthonicorum per Liuoniam huic obsidioni. Secretò ab intus ad illū misso nuncio, ciues se illi permisere, si tueretur. Ille, vt bonum virum decebat, hoc respondit, non esse integritatis suæ, illum in castris deserere, propter quem in arma venisset. Igitur frustrati ciues obsidionē fortiter pertulere, nec potuit tum capi vrbs memorata: rebus 20 infectis, quū nullus fructus speraretur, soluta est obsidio, in aliud tempus vltione dilata.

Princeps in Latrones seuerus.

Obierat per id tempus Henricus Magnopolensis dux, Alberti primi ducis filius, princeps optimo ad iustitiam zelo: qui tanto infectatus est odio publicorum itinerum latrones, vt nulli deferēs nobilitati, quotquot eius culpæ deprehendit affines, nullius vsus ministerio, nec expectata ad expurgandam conscientiam opportunitate (dicitās vt apud Deum pœniteat, meliori nunc moriturus exitu, quàm si in conflictu à mercatoribus cæsus periisset) ipse suis manibus alligauit iugulandos. Vnde improbi ducto cognomine, ducem illum iugulatorem siue suspensorem appellauere: quod illi in contumeliam, boni omnes ei verterunt in gloriam. Successit in principatu frater Magnus. Reliquit Henricus ex filia regis Danorum Waldemari, coniuge, filium Albertum, bonum principem 30 & regno dignū: nisi Margareta, altera eius regis filia, relicta regis Norwagię, iam vidua, regnādi auida, Albertum exclusisset. Sed neq; diu erat in rebus humanis Albertus. Magnus verò Henrici & Alberti regis germanus, fratri morienti succedēs in ditione, ex vxore (quæ fuit soror principum de Rugia & Wolgasto) sustulit filium Ioānem, spem generis. Nam ex eo sunt moderni principes, per Hēricum Iohannis filium. Magnus autē cum Alberto de Luneburgo duce profectus deuotionis gratia Aquisgranum, quū inde rediret, febre correptus rebus excessit, ad annū Christi LXXXV. post mille trecentos.

I 3 8 5.

CAP. 9. Teuthonicorū equitum in Letuaniam expeditio.

QVVM per id temporis Letuania magnis & multis afflictā cladibus & damnis attrita satis videretur, inflexa ad suscipiendum populariter Christi sacrum baptisma, vt malis quæ pateretur, finem faceret. Idq; quum reges fratres Jagail & Stirgail, missis nunciis ostendissent, designato loco in insula Kirsemil: Conradus fratrum ordinis Teuthonici magister, verum credens quod cupierat, quodq; euidentibus signis persuadere sibi poterat (expedito tamē in omnem euentum suorum agmine) coassumptis duobus episcopis qui rem sacram facerent, in locum contendit constitutum. Vbi præstolatus triduo, quum ad præfinitum tempus nemo adesset, suspicari cœpit quod res erat, dolos sibi machinari, & strui insidias: quarum insimulabat matrem regum memoratorum, mulierē origine Russam quæ inuideret Teuthonicis, quod imponerēt iugum filiis suis. Idq; cōpertum iam penē habens euidentissimis argumētis magister memoratus, rediit in Prussiam: & nouis copiis vndecūq; adauctis, fretus etiam auxilio Vitoldi, vnus ex primoribus Letuanorum, cuius patrem Kinſtoū memorati reges perdiderūt. Quo capite hostibus regum fratribus domus Teuthonicæ per Prussiam se cōiunxit, necem patris perinde vindicaturus. Duxeruntq; primū coniunctis armis in arcem & oppidum Trackem: quibus nō difficile expugnatis, eiectisq; & partim cæsis qui inerāt, imposuere suorum quod satis putabāt præsidium. Inde profectus cum agmine suo Vitoldus, obsidione cinxit oppidum Ville: quod non difficulter expugnatum diripuit incēditq; magnā inde

inde hominum pecorumq; vim abducens. Quum autem ille exercitum iam in sua rediisset, Letuani reges adunatis viribus arcem Trackem recepturi, cingūt obsidione: tamque duris insultibus perurgebāt custodes qui defenderāt, vt nisi incēdio vel fame perire mallet, deditioem facere cogerentur pactis vestibus & incolumitate corporū: quibus abeuntibus arcem reges recipiunt. Prima verò nocte conuassatis muris per crebrā oppugnationem, & eneruatis viribus per tonitrua bombardarū, omnia corruerunt, oppressis aliquanto pluribus ex Letuanis, quàm esset numerus abcedentium. Eodem tempore Melchior dux Brūswickensis, frater Ottonis Neapolitani regis, ex Transsylvaniis ducibus, episcopus factus Zwerinēsis, toxico periit fraude suorum: medoni, quem ille 10 cupidē in oppido Rostock biberat, mala venena miscuere. Ille vbi malē sibi sensit ex potu, profectus in Butzow, arcem ecclesiæ, cœpit cruciatibus magis ac magis distorqueri. Cernēs autē fraga venalia ad oppidum suum (quod ignorabat ille, addito veneno facerēt ipsum furere) iussit comparari: & absumptis ad refrigerium magna vi fructibus illis, ad eō intumuit, vt ventrem vix vestes continerēt: crepuitq; spiritum efflans. Hic fuit exitus nobilis viri, inter pontifices non contemnendæ religionis. Per quod etiam tempus in vrbe Vratislauia Slesię primaria, sæuiente populo, & à clerico extorquente quod ille nec deberet nec vellet præstare, nec posset, nisi summo pōtifice consulto, persolvere, vrbe eiicitur: cōsentiente & omnia in peruersum autorizate ignauissimo rege Wetzlao. Omnia tum cleri bona sunt confiscata. Ad quem tum refugeret oppressus clerus? 20 Romana ecclesia vacillabat, errabatq; inter duos pontifices: Romanorum rex tum author videbatur & caput omnium malorum: non erat opus alia tum re quàm patientia.

SIGISMUNDVS, & ipse filius Karoli III. marchiam Brandenburgensem à patre, qui illam ab nouissimo Ottone (quod in Saxonia diximus) comparauit, non magno accepit. Sed moriente per hęc tempora Ludouico Vngarię rege deuotissimo, quum filias tantum duas relinqueret, & nullum marem heredem, Sigismundo permisit primam coniugio, eumq; post se designauit Vngarię regem. Sed maximo interim labore cruentisq; præliis ad eam possidendam peruenit. Obiecerant se ex regni proceribus non pauci, dedignati Bohemum regem: euocarūtq; Italia Karolum Neapolitanum, cui scepra deferebat. Sed Sigismundus inuictò per omnia animo hostibus colluctatur, peruenitq; 30 vt regem illum suum Vngari agnoscerent. Sed ea res tantum laboris & impensarum habuit, vt cogeretur marchiam Brandenburgensem Iudoco marchio Mōsauffa, propinquo suo, in pignus & hypothecam pro accepta ab illo grandi pecunia tradere: apud quē memoratus principatus aliquandiu permālit. Hadewegis erat altera regis Vngarię Ludouici filia, quam pater antē despōderat Wilhelmo Lupoldi ducis Austrię filio. Dos erat Polonia: quod id quoq; regnum erat in manibus Ludouici regis, coemptū (vt diximus) auro ab duce Candido, qui sacrum diuæ Marię ordinem anteposuit scepro. Erat in Polonia Wilhelmus aliquandiu se pro rege gerens, priusquam in thorum acciperet puellam memoratam. Non sunt passi Poloni Teuthonici generis hominem sibi regem: pulsumq; pariter speratis nuptiis priuauere. Circumspiciētes autem aliū sibi regem, futurum puellæ maritum, inuenere. Erat ex regulis Letuaniz Jagail maior natu duorū fratrum, expers Christianæ religionis. Hūc quum virum strenuum, & iusti tenacem agnoscerent, fecere illi conditionem, si vellet sacrum subire baptisma cum religione Christi, & regnum illi, & sponsam regiam obtulere. Ille non diu cunctatus, magnas accepit conditiones: baptizatus in ecclesia Cracouiensi, nomē accepit Boleslai: quod in eage te vetus, celebre & regium erat. Ita factū est vt cum rege suo magna Letuaniz pars ad Christianismum perueniret, inuitata præmiis, quæ nullis antea potuit impelli armis.

IN Liuonia per idem tempus grauer tumultuatum est, quum canonici ecclesię Osiliensis Henricum episcopum suum caperent, captumq; tenerent in Hapsel: quumq; nō satis fiderent arci, propter vim archiepiscopi Rigenſis, quem timebant, trāsmissō mari in insulam Osiliam eum arci inibi ecclesiæ Arnsborg vinctum incluserūt. Captus autē 50 ideo perhibetur, quod ecclesiam in manus ordinis perducere cōnatus crederetur. Nec diu post repertus est mortuus in latrina, incertū iniectus ab aliquo, an ipse euadere claustra conatus, in eam sponte descendēs perierit: exitus pontifici antē incompertus. Quo tempore in Letuania Vitoldus Kinſtoi filius, quum in arce oppidi Villæ cōmaneret, de patre suo (quem æmuli captū occiderunt in carcere) vindictā meditatus, præuenitur ab

Episcopi veni no sumpto mors horrenda

CAP. 10.

Sigismundus Vngarię imperat.

Poloni regem Teuthonicum respiciunt.

CAP. II.

Vitoldus in Letuania captus.

oppidanis: qui magis inclinarēt fratribus regulis hostib. eius, qui filii essent Aligerti fratris Kinstoti. Nam collecti ciues stratagema excogitarunt, specie prætenta, quasi furem confugientem in arcem insectarentur: arcem perinde occuparunt, trucidatis qui cum Vitoldo inerant: ipso vix periculum effugiente. Captam verò arcem memoratis regulis Vitoldi fratruelibus (in quos erant propensiores) consignarunt. Vitoldus autem, patrios circuiēs amicos, auxilium implorabat: cōtraxitq; eam multitudinem, vt iam fideret fratruelibus suis aciem obiectare. Illi autem quum in cāstris suis iam Christiani haberent fratres domus Teuthonicę de Liuonia, & ciues Villæ, multosque præterea auxiliares, manus cum Vitoldo contulerūt: & cæsis in medio plurimis, ipsum in prælio cepere Vitoldum, carceri, in quo finierat pater eius, mancipantes: de quo post aliquāta tempora 10 pactis conditionib. laxatur. Hoc est autem illud tempus anni LXXXIII. post mille trecentos, quo cursus ille in Wilfenacum, oppidum Prignissæ Wadalico in solo, cœpit per eam occasionem vulgari. Erant nonnulli ea regione habitantib. vel hostes vel latrūculi (incertū enim reliquerunt qui signarunt annales) qui incensa villa Wilfenaco, ecclesiā pariter in cineres redegerunt. Sacerdos quum ad proximam villam confugisset, essetq; noctu in strato, audisse fertur vocē, Surge, prepara te sacris ministeriis, dicturus missam in altari exusta nuper ecclesiæ. Primam vocem arbitratus ludificationem, contempsit: repetita secundo, repetita quoq; tertio: nec potuit negligere ita firmatam denunciationem. Surgit, & ex more soluto labiorum penso, ad ecclesiæ locum proficiscitur. Stabat altare post incendium, duo ibi cærei ex latere vtroq;: in medio mundam vidit sindonē, 20 inq; ea trinam hostiam, quæ videbatur in vnam coaluisse, eamq; cruentam. Stupefactus rei nouitate, vnde hostiæ cruentæ post incendium, reuerenter inclinans, & componens quomodo poterat, concito petit loci antistitē Huelbergensem: quid audierit, & deinde quid viderit, enarrat. Miratus & ille proficiscitur cū clero: videt, miratur: cuncta percunctatur. Vbi præter diuinum miraculum nihil videt, recondit hostiam crysallo: & vicinis primū locis, inde remotioribus Dei mirabilia nunciantur. Accurrunt vndecun que populi, ab usq; Vngaria, Francia, Anglia, Scotia, Dania, Suecia, Norwagia. Multa fertur renouasse Christus Dominus in reuelatione corporis sacri, sub altaris velamēto mirabilia: sed (vt fit) vanitate partim populi, cœcitate auaritia cleri, facta & infecta nūciantur. Euenit aliquando de istis super eare cōtradictiones: scripsere nonnulli quid videretur: sed populus semel in loco locens aut deuotione aut superstitione, non facile recusat: nisi quod clarescente nuper in Sterneberg miraculo cursus prior elanguit, quamuis non omnino interierit. Tum etiam monasterium Præmonstratensium Sacræ vallis in oppidum Luneburgum translatum est: vbi manet vsque hodie.

CAP. 13. MAGNVS dux Magnopolēsis, Alberti filius, ea tempestate rebus præerat in ducatu suo, princeps viuacis ingenii, & qui nō pateretur aut dissimularet vllam iniuriæ etiam significationem, non modò irrogationem. Multos ipse præuenerat malè sibi cupiētes: vnde factū est, vt neq; subditis populis neq; vicinis principibus satis charus esset: cuius tamen temporibus nihil memorabile peractum referunt annales. Non malum hercle signum neq; obscurum de virtute principis testimonium, qui tràquillitatem temporū 40 suorū promeretur: neq; enim fieri poterat, vt inquieto sub principe quietus esset rerum status. Sed ille non diu rebus præfuit, paucis exitum eius complorātibus: hærebat enim mentibus omnium memoria fratris Henrici, & patris amborum Alberti: quæ collata Magno, minus illum fecit esse spectabilē. Successitq; principatui Albertus, filius Hērici, eius quem cognominauere suspensorem. Nam alius interim Albertus in Suecia tū maximè rebus floruit: & Magnus filium reliquit Iohannem. Erat autem LXXXV. post mille trecentos annus, quum ciues Lubicenses, memores paternæ virtutis, ad hunc Albertum mirificè afficerentur, intelligentiam præcipuam fouentes ad illum, ad persequendos publicorum itinerum vastatores. Inierāt scēdus vna expeditione, iunctis Wis mariensium Rostock cēsiūm q; oppidanorum armis, latibula furum, & quos affines cul 50 pæ cognouerant, subruentes: euertētūq; hæc tum in terris præsidia, Stortzow, Gemetow, Prensberg, Trutzem, Redem: his enim locis erant receptacula piscantium publicis itineribus: quas munitiones tum memorati principis auxilio, vrbium dictarum emisarii subuerterunt, ac solo cœquarunt. Sed nunquam poterāt tam acerbis odiis à quouis insectari, vt stirpitus euellerētur: hoc cœlum, hoc terra suggerit. Alioqui nisi natiū 50 esset

*Amminipost
quomodo
lum miran
lum miran
pauisimur
gignitum*

*Iustus prin
ceps habetur
odio.*

*Latrocina
ingenitum na
tura vitium.*

esset genti vitium, multis diu colluctationibus principum esset eradicatum. Gigantibus confligit, qui aduersus naturam decertat.

SIGISMUNDVS rex Vngariæ, Karoli Imperatoris filius, de regno plurimum laborabat. Nam Elisabet Bosnæ regis filia, relicta Ludouici, focrus Sigismūdi, ac ipsa eius coniunx Maria, in Sigismundū initio conspirarunt, & regno Vngariæ extruserunt, quū magna illis procerum pars inhereret: & aduersus illum implorarunt Karolum de Italia, regem Neapolitanū, legitimum sanguinis successorem. Is erat defuncti regis Ludouici ex fratre nepos. Illum ergo sibi regem creare in Sigismundum sunt conuisi: mox enim veniens in regnum, ab omnibus rex consalutatur. Sed quod multis antè acciderat, Karolus ipse euitare non potuit. Elatus enim rerū successu, verbis temperare non poterat, apertè gloriatus, se breui Romanorum regem futurū, consalutariq; Karolus v. semper Augustus: nam paruo Wentzlaum negotio exuturum Romanorum regno, qui Sigismundum eius fratrem iam eiecerit Vngaria. Ea verba perlata Marię Sigismundi coniugi: etsi per matrem auersa erat marito, cœpit tamē Sigismūdi sortem commiserari: quæ non satis esse visum est Karolo exuere regno, quod per illum haberet dotale, nisi etiam absentem insectaretur conuiciis. Hic dolor quum altius descēdisset in pectus fœminæ, aliquādo erumpēs, significationem sui fecerat. Erat ex amicissimis Karolo regi, qui iam compertum haberet iactantiam eius multam illi apud plutimos congerere inuidiam: a 20 pertius familiarisq; super ea re cōuenit. Ille vt erat superbia tumidus, amicissimè comonem, sublata dextera grauitè cecidit in maxillam. Astabat famulus ei qui cæderetur. Non attēdens esse regem qui iectum faceret, non expectata iussione domini, educto gladio caput cædentis percussit, adeò vt vulnus descenderet in oculum. Relictæ viduę Ludouici hoc nonnulli suspicantur esse consilium. Karolus viuendi finem fecit. Alii non vulnere sed veneno ferunt extinctum. Sed hic tamē erat exitus, vt Karolus tum mortuus, locum faceret redituro Sigismundo. Italici qui cum rege venerāt, malè ab Vngaris habiti perierūt. Ipsum defuncti corpus diu stabat inhumatum, quod excōmunicatus Karolus ab Urbano v. i. diceretur. Solent autem principes seculi, dum florent, eam rem leuius pendere. Tum verò Sigismundus in regnum redibat: quod & in Saxonia diximus, & suo loco, quantum ea res deposcit, attingemus.

30 LVVICENSIS tum ciuitas, magna ciuium & hostium quorundam conspiratione, penè sepulchrum fuisset optimatum, nisi miseratus Deus proditionem institutam in lucem venire voluisset. Mechanici quatuor, quorum alius glesi tornator, alius pellū variarum opifex, duo pistores, initium magnę coniurationis in senatus & primorum ex ciuibus capita fecerunt. Pertæsum erat improbissimis latronibus, quod sub gubernaculo senatus agerent, & non ipsi rem pro arbitrio moderarentur. Ipsi gubernacula apprehēdere constituerant perditissima via: quocirca iniere cōsilium atrocissimum. Quotquot verò ex ciuibus cognouere suis attentamentis idoneos consentaneosq; quib. idem cū 40 ipsis nouerant inesse odium in senatum (facile enim quisq; in vrbe sui similem agnoscit) in societatem coniurationis acciure, sacramento prius adactos, vt quæ essent audituri, si non probarent, perpetuo tamen tegerent silentio. Paucos repererūt quibus non probabatur institutum: quippe delectum ipsi habuere inter notos. Idem foris inter Holfatos quidā Detleuus Gudēdorp (qui pessimo postea exitu se prodidit) factitabat, vt collecta manu improborum equitum, ad cōstitutam diem irrumperet vrbis portam, grassaturus cum coniuratis in capita & fortunas præstātorum ciuium: vt prædis explerētur, & coniugib. atq; filiabus ciuium (vt in tali re) abuterētur. Præfinita est dies sabbathi, quæ fuit Lamberti diui martyris, ad cædem, hora diei octaua, quum portę paterent. Id tradimentum, etsi multorum conspiratione foris & intus validum esset, in vrbe tamē secretum permāsit. Sed erant foris inter militares viros, quib. detecta res horrorem incussit. Tum miserati bonorum virorum maximam perniciem, subuersionemq; optimi in vrbe status, ac innocentum virorum necem miseram, tum fœminarum & puellarum miserabiles abusus: multis scripsere (sine nomine) ciuibus, vt vigilarēt, cauerētq; proximā vrbis ruinā de intestino malo: nemo quicquā suspicatur. Erat ex militarib. vir cordatus, qui perpenderet in vrbe nihil esse formidinis, parum vigilantiz, nihil de propinquo malo suspicionis: suscepit, rem tantam, proximo ante constitutum diem vespere detegere. Adequitat in vesperum domum procōsulis Ioannis Perseualen, præsentiam eius requi-

CAP. 13.
*Coniunx in
maritum con
spirat.*

*Carolus info
lentia sua
perit.*

CAP. 14.
*Proditio Lubi
ce detecta.*

*Vir cordatus
detegit prodi
tionem.*

rit: non adesse significant, occupatum publicis in prætorio consiliis. Tempus est, inquit, tempus bonis omnino cōsiliis. Filium eius iubet assistere, iam virum ætate maturum: astitabat autē incognitus à poscente. Vbi cognouit adesse (quia velata erat facie qui venerat.) Ante omnia, inquit, parentem adesse vellem tuum: sed quoniam ille deest, tu suscipe quæ dico: afferatur mihi potus (quia cōcitus veni per viam) vt bibam. Allato protinus vitro, gustauit: tum clara voce, Tibi, inquit, vitro, nulli mortaliū dico, nisi cautè prospectum sit, cras ante meridiem hæc vrbs sepulchrum est ciuium suorū, consulariū, & primariorum omnium: ad eò omnia intus et foris scatent tradimētis. Et mox in parietē vitro proiecto concitus obuerso exiit iumento. Consternatis omnibus ad rei nouitatem, proconsulis filius sine mora petit prætorium, admitti postulat: rem esse magni momenti & quæ moram detestetur. Admittitur: quid acciderit, quid ve audierat, plenius omnia exponit. Obstupuere omnes: statuerunt peruigilem agere noctē. Admonuere ciues bonos clanculo, vt essent in armis, si quid nouaretur. Itaq; factum est vt media cōsiliū publici pars peruigilaret, circuiretq; in vrbe, perlustrans si quid compertum esset, portarum claustra seruaret. Vbi diligentius intendunt, magna deprehendunt manifestæ coniurationis indicia. Quumq; ipsi coniurationis principes noctu per urbem equitantes consulares exaudirēt, alter ex illis Ioannes Calefeld (nominandū enim est monstrum) pistior in Klingēberg, expergefactus, forenses arbitrabatur conscios suæ cōiurationis. Vbi sublustri lunę lumine videt consulares equites in armis, & familiam eius ordinis, cōsternatus ait, Pretiose Christi sanguis, diu nimium est dormitatum. Sed primū cōcrepare arma audita in domo tornatoris memorati: cuius mox ostiis effractis, omnia inueniunt ad arma expedita. Apprehensum latronem horrentib. inuadunt verbis. Ille sine mora scelus confitetur, proditq; mox tres primos coniurationis socios. Quorū vnus ille pelliū tractator, vbi primū vidit peruigilare consiliū ciuitatis, mox (quod erat) cōiecit detectū esse cōspirationis facinus: sine mora per tenebras, vt potuit, in fugam se cōiecit. Captus primus demittitur sine gradib. in ima tartarei carceris: quo casu breui exanimatur: duo alii mox vincti iunguntur. Vrbis portas stare diu clausas iussere, ne quis elaberetur. Multi mox cōspirationis participes, aut detecti cōfessione captorū, aut suis indicis proditi capiuntur. Primi tres (quorum vnus iam mortuus) quadripartuntur impositi rotis: alii, cōfractis ossibus rotarum collisione, alii gladio cæsi, meritas pœnas luunt. Qui foris expectabant irruptionem equites, rem in vrbe detectam intelligentes, iter cum rubore flexerūt. Testati, qui importatis lignis aut frugib. rustici currus agebāt, se vidisse mane primo per vmbra equites multos, qui quid sibi vellent ignorassent. Per multos dies sæuitum est in coniuratos: vt quēq; alii detexere, pro qualitate culpæ, aut rotis collisi, aut gladio cæsi, perierunt: tanta multitudine, vt iam pigeret cædis senatum. Edixere ergo, omnes sibi culpæ conscios antè vesperum abire: qui mane reperirentur, hostium loco habendos. Cessere multi, de quibus nemo malè suspicaretur. Ita purgata improbis hominibus ciuitate, diem illum Lamberti quotānis diuino in ecclesia officio celebrem cōstituerunt: gratias agētes misericordie Deo, qui grauissimam ciuitati perniciem auertisset.

CAP. 15. CONRADVS sublimis magister Teuthonicæ domus per Prussiam perpetuo bello Letuanos infectatur. Duxerat hoc tempore in Vitoldum regulū, cuius fratruales (vt diximus) iam Christo crediderunt. Hic autem emissus ab illis carcere, omni crudelitate grassatur in Christianos, in illos vindicans ab fratruelibus acceptam iniuriam. Tum vero ausus cōcurrere prælio ordini memorato, iterum capitur: & nullis aliis cōditionibus impositis libertati redditur, si modò iuret, idq; ex animo impleat, Christi sacramēta subire. Ille leuissimo vir animo, per quicquid sanctum est, iurat, se omnia ex fide facturum. Sed quid nocet perfido perfidia, si non Deus vindex est? Credulus magister illi tres artes permittit iam Christianis infestas, ex quib. ducat in populū suæ nationis Christo lucrandum, vtq; gladio illum adigat sacram subire religionē. Ille omnia pollicetur. Magister vbi reduxit exercitum, Vitoldus mox oppressis qui in arcibus erant Christianis, incensas æquat solo, & ad suos in perfidiam reuersus, magis atq; magis infectatur Christianos. Magister vbi comperit, renouata expeditione iterum ducebat in hostem: peruenit autem vastans ad fluuium Wargan. Ibi Stirgail frater regis Poloniæ, malè Christianus, magno agmine præstolatur eius aduentum, vt transitum vadi intercipiat. Sed collatis prælio viribus, cessere Letuani, incolumem transitum magistro permittentes.

Transmisso

Transmisso amne Christianus exercitus omnia peruastat, & magna vndiq; præda conuecta reditum parat. Interim Stirgail, nouis fossatis deductis & deiectis, per saltum nemoris, in trāuersum roboribus arborum reditum (vt sperabat) intendere constituit Magistro cum fratribus. Exercitus autem Christianus fortior erat ad inuadendū, quàm hostes ad intercludendum. Quocirca factum est, vt inuitis Letuanis hostibus & ipsi transirent fratres, & prædam illis videntibus abducerent.

CAP. 16. Si c Stirgail frater regis Poloniæ, iam per Christianismum pacatissimi, ducatum ad ministrabat in Letuania, cum Vitoldo fratrueli semper dissentiens, nisi quum exterus hostis perurgeret: tum autem sensere vnum, Vir erat ferus animo, & qui reuerentia fratris magis quam diuina religione, distineretur à persequendis Christianis. Nominē tenus erat Christianus, quia sic fratri placere videbatur: ceterum cor inane veri à sua feritate nō frangebatur. Vnde factū est vt proximis quoq; inuisum se faceret, dum non per modestiam illis præesset, sed per indomitam insolentiam magis premeret subiectos. Vnde factum est vt iuuenes quidā nobiles in caput eius coniurarent: sed non erat facilè circumspectentem omnia circumuenire. Vrsam domi alebat iam mansuetam, quæ ad constitutam horam cibum de manu eius caperet. Ea bestia vir ferus plurimum delectatus, consuefecit, vt ad tempus solitum conclauis eius, in quo maneret, propinquans, latera fricabat ad parietē, ita se adesse significans: tum ille fores referas admisit illam, cibumq; porrexit. Id quum scirent coniurati, obseruauere tempus redeuntis bestię, & ad eius consuetudinem latera ad parietem comprimentes, strepitum edidere velut fricantis vrsæ. Ille deintus audiens, ratus adesse alumnam, fores pandit. Iuuenes armati irruunt, & pauci solum facilè conficiunt. Ita perit vir ingenio ferus, & manu promptus, Vitoldo iam fratrueli latius parens imperium. Interim in oppido Wandaliæ Tælem, quod Bugslao duci de Wolgasto pareret, res perniciosi exempli peragitur parricidio in primores oppidi, quem consulatū vocant. Lanii & pistores erant qui odirent, & æmulatione tangerentur, quòd forenses inueherēt in comoda ciuium carnes & panes: idq; quum aliās impedire non possent, in gubernatores oppidi vindicare constituunt, crudeli consilio. Obseruant diem, quo omnes ad consilium euocati considerent: effractis foribus irruunt, omnes ad vnum trucidat. Aberat vnus, qui proximo die nuptiis peractis duxisset vxorē.

30 Hunc, quum parricidium in cæteros peregissent, in itinere obuium, in caput ictum, sociis coniunxerunt vno funere. Hoc tam execrandum & omni pernicie execrabilius facinus, Bugslaus princeps non alia persequutus est vltione, vt vel coniurationis capita puniret: sed impunitate permessa, accepit pecuniam aliquantam, vt sanguinarium eorū consilium nouiter creatum approbaret.

CAP. 17. IVDÆI per id tempus conuentum celebrem habuerē in Wissenfelde, oppido Miñensis Marchiæ. Conuenerāt eò ex longinquis terris, secretius agentes consiliū: nec venere, nisi saluum prius conductum, & iter incolumē, publicamq; securitatē per itinera à principibus impetrarent. Quidē militares (vt sunt multi tenui substantia) quum obseruarent eorum discessus, in insidiis fuere, sciētes non leuē apud illos pecuniam inueniri. Captis omnibus, quibusdam, qui pertinacius resisterēt, etiam cæsis, ingentem prædā confecerunt: summa æstimata ad quinq; millia sexagenarum de grossis. Accusati illi apud principes de incurfione publicorum itinerum, præsertim quòd securitatē constitutā Iudæis à principibus violassent, interposita fide publica venerant ad respondendum. Iussi causam dicere, quid ita Iudæos inuasissent, quidā ex eis promptior ait: Iure, inquit, diuino ac ecclesiastico, non discrepante imperatoria lege, hostis ecclesiæ, & eius violator, nulla debet immunitate gaudere: quis autem nescit quales sint Iudæi ecclesiarū hostes, & Christi fideliumq; eius, quibus quotidie mala omnia imprecantur, execrationib. quotidianis infectantes populum Christianum? Et quoniam hostis terreni mei principis, hostis quoq; meus iure optimo censerī debet: multo magis hostis æterni principis (quem etiam patrē inuocamus) debet mihi publicus hostis haberi. Si quid ergo ex hoste publico retuli, optimi principes, inter iusta debet spolia cōputari: nec ad cuiusquā, præter passim, pertinere debet iniuriam. Delectati principes colorato militaris viri respōso, mox illum cum complicibus absoluunt, Iudæis cum irrisione dimissis. Quo etiam tempore fratres domus Teuthonicæ per Liuoniam, quum & ipsi operā nauare contēderent ad cōuertendam prouinciā Letuanorū, assumpto in societate belli Letuanorū de Plofew

Tt ij

Coniurati pœnas magno numero pendunt.

CAP. 15.

Vitoldus de nouo capitur, & Christianos iureiurando fallit.

Stirgail à coniuratis propter feritatem necatur.

Plebis in optimates conspiratio, à principibus dissimulata.

Iudæi contra fidem publicā impune spoliantur.

Fidei publicæ religio neglecta.

CAP. 18.

Casilina Lubicensis.

regulo, contendunt in hosticam terram: & magnis editis vastitatibus, ingentem hominum ac pecorum prædam eduxere. Erant enim mortalium tum captorum duo millia. **CONIVRATIONIS** Lubicanæ quam paulo antè descripsimus, conscius Detleuus Gudendorp, iam detectus, publicum hostem agebat vrbis illius, non parcens viatoribus & vndecunq; transeuntibus ciuibus. Sæpe fugatus ab equestribus Lubicensiū ministris, statuit, per insidias aliquando illos intercipere. Misit ex suis, qui prædam agerent ex villa Curov: si quis interim superueniret illis maior viribus, cederent, pertraherētq; sequentes in locum insidiis constitutum. Serò (vt fieri solet) ab actio iumentorum in vrbe Lubica nunciatur: serius colliguntur armati: nam & de oppido Molne aduocandi erāt equites ministri. Iam gregati sex & viginti de Lubica equites prodire, sequuti præcedētium vestigia: sed nisi ad insidias stetitissent hostes, iam dudum in sua securi abissent. Turmas tres præfectus ipse segregauit: nam ex vtroq; latere dimisit octonas, cum mandato, vt obuui hostibus facti, ad medium, quod ipse præfectus tenebat iter, inclinarent. Transierunt viam multam. Ipse præfectus, qui medium infectatus est iter, vestigia hostium ex vngulis (vt fit) equorum deprehendit: & iam inciderat insidiantium latibula, decimus ipse interceptus numero quàm duplo maior. Itaq; quum se viribus imparem cerneret, ad actis & admissis iumentis, oppidum Kiil recto cursu petiere. Facile cursu superant sequentium vestigia, optimis vecti iumentis: sed iam oppido propinquantes, quum celerrimo cursu quiddam hostile præferrent, nesciētes ciues quid ageretur, portas clausere irrumperetantibus. Coguntur frontes hostibus aduerrere: quib. fortissimè congre-
10
15
20
25
30
35
40
45
50

CAP. 19. Hoc etiam tempore, hoc est à Christo nato ad lxxxvi. annum post mille trecentos, Lupoldus dux Austriæ de genere Rodulphi Imperatoris, cū filio & omni nobilitate bellum inferebat Swiceris (Switenses vocant alii, veteres dixere Heluetios) feroci in hunc diem hominum generi, & in montibus suis efferato: quibus etiam ætate sua C. Cæsar Galliarum præses manus conferebat. In eos tum ex quibusdam causis duxit Lupoldus Austriæ dux, quod ab auis & atavis vetus esset similtas in gente. Rusticam libertatem liuētibus semper oculis aspicit nobilitas, sibi natum quicquid viuit, rata. Totis principatus sui viribus Lupoldus orditur bellum, vicinis principibus & nobilibus in societatem belli deuocatis. Swiceri etsi magna mole virtutis suæ se in hostē appararēt, tria tantum millia in conspectum hostis emisere, vt per contemptum in illos duceret. Reperit sine dubio oppositos sibi viros, sed qui planis campis equitatu hostium premerētur. Cæ-
30
35
40
45
50

Vetus Austria et domus cum Heluetis similtas.

millibus. Intercepti ergo Austrii penè ad internecionem cæduntur, valde raris elabētibus: dux ipse cum filio & sedecim primæ uæ nobilitatis viri comites atque barones, ipsi principes, aut principum affines. Cruenti huius prælii memoriam armis suis Austriæ duces præferre creduntur, quum candidum clypei campum sanguineo colore intransuerit fusa planicies fulcer: vindictam meditati tantæ cladis, quam necdum peregerunt. Nam etiam hoc tempore (quod suo loco dicemus) insigni clade memoratur Austrii ab Swiceris affecti. Quo tempore in vrbe Wismaria insignem conuentum principum iussit sollicitari Albertus rex Sueciæ. Aderant omnes de propinquo principes, Wentzlaus dux Saxonie ac Luneburgæ, Bugslaus dux de Wolgasto, Ericus inferioris dux Saxonie, Nicolaus & Adolphus Holfatorū, Otto de Hoia, Gunterus de Rupin comites, Laurentius comes Wandalarum: omnis effusa nobilitas, milites, militares, vicinarum vrbium honesti ciues, principum, nobilium, militum, militarium virorum coniuges. Omnia ad magni-
50
55
60
65
70
75
80
85
90
95
100

Conuentus principum Wismaria.

magnificum apparatus composita, militares in foro ludi, dominarū in locis cōuenientibus. choreæ, canentiū in omni genere musicoꝝ læta symphonia. Omni genere vrbani-
tatis, in mediū certauere honestate vestiū, robore viriū, alacritate iumentorū. Vox vbi-
que lætitiæ personabat: eminebāt multis in rebus plurimū, quisq; in suo genere decori.
Octo continuatis diebus solēnitas perdurabat: inde in sua quisq; læti & alacres rediere.

Quo tempore Conradus de Gisenhem Lubicēsis episcopus, quum rebus excederet humanis, locum fecit Iohanni Clendest decano eius ecclesiæ, pridem electo, & iam renouata electione iterū assumpto: ciuis honesto inter suos inibi natus loco & iam consequutus benedictionem peruenit ad episcopatum. Anno qui proximè sequutus, idem
10
15
20
25
30
35
40
45
50
55
60
65
70
75
80
85
90
95
100

CAP. 20.

Conuentus principū Lubice ad latrones excindendos.

Hansa contra Flandrenses.

Rerum humanarum inconstantia.

CAP. 21.

Insolens regina à marito monita respicit.

Wentzlaus propter ignauiam proceres regno abiciat.

mitteret, inuisus esse cœpit omnibus. Captus à baronibus regni includitur, ne regnum ipsum pessundet. Sed ab Iohãne duce Lusatia & Procopio Morauia, vinculis per arma est exēptus, & libertati redditus: sed nihil immutatis moribus, deterior semper euasit. A fratre deinde Sigismundo captus, & Alberto Bauaria duci custodiendus traditur: sed dum negligētius in custodia teneretur, corruptis custodibus, elabatur: regnoq; restitutus est, nihil emēdator. Quū autem nulla in re posset ad cor redigi, principes electores congregati, hominem Romanorū regno destituūt, Ropertū Bauaria ducē reponētes.

CAP. 22. ALBERTVS dux Magnopolensis, Henrici filius, optimi principis non degener p-
Quo iure magna imperia parari solent.
 les, natus matre quæ filia erat Waldemari Danorum regis, quum ille moreretur, materni generis iure regnum sibi arbitratur deberi. Sed quoniam magna imperia non tam le-
 gibus quàm armis quærentur, magno exercitu duxit in Daniam. Proceres diuisi fuere: pars fauebat Alberto, maior numerus propendebat in Alanum, Margareta filium, quæ & ipsa erat dicti regis filia. Itaq; tum magis pacis quàm armis, arma propulerunt. Sed Albertus quum adhuc floresceret per etatem, viuendi finem fecit, solum filium relinques Iohannem: cuius primūm tutores, deinde vbi adoleuit, ipse omnem principatū, absente Alberto Suecia rege, cum Alberto Magni filio administrarunt. Nam regi sua portio, suum semper ius saluum remansit: ad quod etiam, quum regno extruderetur, est reuersus, postea quā varia in regno iactatus fortuna, captus laxatusque est captiuitate. Erat à Christo nato post mille trecētos LXXXIX. annus, quum idem Albertus rex iam diu feliciter in Suecia regnans, implicaretur bello cum Margareta Dania Norwagia q; regina, orta simultate, quod dictus rex munitionem erexisset opportuno loco, vnde posset Danorum in sua transitum arcere. Regina autem, nulli cedens viro, prudentia & animi magnitudine multos exuperās, non passā vllum ab rege præiudicium, aduersus nouam regis arcem, in suo solo erexit aliam, vnde comitatus possent intercipi in nouam regis arcem conuehendi. His de rebus primūm præfectorum iurgia, deinde etiam excursiones fiunt inuicem: quæ ad eō creuerunt in immensum, vt ipsi inter se principes, hinc rex, inde regina, totis regnorum viribus concurrerent. Eduxere acies, stabantq; mutuo sub aspectu, diu minantes. Palus erat in medio, quæ diremit exercitus. Spectabāt acies in alterutram, quæ prior in aduersum transgrederetur. Erat regis animus maior, quàm qui vlla possit re deterreri. Prior ille eduxit: sed ea laboratū est difficultate in transeūda palude, vt faciliè Danis victoria relinqueretur. Capitur rex cū filio, & in arctissima custodia recluditur, septem annis in carcere manens. Quum interim multa fierent, & tractatibus & armis, ad eius relaxationem, non poterant vllæ conditiones reperiri, quæ nisi dimisso regno, scēmineum animum possent permollire. Multa mari prælia, multa sunt Dania per Vitalianos (sic enim appellabant satellites, propria sorte militātes) irrogata damna. Laxatus tādē, dimissionem regni pactus, cuius maiorē iam partem regina occupauit: vt vna scēmina tribus imperitaret regnis. Rediit in Magnopolim suam cum filio Erico ad spem regni enutrito. Reuersus autem coniugem duxit alteram, filio quoq; despondens vxorem: quod suo tempore commemorabitur.

CAP. 23. MVLTa interim in Letuaniam militarium manus longè aduecta peruenerat, quæ pro redemptione peccatorum suorum in perfidos militaret. Inter quos Wilhelmus dux Gelriae, qui cum expeditis egressus, diu feliciter pugnabat in hostes. Demum cōmuni Marte aliquando inclinante hostibus victoria captus est, & in arcem Falkenberg reclusus. Id molestissimum fuit omnibus Christiani nominis viris, & in primis fratribus Teuthonicæ domus per Prussia. Quocirca expeditione quāta potuit maxima facta ducūt in hostem, obsidentq; arcem qua ille captus teneretur, pugnātes, nec deficientes, quoad illam plurimo labore expugnarēt: & tum in libertatem captum ducem reduxerunt. Ille tamen (militari ritu) se non est liberum arbitratus, priusquam eius qui illum cepisset, manu laxaretur. Hoc procurātes fratres memorati, laxatum cum honestate dimiserūt. Pragæ interim in Bohemia Iudæi ipso sacro die Paschæ expediti sunt, cæsiq; à Christianis ad internecionem, quū adhuc illa vrbs ferueret plena Christi religione, necdū perducta ad superstitionem sectam Hussitarum: quæ, dissimulāte Deo, vīq; nūc in ea obscurat, ita vt Christi corpus & sanguinē pueris & dementibus tribuant, inherentes (vt solent Iudæi) literæ dicenti, Nisi māducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, & cetera. Sed tum ibat Christi sacerdos sacram Eucharistiam deferēs, pro ritu Christiana-

Christiano, ad ægrotantem. Veniens autem ad propinquum vicum Iudæorum, pueri Hebræorum, nimirum blasphemis parentum instincti, sacerdotem luto lapidibusque insectantur. Iam tum sub ignauissimo rege, omnia dissimulante, nihil in ea vrbe videbatur illicitum. Indoluit plebs fidelis, quæ ex more sequebatur, irrogatam Christo & sacris eius contumeliam, repressis pueris, & cum contumelia abactis. Quumque adulti Iudæi pueros tuerentur, primūm rixa, deinde orta est seditio. Efferuescente autem Christiano populo in deuotionem recenter assumpti per sacram Paschæ diem corporis dominici, excandescunt in iram in Iudæos: & concursu ex omnibus ordinibus facto, immiscuere se plurimi literis studentes clerici: & scruientes in Iudæos, quicquid obuium fuit, prostrauerunt. Incensis autem domibus eorum, scēminæ cum paruulis se sua sponte iniecerunt incendio, ne probris Christianorum expositæ, ad extremum necarentur: illæ verò ab temporali igne gradum sibi strauerunt ad æternum.

BOLISLAVS rex Polonia (qui in paganismo dux Letuanorum, Jagail nomē habuit) tum iniquo ferens animo, Letuaniam suam à fratribus Teuthonicis assiduè bellis pessundari, sperans populum per aliam viam ad sacram Christi religionem perducere, tum arcem & oppidum Ville cōmunierat. Duxere eō magno molimine fratres Teuthonici, vt oppidum cum arce caperent. Omnem apparatus expugnandarum munitionū produxere, machinas, bombardas: & quicquid eius rei habuere, laboriosissimè intētabāt. Sed memoratus rex validum immiserat quatuor millium armis expeditorum præsidium militum: qui similibus freti ad defensionem rebus, peruicere, vt nulla tū insigni re peracta, infecto negotio fratres reducerent exercitū. Erat per id tempus magno bello implicata Brandenburgensis marchia. Nam Sigismundus rex, quum pulsus Vngaria, multis rebus ad recuperationem regni indigeret, eam accepta pecunia permisit marchionibus Morauia, Iodoco atque Procopio fratribus. Qui vbi audierant per tempora vacantis ducatus de Luneburgo mutatos limites ditionum, & in ipsius Marchionatus ditionem esse terminos prouectos, magno militum agmine descenderant, ad recuperanda quæ ad Marchiam ab olim pertinerent. Nonnulli militares, qui in annalibus ex nomine designantur, relictis dominis prioribus, ad marchiones transferunt. Datur & aliis pecunia principibus ex arca Morauorum, vt vel duces bello distinerēt, vel interim ab eorum se retraherent commilitio, quiescentes. Captæ aliquot arces, & vicissim damna sunt irrogata nō pauca. Sed marchiones sine magno fructu à cœpto destiterūt. Per idem tempus ciues Hamburgenses, non satis annuentibus de Luneburgo ducibus, Henrico & Bernardo, quum tamen militarium (quorum id solum in iure fuit) accederet voluntas, fortalitium erexere ad Albim, in locis palustribus australi ripa fluminis, non longè ab Horburg arce, nunc ducatus Luneburgensis: nam diu archiepiscopis Bremensibus seruiebat: Glinde smor loco nomen est. Præsidium verò nouum dixere Morborg, non magnæ munitionis fortalitium: quod magis ad speculam staret quàm ad præsidium, exilem etiam nunc fructum importans possessoribus.

IOHANNES de Stargardia dominus, filius erat Iohannis primi, cum Alberto fratris ducis Magnopolensis: qui in sortem suscepit terram Stargardia, retinens tamen titulum ducatus Magnopolensis. Tum magnis est annixus viribus, vt captum Albertum Sueciæ regem vinculis exueret. Tentabat primūm, vt regni proceres regi conciliaret: sed nihil profecit: armis agendū fuit. Ita iam pridem regina callidissima scēmina proceres sibi inclinavit, vt mallet scēminæ subesse quam regi: cepit eos fastidium quoddam Teuthonici principatus. Sola vrbs regni præcipua, Stockholm, emporiū terræ vnicū, in fide regis permanfit. Sed prima expeditione, quū nauigaret Iohannes, seua est exorta tempestas: quæ sub oculis cernentis quosdā suorum abripuit in profundum, alios compulit in portus hostiles, vt manibus eorū concedere cogentur: vix ipse ductor cū paucis cursum retro legens, in pacata peruenit. Sed anno sequenti idē Iohannes, expeditione iterū instituta, filios secum duxit in hostem, Iohannem & Vlricum. Aderant quanta poterant virtute, ciues Rostockenses & WisMarienses, pro rege natiuo principe suo: omni nisu contententes vt captiuitate rex laxaretur. Maris insulas, Bornholm & Gothlandiam, expositis in terram militibus populantur: & prædis conuectis in naues, iter cœptum continuant. Inde in Sueciam venientes, reperiunt ad urbem, quam solam in fide diximus remansisse, Danos iam obsidionem firmantes, duo è regione erexisse præsi-

dia. Aggressi alterum, facile expugnant: alterum verò firmioribus nixum radicibus, quòd in rupe extractum emerit, facile, si perseverassent, fame in deditioem perpulissent. Id veriti Dani qui inerant, colloquium deposcunt: treugas in sequentem annum constituunt, multa polliciti ad victi regis relaxationem. Credidit princeps, & ab oppugnatione destitit: in qua si perdurasset, facile peruenisset ad optata. Magnum erat rerum momentum in ea vrbe de toto regno. Sed quum nimis Iohannes ad reditum festinaret ante formidatas ex tempore tempestates, rem magno molimine ceptã, & magna momenta habituram, turpiter evanescere permisit. Interim vrbes Rostockium & Wismaria proclamationes faciunt in suis & vicinis locis, quotquot sorte propria nauigaturi sunt ad militiam in Danos, & prædas in tria regna facturi, portibus & vrbebus suis vtantur: vt malis vexati Dani cum Suecis, ad relaxationem capti regis inclinēt. Venit subito in condita gregariorum manus, missiq; in mare, excursiones plurimas fecere in Daniam & cætera regna. Sed semel permessa venia in hostes, facile homines sine lege viuentes abutuntur, sine discrimine obuios quosque in mari depradantes, neque ipsis memoratarum vrbeum ciuibus deferentes. Multa inde vrbebus prouenere incommoda, multæ ab exteris querimoniarum. Nonnullæ exitatæ ex illa radice in lite causæ, quæ per iuris strepitum agerentur apud Imperatorem, per multa mox sequuta tempora durauere. Sed prima fuere lucra duarum vrbeum ciuibus, qui merces vndeunque raptas, vili precio ab eius generis mercatoribus comparauere. Vitalianos se appellauere, qui non aliam ob causam bello se immiscerent alieno, quàm vt vitalibus alerentur: cõmeatum enim hoc nomine appellat. Qualis est etiam nostris temporibus peditum militia, qui venalem sanguinem per omnes circumferunt prouincias.

CAP. 26.

Lubicenses
mercium com-
modam veltu-
ram efficiunt.

Fossatum ciues Lubicensis per id tempus aggressi sunt agere, ex oppido Molne ad eum riuum quem Delmenow vocauerunt, excurrentem in Albim. Ducis Saxoniarum Erici consensus accessit, quòd eius commodo res inferitura videretur: ex Lubica per riuum Stekenissa, in Molne vsque prouentur merces, inde per dictum fossatum in Delmenow riuum, inde verò Albim transueherentur. Sali importando de Luneburgo plurimum ea res inferuit, & ponderosis mercaturis: quæ nulla festinatione, minore autem æris impensione, hoc itinere, per riuos quàm per currus deuehuntur, longo quidem circuitu, sed sumptu modico, ex Lubica in Hamburgum. Non considerauere per id tempus qui rei præfuerunt (aut certè dissimulanter transuerunt) quòd eo fossato tangerent terram Magnopolensem in quadam parte. Albertus enim Sueciæ rex, tum agebat cum filio in captiuitate. Iohannes Magnopolensis dux adulescentior, quòd suæ ditionis res non videretur, silentio pertransiuit. Sed post ea tempora, iam labore consummato, quum Albertus rex in terram illam è Suecia rediret, cerneretq; sibi præiudicatum, non dissimulauit: sed literis & nunciis rem agebat, vt quia sine nutu suam terram contrectabant fodientes, velut constituturi sibi in alieno seruitutem, eoque vterentur itinere: dedit optionem, vt aut redigerent in pristinam formam, aut pro illius interesse constituerent quod æquum videretur. Ciues quum se nihil in eius præiudicium egisse contenderent, neque terram eius fodisse, sed solum, quod ad ducem pertineret Saxoniarum, contrectassent: neque tamen rex conquiesceret, sed armis ius suum exequuturum se ostenderet: defensionem suæ aliquot gregariorum militum ciues inuocauerunt. Nihil tamē vel hinc vel inde armis attentatur, sed vanis inuicem minis se diu terrerunt: & quanto minori poterat princeps ille placari, quum interim stipendiis impensis alerentur in vrbe gregarii. Et tamen interueniente bonorum virorum consilio, res eò concessit, vt post multos sumptus in eam causam factos, regi constitueretur quo ille quietus esset. Sed hæc suo tempore: nunc ad nostra redeamus.

CAP. 27.

Sigismundus
Turcos bello
laccissitos in
Vngariam ad-
ducit.

Sigismundus per ea tempora, rex Vngariæ, quum iam quietus domesticis malis compressis ageret, in perfidos Christiani nominis hostes Turcos couertitur, vocatis in societatem belli Iodoco atq; Procopio propinquis suis, Morauie principibus. Et quoniam inexpectatus in hostica mouit, nullum reperit hostium agmen ex aduerso, quod se illi in pugnam obiiceret. Igitur transmisso Danubio terram omnem vastabundus peruat: infinitam prædam conuectans, victor exercitum reducit onustum. Vix ille exercitum suum dimisit, & ecce Turci Tartaros in communionem expeditionis assumptos secum trahunt in Vngariam. Quæ pridem in suo passu sunt Turci, in hostico tum exer-

cent

cent solo, maiora Vngaris damna atque discrimina irrogantes, quàm pridem ab illis suscepissent. Valuit ea diu diuersitas. Sed tamen Sigismundus, sepe renouata in hostes expeditione, eò rem perpulit, vt suis finibus contenti abstinerent alienis: quiescentes per tempora quibus ille soli Vngariæ præsideret. Quum autem maioribus rebus teneretur implicitus, Bohemiæ & Romanorum regno iam districtus, audaciã resumpserit: quod suis per ordinem temporibus recēbimus. Sed vt de Vngaria, ita quoque de sua illi fuit Bohemia laborandum. Per omnia quidem fortunæ ludibria variè iactatus, sed tamen victor animo semper euasit. Quum Vngariæ proceres, qui contra se senserant, morte multasset, periissentque per eam occasionem decem & octo ex nobilitate primarii, euenit vt regina quoque Maria fato fungeretur: quæ sola videbatur obstare multorum conatibus. Tum verò captus rex, & in custodiam datus mulieri, cuius inter cæteros maritus periisset: donec decernerent qua illum morte perderent. Ibi tum regi profuit facundia linguæ & placidi sermonis eloquium, vt suaderet scemine vincula sua laxare: quod illa non distulit. Ita regno redditus est. Deinde nihil minus de Bohemia sua laborauit: fratrem Wentzlaum cepit & abduxit. Sed ille quoque vinculis elabatur, malè seruatus in Vienna Austria. Pluribus præliis confligit, parum ad victoriam fortunatus. Non enim responderat animus virtuti, corporis dignitati, viri fortuna: quæ in magnis præliis sæpe illum destituit.

Sigismundus
à suis Vnga-
ris in vincula
coniectur.

ERAT annus à nato Christo nonagesimus secundus, post mille trecentos, quum Iohannes archiepiscopus Rigenis graui mole vrgeretur à fratribus domus Teuthonicæ per Liouoniã: hoc solum molientes, vt ordinem diuæ Mariæ, quæ gerunt, in se ille & in ecclesiam suã defumeret. Quumq; nulla vi perelli potuisset, nec tamen quiete sibi futuram à memoratis pressuris cerneret aut speraret, ingressus nauim, Lubicam petiit, anno integro ibi demoratus. Quumq; nihil pacatū illi ex sua prouincia renunciaretur, contendit in Bohemiam, Romanorum regem aduersus ordinem implorare, vt laboranti à fratribus ecclesiæ ferret opem. Vbi peruenit, effecit per amicos, quos in regis curia aut reperit, aut sibi comparauit, vt primum bona omnia fratrum & totius ordinis in Bohemiã ad firmam ponerentur: vt eo incommodo cõmoniti fratres, ad æquas cum ecclesia conditiones descenderent. Misitq; rex litteras summo pontifici, exhortatus, vt ecclesiam & archiepiscopum eius à pressuris fratrum suo gladio tueretur. Non quiescere fratres, quominus & ipsi oratores mitterent ad summum pontificem, ostensuros quid cõmodi, quantum salutis in eo constitutum esset, si Rigenis ecclesia, quæ metropolitana sit, sacri ordinis veste decoraretur. Tum vnã futuram per omnem eam prouinciã manū, quæ nunc sparsa sit: cui neq; Russi neq; Letuani hostes nocere possent. Nunc sua quisque via ducens, nec vnum terra sentiens, facilem præberet hostibus aditum, aleret discordiam, augeter audaciam in circuitu nationum, vt in ecclesiã Christi perinde fidentiores confurgerent. Tam verò tum est causa apud summum pontificem exornata amplificataq; vt Iohanni archiepiscopo de alia non minori ecclesia prospiceret, constituens eum nouæ gentis Letuanorum patriarcham: Rigenis autem ecclesiæ præficeret hominem iam sacri ordinis participem. Tempore ex illo ecclesia cum suo pontifice sub ordinem venit. Erant tamē exinde aliquot pontifices & prælati, qui ordinem sumere detrectarent: sed nostris temporibus plena est absorpta ordinis Imperio ecclesia. Iam quod erat archiepiscopi, maioritatem in omni terra præferre, prouenit magistro. Magni quidem nominis umbra seruatur ecclesiæ & archiepiscopo: sed res tota cum imperio concessit in ordinem, in personam magistri. Gymnasium, siue palladium seu publicam dixeris academiã, tum firmatur in Erphordia, vrbe Turingiæ præcipua, & per 1x. Bonifacium priuilegio theologicæ facultatis adornatur: quum antea aliquandiu sine illa constitisset, quòd vererentur pontifices hæresum nouarum pullulare venena.

CAP. 28.

I 39 2.
Quis ex vñ-
riis in Ecclesia
ordinibus ec-
cogitatis frã-
ctus redent.

FRATERNO tum bello marchiones Morauie sunt conflictati. Fratres ipsos duo alii fratres germani, maioris potentia, & firmanunt & animarunt. Nam Iodocum ad arma roborabat Sigismundus rex Vngariæ, Procopio verò aderat Wentzlaus rex Bohemiæ & Romanorum. Nunquam acriora sunt odia, quàm vbi fratres certant de pari imperio. Facit & accendit odia parilitas natalium, & perinde excrecens in alterutrum contemptus. Lacerata perinde Morauia, incensæ domus & arces. Sensere vicinum incendiū adiacentes prouinciæ: detonabant, donec ambo malorum fessi, fratres se esse ger-

CAP. 29.

Bellum inter
fratres.

manos, recordarentur. Per quam ætatem ciues Sundenses (ad mare supra Rugiam noua vrbe habitant) quum ad se nihil pertinente bello implicari tentarentur à vicinis, ipsique per mare Vitaliani grassantes, ciues eius vrbis in mari crebrius adortos depraedarentur: sumpta audacia, nauim bellicis apparatus instructam, impositis viris nauticis armauerunt, & in communes omnium prædones emisere Vitalianos. Conseruere in mari manus: & ipsi Sundenses effecti superiores, nauim vnam gregariis plenam ceperunt, inq; vrbe suam protraxerunt. Non sunt inuenti carceres, quibus ea multitudo includeretur: didicerunt ab ipsis gregariis, quomodo solerent captos includere mercatores. Vasa quæ potui aptata sunt, & deinde mercibus etiam cæteris includendis (tonnas vocant) vna extremitate ad capacitatem humani capitis emittendi perforarunt: extante capite singulos singulis incluserunt, ita compositis in ordinem vasis, quum altera super alteram ex ordine componerent: donec publico iudicio condemnatos, extra vrbe productos, gladio ceciderunt. Quo tempore maxima mortalitas vrbes Wandalia finitimas (quas maritimas vocant) sine exemplo peruasit. Numerata sunt Lubicæ hominũ capita octo & decem millia, numerus exercitui idoneus.

Noua de captiuis supplicii forma.

CAP. 30.

WENTZLAUS Bohemiæ & Romanorum rex, quum socordiam suam nõ egressus, ad curam reipublicæ Romanæ non intenderet animum, proceres etiam Bohemiæ pertæsi ignauitæ eius & leuitatum sine modo, captum aliquando (quod diximus) reuerunt in arce Pragensi. Non enim incuria sola regno tulit incommoda: accessit grauis rerum iactura: vt nihil dignũ regẽ esset in homine. Iohannes frater eius, dux de Gorlitze, fratris dolens iniuriam, contraxit exercitũ: perurgebat proceres, & præcipuè ciues Pragenses, vt captũ apud se regẽ relaxarent: aliquanto melius consulturus rebus, si Wentzlaos in vinculis manente, ipse regni subisset gubernacula. Sed præualuit in eo respectus regii nominis, indignumq; visum est facinus, regem ita à subditis coartari: quibus ipse ad iuga cogẽdis natus esset. Quo tempore ciuitas præcipua regni Sueciæ Stockholm, vel sola in fide capti regis permanens, fame vrgebatur, obsidionem passa Danorum instiuto: quod neque mari neque terra illi quicquam posset importari. Ciues Rostockenses & Wisuarienses, pro rege laxando multa (vt par erat) contendentes, octo frugibus & rebus ad victum necessariis naues onerarunt, præposueruntq; ex suis gregariis manum validam. Enauigantes autem sub brumam, ipso gelu comprehẽsi in portu, glacie stringebantur: vt Dani expugnandis intenderẽt. Sed qui præerant nauibus stratagemata multa excogitantes (quæ in Suecia scripsimus) sese à Danis continuerunt: perfecereque, vt laxato frigore naues incolumes perducerent in portum optatum: recrearuntque fame laborantes. Propulere autem paulo ante hoc tempus ciues Sundenses senatũ suum, quod vulgi clamoribus vanis & postulationibus iniquis non cederet. Sed iam saniores in sensum redacti, recepere propulso: & qui supererant, cum honore reductos in suam restituerunt sedem. Erat vir primarius, qui consulatũ diu fœliciter gerebat, & iam diuturno fractus exilio, mortem obierat. Eum extumulatum cognati in sedem cõsularem reduxere: id honori tribuentes familiæ, vt innoxie pulsus, cum honore reductus omnium oculis cerneretur. Habuere tum iidem ciues grauissimas cum quibusdam militariibus similtates, quod insimularent eos fauoris in publicorũ itinerum latrones. Educen-tes igitur ciues memorati cum vicinis Griepswaldensibus, arcem Gutzkow obsessam ab hostibus suis, obsidione liberare constituerunt. Congressione facta cum obsidentibus, illos vertunt in fugam, aliquot ex illis cæsis. Qui profugerant, iterum socia arma cõtrahentes, iumenta non diu post Sundensium abegerunt. Sequuti ciues, quum eos medio deprehendissent itinere, manus contulere: ductorem eius agminis capiẽtes, secum victum abduxere. Qui quum hostilia aduersus illos hostili de more militatiter egisset, ciuili, non criminali iudicio subiiciendus credebatur. Erat autẽ tantæ dissensionis infomes, quod captos nuper in mari quosdã ex cognatis suis, qui iusto bello in hostes militassent, velut publicos prædones gladio publici iudicii perdidissent. Sed quoniam militares viri, dum in hostes vadunt, multos sibi hostes armorum licentia constituunt, quibus hostilia non denunciauerunt: fit vt à ciuibus intercepti, non iure militari, sed plebeio, inter prædones capti, cum prædonibus pereunt iudicati.

Diuturna Danorum obsidio.

Mortuus è tumulo extrahitur in senato-ria sede locatur.

Bello capti, prædonum instar supplicio afficiuntur.

CAP. 31.

MARCHIA Brandenburgensis iterum per hæc tempora innouauit principes suos. Peruenerat feudi iure ad regem Romanorum Ludouicũ, per mortem Waldemari decedentis

cedentis sine prole. Ille permisit Ludouico filio, & ille fratri Romulo: vnde peruenit ad Ottonem quendam: qui illum principatum vili licitatus, vendidit Imperatori Karolo. Ille eum permisit filio Sigismũdo: à quo peruenit ad Iodocum Morauie marchionem. Hic iam eius dominio exaturatus, tradidit illũ (vt ferunt) in pignus Wilhelmo Misnẽsi marchioni, acceptis ab eo quadraginta millibus sexagenarum ex grossis Bohemiæ. Sed Sigismundus posteaquam ad Romanum peruenit imperium, eam vel ære redemptam, vel quouis iure reuocatã, permisit Friderico Burgrauio Nurenburgensi: quod suo tempore dicitur. Nunc illud sumus cõmonendi, Iodocum illum Morauie principem, etiam aliquando Romanorum esse regem consalutatum. Nam sæpe ab amicis commonitum, à principibus stimulatũ Wentzlaum, quum nulla superesset spes reparandi & ad sanam mentem redigendi, principes electores Francfordiæ congregati, solenni decreto exauthoratum regno destituerunt. Et cum de nouo creando non satis inter eos conueniret, archiepiscopi Moguntinus & Coloniensis Iodocum Morauie marchionẽ prætulerunt: alii Sigismundum Vngarię regem, Wentzlaum germanum fratrem, extulerunt. Sed ea tum res non alium exitum habuit. Audiuit Wentzlaus quid de se & Iodoco propinquo suo actum esset: & euocatum Iodocum vbi in penitiora perduxit, his interpellat verbis: Et si satis (inquit) scio non esse è dignitate mea quod in me ferunt electores peregrisse, leuat tamen iustum hunc dolorem meum, quod familiam nostram nõ egressi, tibi illum honorem vicissim detulerunt: qui tibi fœlix proueniat. Nam non est mortaliũ quicquam, cui malim illum prouenisse. Iodocus, qui necdum electionis decretum (vt pote imperfectum) accepisset, omnium ignarus, malè sibi timuit ab Wentzlaos, homine vario & vafro: quæ vitia cum ignauia permixta fuere. Procidit ad genua regis, quam sanctè iurans, nihil se eius rei vel egisse cum quoquam, vel antè sensisse. Orat ne quid illi tale impuretur, quod an omnino fuerit, an quomodo factum sit, penitus ignoret. Ille refert, Pone metum mi Iodoco: nam neque Imperium inuitus depono, neq; si illud retinere cuperem, iura in te sanguinis violarem: bono sis animo, Imperiumq; tibi mãdatum alacris suscipe: mihi mea satis est Bohemia. Viris, armis, opibus regni mei, tanquam tui, perinde vttere. Lætumque ac donatum à se dimisit. At ille sex tantum menses postea superuixit, in Brunna vrbe Morauie specie regis tumultatus.

Marchionum Brandenburgensium varia series.

Wentzlaus rex ob ignauitiam deponitur.

BVGS LAUS dux Wolgastensis, eo tempore, quum opportuno loco portum & finum deprehendisset in littore suo, cœpit erigere munitionem, quam fossatis vallibus firmavit: meditatũs aliquãdo loci opportunitate naues de mari receptas, facillè aduocare mercatores, qui nouã eo loco vrbe molirentur. Id conspicati Rostockenses, & (quod res erat) facillè conuicentes, magno vrbi suæ futurum præiudicio: cum apparatu bellico egressi, omnia fossata repleuere: erectum præsidium solo æquauere, vt nõ vestigium appareret cœptarũ ibi munitionum: testati omnia se perpeffuros, priusquã noua ibi molitionis denuo iaci fundamenta paterentur. Tulit eam rem princeps perquã indignè: sed quando maioribus implicandus videretur de incerto laboraturus, prudẽter dissimulauit, antiquauitq; ex causis pristinũ institutum. Erat tum annus à Christo nato nonagesimus quintus post mille trecentos, à captiuitate regis Sueciæ Alberti iam septimus, quũ de eius relaxatione multa variis locis placita haberentur. Tandem interuentu septẽ vrbiũ, Lubicę, Sundensis, Griepswaldensis, Gdanensis, Turrianæ, Elbingensis, & Reualia: quæ se vades in hanc rem interposuere, spondentes, vt rex laxatus intra trienniũ reginæ voluntatem expleret, de sua filiiq; ac concaptiuorum redemptione: aut vrbes sexaginta millia marcarum argenti persolueret: aut (quod tertium fuit) vrbe Stockholm cum pertinentiis suis, in manus reginæ consignarent. Prospexere iam sibi ciuitates memoratæ, vt sigillo regis ac filii eius litteræ signarentur: quibus memorata vrbs Stockholm, in omnem euentum in arbitrio esset & manu ciuitatum, suam pro rege fidem obstringentium. In eas conditiones rex cum filio & cõcaptiuis laxatus, proficiscitur in suã Magnopolim, non satis æqua mercede muneratus, pro tanto labore administrati regni per tempus non paruũ. Tum verò Vitaliani milites in mari digrassati, quum intelligerent de pace rem esse penè perfectam, videbant regno suo & libertati finem iam imminere. Idcirco futuris consulẽtes temporibus, prædam ex Norwagia facere maturabãt, nauigantes in emporium Bergenfe: quod in Norwagia scripsimus. Cecidit per id tẽpus circa Assumptionẽ diuæ Marię grando, humanæ faciei præferẽs imaginẽ: quod prodigi-

CAP. 32.
Bugslai inchoatum opus Rostockenses deliiciunt.

1395.
Albertus rex liberatur.

Grãdo medio Augusto prodigiosa.

gii habuere loco qui superstitiones persequuntur. Discreuere in glacie faciē viri ac mulieris: barbati virorum, foeminarum verò crispantibus inuoluta peplis imago, in grādi-
ne cernebatur. Fidem fecere viri probati, qui manibus tenere mirantes.

CAP. 33. ALBERTVS Sueciæ rex, dux Magnopolensis, per absentiam suam, quum esset in regno, disturbata multa vidit: quæ vel in ipso principatus corpore, vel in propinquis dominiis erāt in deterius prolapsa. Qua de re conuenit in oppido Parlberge Wilhelmum Misnensem, iam Brandenburgensem Marchionem: colloquiumq; fuit inter eos de rebus ad pacem pertinentibus. Affuere vrbium Wandalicarum oratores, idem agentes. Conuenitq; inter omnes, vt pax vbiq; publica vigeret, itinera omnia securarentur, comuni odio insectati ab omnibus prædones, darēt improbitatis suæ iustas pœnas. Et iam

Bacchanaliæ nomen Christianis usurpauit, quæ celebrare non pudet.
in dies Bacchanales, siue Saturnales malimus appellare (carnispruium vulgus appellat) Albertus rex, coniuge dudum viduatus, secūdis sibi, Ericoque filio (quondam captiuo) primis nuptiis consulturus, celebrem vicinis principibus in Zwerino conuentum indixit, euocauitq; honoris gratia quam plurimos. Conuenere frequētes: accepitq; coniugem dominam Elizabeth, viduam, sororem ducum de Luneburgo, Hērici & Bernardi. Filio autem dedit filiam Bugslai ducis de Wolgasto. Aderant principes ac dominæ, regales nuptias mirificè honestantes: & iam omnibus ex condigno peractis, rediit in sua quisq;. Vxores ducum de Luneburgo introierunt oppidū Vltzen. Euestigio Henricus quoque dux Luneburgensis (ne quis vel minimum suspicaretur) ingreditur post illas, primores oppidi euocās in prætorium: & instituto cum illis sermone, suis post pau-

Luneburgensis cum ciuitatibus bellū gerit.
lo insinuat vt morentur, nec abire sinant præsentis, quoad iusserit. Ipse cum expeditis portam vrbis cœpit in castellare, communireq; fossatis & vallis, in morem castelli: & imposito præsidio, iussit quemq; in domum suam descendere. Ipse mox Winsen petēs, firmavit omnes naues sale onustas: omnibusque per agros præcepit, ne quid adueherent deueherentque Luneburgensibus, pœna capitis constituta in cōtumaces. Statuit enim perdomare oppidum Luneburgum, sibi (vt putabatur) minus audiens & effræne. Ostia fluminis Delmenow, immisissis grādibus saxi fecit intransibilia. Interim Lubicensis & Hamburgensis, vicinum Luneburgi oppidum non deserendum arbitrati, quum hostilia ducibus ex more nunciassent, Hamburgenses obsedere arcem Horburg, instantissimè oppugnantes. Interim tamen communibus vtriusq; vrbis, Lubicæ & Hamburgi, viribus, obstructo per ducem flumini, fodientes, aliū & commodiorem exitum in Albim aperuere: vnde frustratus ducis conatus videretur. Obsidionem autem arcis memoratæ non satis constanter Hamburgenses (vt ferunt) fecere: sed eam quum diuturnā prospicerent, deferentes, laxantēque ad conuehendā prædam excurrerunt: identidē fecere Luneburgenses. Quarum rerum fastidio duces ipsos ad pacem inclinauere: factæque sunt treugæ triennales, si fortè intra id tempus omnia sopiantur.

CAP. 34. ERICVS Alberti Sueciæ regis filius, spes vnica regni (quòd de sanguine regum illorum per matrem patremq; prodiret) non diu post initas nuptias, quum in Gothlandia (quæ adhuc Alberto patri parebat) ageret, diem clausit extremum. Visus est tum rex animo recuperandi regni concidisse, iā vetulus, iam laborū pertæsus. Margareta regina, ad 40 eum nunciū defuncti Erici erecta, nihil intermisit quod ad firmandos in fide regni proceres pertineret. Quo etiam tempore, quum dominus Iohannes de Sinten, quondā Rigensis episcopus, tum patriarcha Letuanix, diem suū obiisset: canonici sex, qui propter ordinis suscepti grauamen ab ecclesia exularunt, eūdem Iohannem suum archiepiscopum reputātes, tuncq; primū ecclesiam vacasse arbitrati: nouam electionem fecere. Sed nihil ea profuit molitio: summo pontifice pridem suā autoritatē interponente ad eum confirmandū, qui in ordinem Teuthonicorū in sua persona ecclesiam redegisset. Circa quod tempus in Zwerinensi ecclesia, non mediocris erat tumultus. Rodolphus enim episcopus, dominorū de Stargardia frater, à capitulo suo, omni administrationis honore in temporalibus & spiritualibus destituitur, arce ecclesiæ Butzow exiit: sola illi curia permittitur in Zwerino, præbēdali portione illū munerantes, & nihil præterea permiserunt. Qui ei rei præerat, ex canonicis vnus, ab Alberto rege capitur, carceri mācipatur: & iam seuerius in eum aliquid cogitabatur, quasi domini sui proditorem. Sed ille foelici fato vinculis vtcunq; elabatur, euanescebat ex omnium oculis. Interim fratres destituti pontificis, ex vna, & Ericus dux inferioris Saxonix, & Albertus comes Holsatiæ dio-

fatix diocesim ingressi, omnia canonicorum prædia vastāt, diripiunt, incendunt, abdu-
ctis etiam colonis. Ea merces fuit præcipitis in pontificem consilii. Principum enim fi-
lij, vtroq; gladio pugnantes, sunt cæteris formidabiliores: nec impune tanguntur. Nemo
tamen dubitat, magnas tum perpulisse causas capitulum in illud consilium.

GREGARIJ interim milites qui se Vitalianos dixere, iam nauigationibus affueti, CAP. 35.
& prædis in mari opulenti, quum iam pax reddita orientali mari non eos pateretur: in
oceanum Britannicū dilapsi, Phrisiæ latera pro domicilio habuere. Phrisij tum Hollan-
dinis infesti, eam gentem tum primū ad nauigandum ingressam oppugnauere. Inter
Phrisios capitaneus erat Hitzke Prouest, qui quatuor ad mare præsidia tenebat, prædo-
num receptacula, furū latibula, Brucke, Wimūde, Auribashou, & Margenhou: hoc
10 prætextu multi mercatores vrbium Wandalicarum, deq; cæteris Prussix & Liuoniæ
vrbibus nauigantes, direptiones sunt nauū atq; rerum perpeffi. Quam rem vrbes me-
moratæ (vt dignum erat) indignissimè pertulerunt. Capta est nauis de Reualia nauigās,
inæstimabilis precii merces deuehens, pellibus, cæra, cupro perquā onusta. Qui inerāt
mercatores, quum nossent vel soli rerum pretium, loquuti sunt prædonum magistris.
Istas, inquit, merces, iam vestras (quia distrahere vobis in animo est) hoc saltem nobis,
quondam earum dominis, permittite, vt à nobis accepto æquabili pretio, quod reliquū
est mercaturæ, nobis lucrum prouenire sinite. Visi sunt æquum postulare. Igitur octo
20 millia nabalorum (genus est grandioris ex auro numismatis per Angliam Franciamq;) Cum prædo-
nibus demissa
oratione agen-
dum.
constituuntur illis in pretium. Erat vix quinta iustæ æstimationis: & receperunt merces
illi suas, constituta pecunia ad eorum beneplacita. Sed quum ea res crebresceret, pertē-
deretq; ciuitates, euocati Lubicam cæterarū vrbium oratores de comunione. Wis-
marienses autem & Rostockenses, iam propter suos Vitalianos (qui omnī sine discrimine
merces, vndecunq; direptas, in ea loca deuehere) omnium odio laborabant, iam
alieni ab cæterarum vrbium societate. Decernitur in eo conuentu, quòd Lubicensis è
mari suo, & ciuitates Prussix ex oriente, maiores ad pugnam, communibus omnī im-
pensis instruerēt, mari latrocinis purgando, naues aut saltē suis incolumē præstare na-
uigationem. Ea res aliquandiu visa est profuisse: sed maioribus erat conatibus agēdum.

FRATRES Teuthonicæ domus per Prussiam, qui hæc enusterrestrem egerē mili-
30 tiam, nunc etiam experturi naualem, fecere expeditionem in Gothlandiā: quòd ciues
vrbium Prussix, qui tum ordini parebant, quererētur fieri crebras mari incursiones ab
Vitalianis, qui eam insulam ab rege Alberto tenebāt. Mortuo enim Erico filio, Alber-
tus rex (vt diximus) posthabuisse visus est regnum. Sed fratres tum expeditis nauibus ac
militibus, ingressi insulam, facile expulere gregarios: suisq; deinde iunxere ditionibus,
foelicitè redeunt, quum reliquissent ibi militum necessarium præsidium. Albertus au-
tem rex, vbi comperit, assumpsit de Rostockio Wismariaq; proconsules, viros marini
iuris non inscios: nauigauit in Prussiam: querebatur sui iuris captam insulam, eamque
sibi deposcens restitui: aut, si magno ibi ordinis commodo eam putabitur incolere, sol-
uant iustæ pretium æstimationis, & se illis permittente, suo sibi iure possideant seruēt-
40 que. Fratres autem prætenderūt, insulam à publicis hostibus infestam, quum iam in iure
regis non esset: seque ab illis iure gentium bello cepisse, & nunc iusto satis titulo pos-
sidentes: satis ibi magno tempore digrassatos Vitalianos, omnium detrimento nauigan-
tium. Quòd si rex illos eiecisset, eius paterentur esse dominio: nunc autē rege quiescente,
se illam ex manibus publicorum hostium cepisse, suo deinceps iure futuram. Bene
proinde regem facere, si quod iure belli quæsierint, id illos patiatur possidere. Rex præ-
ter verba nihil ab illis reportans, inanis rediit in sua. Germatius interea dux Wolgastensis,
ad mare habitans, iam etiam naues non paucas tenebat, acceptas à suis Sutidensibus.
Mare ingreditur, purgandi eius gratia creditum est: idq; omnes præferabant, eiiciendi
50 gratia grassantes Vitalianos. Sed illis non inuentis, quum milites frustra egredi non pate-
rentur, passim obuios habuere pro hostibus. Aggressi mercatorū naues, quas in Nord-
fund deprehenderant, capiunt, expoliant, aut (si minus) expredant. Sui iuris capta fa-
ciunt, & velut iustam prædam in sua ducere conituntur. Iam de suo reditu disponen-
tes, vident ad nauigare classē de Lubica, quæ Norwagiam peteret. Siue ergo illam in-
uaferint priores, siue ab eis in suspicionē prædatorum venerint (facile enim agniti sunt
non esse mercatores) & ita à Lubicensibus sint inuasi, incertum est: hoc tamen certū est

contulisse inuicem manus. Sed multis antè cæsis, Wolgastenses dissipatæ sunt naues, & ventis disiecta classis. Quædam in Norwagiam dispulsa, difficilem habuere regressum: alia in Phrisiam dilapsa: dimissis ibi nauibus, pedites qui inerant, redierunt. Vna de maioribus in Daniam appulsa, octuaginta uehebat satellites. Eam manū capi iussit regina, publicoq; cædi gladio, sciens cui institerint nauigantes quæstui. Ita palam illa fecit, quo iure quòve animo ea classis in mari fuerit. Iam impleri cœperat triennium, quo rex Albertus, reginæ arbitrato, de sua captiuitate exiret eiq; satisfaceret. Igitur septem vrbes quæ fidem interposuere, regem ad eunt: optionem ex tribus faciunt quid malit, aut in captiuitatem redire, aut sexaginta argenti marcarum millia numerare, aut urbem Stockholm & perinde regnum dimittere. Nō erat obscurum quid eligeret, iam filio mortuo, 10 ipse grandæuus & laborum pertæsus. Itaq; minimo se laxans, urbem reginæ permisit, quum reliqua regni iam illa teneret. Ita est regno ad plenum absolutus.

CAP. 37. Iam Letuania labore bellorum plurimo à Christianis fatigata, nihil intermittentibus domus Teuthonicæ fratribus per Prussiam atq; Liuoniam, annitente præsertim rege Polonia, iam Christiano, eadem origine (vt diximus) ex Letuania progenito: quum Vitoldus dux Letuanorum, memorati regis fratruelis, iam Christi baptisate Alexandri nomen accepisset, generalis ad omnes propinquas, Christianæ pietatis compotes prouincias, nunciatur pax & tranquillitas. Conuenitq; inter omnes, vt quas arces memorati fratres bello occupassent in terra, iure perpetuo tenerent, cōmunibusq; armis adessent Alexandro, ad eas quæ superessent perdomandas. Quumq; anno tum proximo (qui erat à Christo nato post mille trecentos nonagesimus nonus) ingens rigor brumæ & à multo tempore incōpertum frigus esset, vt à Lubica Sundis, & inde in Daniam pedestri perueniretur itinere: fratres domus Teuthonicæ, per Liuoniam naçti viam, per paludes (quæ alias essent intrāsibiles) duxere in Samagethas: Massagetharum id genus ab olim arbitror. Quindecim millibus suorum eductis terrā ingrediuntur hostilem, obuios omnes diripientes: qui se defensionem parauerant, sternentes obuios, quatuor ex his millia perdidit: prædam ingentem abduxerunt. Fratres quoque ex Prussia, alia parte ingressi, sibi oppositis finibus vastitatem intulerunt. Conuenerat enim inter eos, vt medios amborum inuaderent barbaros: vt malo perdomiti, Christianismum (quando alia non erat via) cogerentur amplecti. Indocile enim barbarorū genus, nisi per arma 30 ad iuga Christi cogi vel pertrahi vel inuitari non potuit. Nimirum magnus est amor paternarum traditionum. Nam & Itali diu pertinaces erant, hominum genus (vt sibi videntur) omnium ciuilius & honestius: quanta millia martyrum perdidit priusquam Christo crederent?

CAP. 38. ALBERTVS iam inani titulo rex Sueciæ, dux Magnopolensis, cōuentum celebrem habuit (quod anticipando attigimus) in oppido Perleberg, cum Wilhelmo Misnæ & iam Brandenburgensi marchione. Is enim data pecunia, pro rei magnitudine non magna, coemit à Iodoco Morauicæ principe hūc Brandenburgensem Marchionatum. Sed quum interea vacaret (vt asserunt) imperio ducatus superioris Saxonie, Sigismundus Imperator illum permisit Wilhelmo Misnensi, ea lege, vt ille vicissim dimitteret 40 marchiam Brandenburgensem: quam dictus Imperator tum contulit Friderico Nurenbergensi Burggraui. Nunc verò Wilhelmus cum Alberto rege, in oppido memorato, hoc egit, vt interdicerentur arcerenturq; quæ multa fiebant ex Marchia, præcipue Prignissa, latrocinia in viis publicis. Firmauerunt autem inter se principes, omni conatu persequendos prædones. Dum ea potissimum geruntur, improborum manus, quæ in Lentze, oppido veteris marchie ad Albim, recepta est, egreditur: & munitionem, quam Albertus rex in suo loco aduersus illos erexit, deiiciunt, vastantq; in circuitu omnia. Indignati principes quod per contemptum ista suum fieri interpretarentur, misere qui oppidum Lentze cum arce expugnarēt, captosq; in ea latrones suspendio perderent: nec fecius ac mandatum, est peractum. Ita dignum moribus & factis exitum inuenerunt. Quo tempore penè continuato, duæ Ludouici Vngariæ regis filie, altera Polonia, altera Vngariæ reginæ, in Domino obdormierunt: quæ maritis dotem ingentem, singula regna, attulerunt. Sigismundus Barbaram Cicilæ comitis filiam accepit in secunda vota: quæ ei peperit filiam solā Elizabeth, spem regni: quā postea accepit Albertus dux Austriæ, per eam factus regnorū Vngariæ & Bohemie successor, & sua virtute 50 prouectus

Tota Suecia
Dania regno
accedit.

CAP. 37.
Teuthonicorū
in Samogithia
expeditio.

1399.

At quibus
quo armis
coacti sunt?

Principū ad-
uersus latro-
nes bellum.

Sigismundus
ad secunda
vota.

prouectus ad Imperiū: quod suo tempore dicemus. Bolislaus autè ex secunda coniuge sustulit filios, Casimirū, qui ad nostra tempora regnās peruenit: & Ladislaum, qui cū titulo Vngariæ periit, magno prælio oppressus à Turcis: quod suo tēpore nō transibitur.

ALEXANDER dux Letuanorū, pridem dictus Vitoldus, vir armis innutritus, & qui iam Christianus, illam acrimoniam ostendere cupiebat pro Christo, quam quondam prætenderat contra ipsum: magno suorū agmine duxit in Tartaros, Christianitatis vsq; hodie expertes. Fertur equitum peditumq; plusquam cētum millia eduxisse. Obuiam illi progressi Tartari, manus cum illo conferuerunt. Prima illi prospera pugna fuit: magna enim hostium strage peracta, victor in campo stetit, hostibus fugatis. Deinde renouato per aliam vicem prælio, quum fortiter vtrinq; præliantibus cecidissent multi, sed incomparabiliter maior erat strages Tartarorum: feruntur trecenta millia Tartarorum duobus præliis concisa. Tertio quoq; manum conferre ausus Alexander, non eadem prosperitate fuit: nam conglobati Tartari, aliquando se vindicauere. Fusus exercitus Alexandri, cæsiq; ad internecionem penè omnes: vix ipse octauus euasit, versam in se expertus fortunam. In Wandalia verò etsi satis iam videretur factū, capto oppido Lentze cum arce, supererant prædantiū reliquiæ in vicinis arcibus, Wustrow, Mesekow, Mankemoesz, Kummerlofz: tartarea & latrociniis digna nomina, quæ ex veteri Wandalico remanserunt vocabula. Sed Albertus rex in societatem eius expeditionis Laurentium Wandaliæ principem euocauit: armaq; illi iungentes, obsident, oppugnant, & euertunt illa latibula. Qui verò inerant, quum diffiderent, non expectandum rati, abierunt. Illi iniecto igne concremarunt, soloq; æquarunt. Veniant interea Wisnariam nuncii fratrum domus Teuthonicæ ex Prussia, afferentes pecuniam, quam Alberto regi pro Gothlandia offerebant. Mutauere enim ex tempore sententiam: vel minis vel amicorum consiliis instructi, bellum redemerunt. Satis illis visum est esse laboris aduersus infideles luctari, vt Christianis principibus fruerentur adiutoribus. Ille accepta pecunia, remisit illis omne suum quod illi esset in insula.

Quo tempore urbium Wandalicarum oratores nauigarunt in Daniā, contuenientes reginam Margaretam, iam tribus regnis imperantem (quam adorti sunt reperientes in Zelandia) vt apud illam transigerent, & repararent quæ diuturno bello infracta fuerent mercatorum in regnis priuilegia. Tum verò conuenit, vt antiquata memoria veteris simultatis, urbium mercatores in regnis ad veterem reponerentur vsus immunitatum, quodq; communi odio insectarentur qui supererant piratas ex Vitalianis. Aderant tunc Rostockenses & Wisnarienses, qui pro suo principe zelantes, magnis incommodis affecerāt regnorum habitatores. Sed tum reconciliati regine, cum aliis meruerant admitti ad vsus veterem libertatum. Per quæ tempora Vlricus & Iohannes, Stargardiæ principes, Iohannis I. ducis Magnopolensis filij, duces & ipsi Magnopolentes, Stargardiæ dominatu contenti, assiduo bello ad latera marchie detonabant, vexantes vexatiq;. Est oppidum Prinslauiia, cuius ciues ad arma satis prompti, prouocauere sapius vicinos quam ipsi excitarentur. Quocirca principes memorati expedito suorū agmine duxerunt in illos. Sed veteri vsi stratagemate, ad fallendos vrbicos præcipientes, pauci se ostendunt, qui pecora abigerent, maiori agmine ad insidias collocato. Ciues vbi abacta pecora audiunt, non ferentes iniuriam, mutuo se hortantur hostes insequi, vt recepta præda etiam prædatores inuadant: facile se illis numero & virtute sperant superiores, coniectato numero, quem oculis illi cernebant. Effunduntur portis, hostem insequentes. Illi non multum properarunt, expectantes vt cæteri effusius sequantur ex oppido: ita protraxere ad locum insidiarum. Inde exorti qui latuere, oppidanos inuadunt, ad vnum capiunt omnes: mox homagium ab ipsis sumunt in agro, cumq; illis ingrediuntur oppidum. Ibi exactione per singula ciuium capita instituta, LX. millia sexagenarum de grossis Bohemie extorquent. Sed quoniam æs promptum non erat, obfides sumpserunt ex primoribus, quos ipsi delegerunt. Hic Iohannes ex vxore Wilheida, sorore Iagail & Stirgail, ducum Letuanie, genuit filium Iohānem, in quo stirps illa stetit. Nam frater eius Vlricus genuit Henricum, & is Vlricum: qui solis filiabus relictis, transmisit dominatum ad Magnopolenses. Audacem tum operā nauauit Baltasar dominus Wandaliæ, Laurentij filius, quum nescio quid causæ in ciues Lubicenses prætenderet. Nam cum expeditis militibus ingressus eorū claustra (præsidia sunt ad agros

CAP. 39.
Lituanii in
Tartaros ex-
peditio nō val-
de felix.

Teuthonici
Gothlandiam
emunt.

CAP. 40.
Oratores hæ-
se in Daniā,
ad pacem cum
regina incun-
dam.

Prinslauienses
insidias circū-
uenti, in ho-
stium potesta-
tem veniunt.

& immunitates urbium) pecora Lubicensium abegit: & ut maiori contemptui signum faceret, villam Wislo incendit: & nemine persequente, prædâ quo voluit abduxit. Cautiores tum fuere ciues, edocti priori periculo, ne in latentes (ut sæpe fit) tumultuariè egressi, inciderent insidias: alio tempore causam illam, cum Baltasar tractaturi: quod euenit. Is Baltasar fratres habuit Wilhelmum & Nicolaum: omnes sine prole moriuntur. Sed & Nicolaus fratruelis sine prole defecit: & transiit principatus ad duces Magnopolenses, in personam domini Henrici: qui pater erat Magni & Baltasar, ducum nostri temporis.

LIBRI NONI FINIS.

10

ALBERTI KRANTZII WANDALIÆ LIB. X.

CAP. I.

1400.

Wentzlaus
regno abdicat,
& Palatinus comes
sufficitur.



ANNVS erat à Christo nato MCCCC. quum iam principes electores incorrigibilem cernerent Wentzlaum Bohemiæ & suum regem, regno illum destituunt, sæpe commonitum à summis pontificibus, ab 20
ipsis electoribus, priuatim ab amicis. Incredibile memoratu est qua fuerit ignauia, quæ uelut uentris cura, qua leuitate, & ubi in ira excaudit, etiam qua crudelitate. Beluinam ferociam, & suillam inertiam, diuersis per tempora moribus præferbat. Ferunt inter proce-
res sæpe iactantem, si quando cum exercitu peteret Italiam, adessetq; urbi & agrorum vastationibus, edicto prouidendum nequis vino noceret, ne inuaderet: capitale futurum, si quis iniussu eius cellam vinariam inuaderet: cæteræ omnes res militibus ad prædam essent expositæ. Insignis nimirum & rege digna cura. Quum iam ciuitates Imperii nouare sacramenta nouo regi iuberentur, soli Nurenbergenses pertinaciter inhærebant
Wentzlaui, asserentes, se uiuente rege suo, nisi iussu eius, alteri non iuratos. Quumq; 30
grauius vrgerentur, misere oratores, qui super ea re sententiam & nutum regis acciperent: offerentes aureorum viginti millia, si illos absolueret. Ille cōtempso auro mox absoluit, iubēs ut optimi vini de Rheno (Bacharachense uocant) aliquot plaustra sibi mitterent. Ita summa illi de vino cura fuit. Hoc ergo rege per solennem sententiam destituito, principes electores, ommissa cōtrouersia quam de Sigismundo & Iodoco habuissent, concorditer Robertum Bauariæ ducem, comitem Palatinum Rheni ad Imperium prouehūt. Rex factus, coronatur ab Friderico Coloniensi archiepiscopo, ex more, Aquigrani. Sed coronam Imperij Romæ sumere non properauit, propter ecclesiæ schisma.

Hussitane
est initiū
& occasio.

Tum uero sub eodem Wentzlaui iam deposito, coaluit illa scdissima lues Hussitarum
per Pragam primū, inde diffusa per omne regnum. Quam Wentzlaus extinguere 40
in stirpe non curauit, fratri Sigismundo iam adultam reliquit: quæ necdum, permitte-
nte Deo, est extirpata. Initium eius simulas scholasticorum fuit. Nam quum Imperator Karolus publicum Pragæ gymnasium collocasset, idq; summa cura ad bonum modum prouexisset, quum esset Imperator (in tantis reipublicæ curis) maximo affectu deditus literis, aderat aliquando disputantibus in philosophia magistris: & captus altercationis dulcedine, permansit auscultans in quartam horam. Quum ab aulicis ad-
moneretur esse iam dudum cœnæ tempus, quod fastidio premerentur rixosarum disputationum, ille respondit, Vos cœnam quæritote: iste meus cibus, audire de literis, exuperat omne ciborum desyderium. In hoc gymnasio quum Teuthonici Bohemis præualuisse videbātur, indoluere Bohemi, quod ab aduenis autoritate in sua supera-
rentur vrbe. Ex quibus quidam, iam antea in Angliam studio literarum peregrinatus, 50
Oxonix incubuit literis: ubiq; Iohannis Wiclef, perniciosissimi hæretici, librum, qui inscribitur, De uniuersalibus rebus, comparauit: in quo de iure diuino, ecclesiastico & ciuili, deq; ecclesia & clero multa perfidissimè differuntur. Hunc uelut thesaurum Pragæ intulit, amicis solis communem fecit: & ex eo sumptis suæ perfidiæ argumentis Bohemi

Iohannis Wiclef scripta.

Bohemi Teuthones quotidie magis ac magis fatigarunt: impetraruntq; a Wentzlaui rege, moribus suis congruentissimo, ut in morem scholæ Parisiensis ea quoq; gubernetur. Quo impetrato Teuthones à gubernaculis excludere. Multæ interea cōtentiones, multa conuicia, & inter iuuenes aliquando homicidia fiebant, ad omnia dissimulante ignauissimo rege. Teuthones, ubi quid ageretur intellexerunt, iam apud nonnullos principes & prælatos rem detexerunt: locumq; sibi parauerunt, interposito iuramento super unanimitate. Supra duo millia vno die abierunt: trium dierum itinere pergentes, Lipsensem scholam iam impetrato priuilegio exerunt. Bohemi iam in vrbe sua soli (quod uoluerunt) manentes, uenena sua iam liberè, nullo reclamante, seu reclamare audete, dif-

Teuthones
stodiam
Pragæ
Lipsiam
migrant.

10 seminauerunt.

IOHANNES Hus in hac hæresi primus emicuit, vir obscuro loco natus, ex villa Hus 20
(quod anserem sonat) cognomen mutuatus. Hic quum esset peracri ingenio, & lingua satis disertus, multumq; dialecticis ueretur, & peregrinis opinionibus delectaretur, auidè admodum Wiclefistarum doctrinam arripuit: eaq; primū (quod diximus) Teuthonicos magistros vexare cœpit, sperans per eam occasionem Teuthonicos scholam relicturos. Vbi iam soli Bohemi, pulsus Teuthonibus rem egerunt, laxatis habenis Iohannes Hus in populum disseminat zizania sua, Iohannem Wiclef efferens in sermonibus ad populum: asserens, se, quum ex hac luce migraret, in eum cupere locum peruenire, quem Wiclef teneret: homo perniciosissimæ hæresis: cuius libri Londoniis ab
20 archiepiscopo Cantuariensi & pluribus episcopis, prælati & doctissimis ex omni Angliæ regno, igne consumpti, quadraginta quatuor articulis in eo deprehensis. Huius nunc hæresim Bohemi renouarunt: quorum errores hi fuere potissimi, Papam cæteris esse parem episcopis: purgatorium ignem nullum esse: vanum orare pro mortuis, & auaritiæ sacerdotalis inuentum: Dei & sanctorum delendas imagines: Mendicantium religiones malos dæmones inuenisse: sacerdotes paupertatem seruare, solis eleemosynis uiuere decere, & oportere: auricularem confessionem nugacem esse: sufficere sua quemq; Deo in cubiculo cordis confiteri peccata: cœmeteriorum inanem usum: sacerdotem quocunq; loco Christi sacrum corpus conficere: in canonicis horis frustra
30 teri tempora: ieiuniis ab ecclesia institutis nihil inesse meriti. His atq; aliis erroribus per dies magis atq; magis inforderunt. Archiepiscopus Pragensis, vir bonus, obuiam initio rebus malis ire contendit: sed dum à rege non adiuuatur, oneri impar fuit. Serpebat in diem malum uehementius: populum ac terram omnem uehementer infecit. Eiectus vrbe Hus, in villa originis suæ (protegente se loci domino, quem sibi deuinxerat) maximos agebat conuētus, multos suos disseminabat errores. Sed necdū de calice uerbum: donec Petrus Dresensis, ex Misna reuersus Pragam, hæreticos admoneret. Lætati illi, inuentum esse articulum, quem Euangelico testimonio tueretur: illum igitur deinceps inter primos habebant. Wentzlaus ad omnia desedit. Sigismundus Turcis implicitus, initio curare non potuit: nam nimium deinde inualuerunt.

Dresensis
Petrus
Dresensis

Gulianus
Saxo arcem
Lubicensibus
calidè ad-
mit.

PER id tempus, quum Lubicenses impignoratam à ducibus Saxonix tenerent ar- 30
cem Bergerdorp cum suis attinentiis, imposito viro militari Ottone de Ritzerow, custodia eius permiserunt: qui fidelitatis iuramentum & castrensem (quam uocant) fidem illis exhibuisset. Sedebat ille in arce, nihil de quoquam mali suspicatus: quum esset nihil quod appareret hostilitatis, inter Saxonix ducem & ciuitatem Lubicensem. Ericus iunior dux Saxonix, quum esset in oppido memorato, Ottonem arcis custodem deuocauit, sermonemque contulit cum illo familiariter: quid in arce ageret, quidve illi operis esset, perquam dulciter percunctatur: & inter loquendum cum illo arcem petit ascendens. Nemo illi portas habere clausas putabat necessarium. Pignus erat Lubicensium: nihil erat in medio dissensionis. Sequuti sunt ducem aliquot ex famulis, ut Ottonem facile superiores uiribus essent. Quum iam starent in arce, dux conuersus in Ottonem, Istud, inquit, patrimonium meum est, quod hætenus seruasti: mihi deinceps seruandum linque: tu quod vis abire potes. Tum ille stupefactus, Nō hoc, inquit, ex animo dictum accipio. Ille uero, Audis, inquit, quid tibi dico? Abi quod libet: ista ad me arx pertinet, à me seruabitur. Confusus ille ac totus in se deiectus, quo se uerteret nesciebat: precatur, obsecrat, per quicquid est sanctum orat, ne se patiat de perfidia notari: nihil mouetur princeps. Abi tristis: & Lubicam protinus ingreditur, facilitatem suam ac-

Saxo arcem
Lubicensibus
calidè ad-
mit.

cusans: se suaq; omnia Lubicensibus permittit, deceptum se, nulla vsum fraude. Quid facerent? Iubent, præstita fide hospitio immorari. Ille autē melancholia in immensum, vexatus & tortus, breui mortem obiit. Dux occupatam arcem quaqua fide tenuit, seruauit: inde non amico in ciues animo (quos ipse prior iniuriis affecerat) permāsit, quum rem pignoratam non soluta pecunia per insidias interceptisset. Sed quum ipsi Lubicenses perfidiam multis literis apud principes accusassent, erant, qui illum grauius increparent, quòd fidem & integritatem suam mala fraude temerasset fœdassetq;. Effectumq; est, vt pecunia quam de hoc pignore desumpsit, cumlaretur ei summæ quam de oppido Molne pignorato similiter deberet: vt in luitione eius pignoris, vtraq; pecunia numeraretur. Hoc peracto tenuit arcem, donec illa per arma adimeretur: quod suo tempore diceretur.

CAP. 4. BRANDENBURGENSEM Marchiam tum tenuit Wilhelmus monoculus, Misnæ Marchio, qui fratrem haberet Baltazar: Landgrauū vocant, comitem prouincialē dicerent Latini. Tertius eius generis frater erat Fridericus, qui solus reliquit prole masculam: nam fratres duo sine legitimo hærede decesserant. Fridericus autem reliquit filios, Fridericū, Wilhelmū, Georgiū: à quibus deinceps magna nobilitas provenit. Interea in Bohemia Iohannes Hus, & Hieronymus eius discipulus, doctrina & lingua magistrū exuperans, factionē suam miris modis adauxerunt. Quum ergo Pragenſes in vrbe noua haussissent calicem vertiginis huius, tumultuatum est, & in vrbe veterem decursum populariter. Concilium publicum iam erat congregatum, tractans quomodo his malis 20 obuiaretur. Quum increbresceret tumultus irruentium de ciuitate noua, dilapsi qua quisq; poterant: septē reperti ex patribus, fenestris præcipitabantur. Principes Misnenses primi ad arma versi, tantam ecclesiasticæ vnionis iniuriam vindicare statuerūt. Wilhelmus ipse, accitis in belli societatem ex fratre Friderico nepotibus, duxit in Pragam, obseditq; vrbe aliquandiu: & omnia in circuitu vastans, magis ostendit quid sentiret, quam efficeret quod vellet. Quo tempore Bernaim, dux de Wolgasto, iunctus Baltasar domino Wandaliæ, auctiorem illum fecit & animosiores in hostes suos Lubicenses. Quadringentis enim lanceis progressi, anni sunt vrbe Lubicā territare. Ductorem habuere quendam, qui stipendium aliquādo equestre Lubicæ fecisset, dimissus ob improbitatem: is itinerum gnarus, tum principes ductitabat. Ingressi sunt autem per vias 30 ignotas, quas nemo suspicaretur. Ciues autem animo & armis fidentes, ad signum campanæ ad arma vocati, quotquot poterant in equis, cæteri pedites magno agmine prodierunt. Prima illis cura obseruare locum, illumq; firmare, quo hostes ingressi, tum cæteris opportunis præsidium immittere. Quo constituto fidentiores, ducunt in aduersum hostem. Principes manum cernentes, cui impares essent, retro abiere, nō ausi manum conferre: locum quærunt quem introibant. Quumq; illum septem viderent præsidio, recta contendunt in Louenborg, Ericum ducem (quem scierant Lubicēsis esse obliquo intuitu) orantes vt per sua claustra emitteret. Non grauatē ille facit quod rogatur, quòd & principibus promptè consulere, & non amico esset animo in vicinos ciues. Ita manus insequētium ciuiū tum euasere. Multos tamen ex itinere amiserunt: multa incurſantes, ex insidiis diripientes, abstulere. Cometes per ea tempora in quadraginta 40 I. Ima toto fere mense terruit orbem, quū primus ageretur post mille quadringentos annus. Sequuntur sunt multorum principum neces, & mala in orbe plurima: quæ solet crinita stella, quum cernitur, omnium iudicio doctiorum portendere.

CAP. 5. TAMERLANES per ea tempora Tartarorum ductor, maximas res gessit in regnis orientis. Congressus Turcorum Imperatori, magno prælio victor illum capit: & inclusum cauea, velut feram circumducit. Damascum, vrbe Syria præpotentem, cepit, diripuit. Omnium artiū præcipuos in ea magistrōs, vtriusq; sexus, traduxit in vrbe suæ gentis: quam de parua amplificauit, vt esset nomen suum in ea. Quumq; sectam Mahumeti ipse probaret, quingentos tamen sacerdotes eius gentis, confugientes in mesquitā eius vrbe, incenso templo cōcremauit, dicitans se missum à Deo vindicē in Saracenos & Christianos, suæ cuiusq; legis violatores & præuaricatores. Hierosolymam expugnare cōtendit: sed quum bruchi & cæteræ musulcæ exercitum eius vexarent, admonitum se interpretatur à Deo ea re temperare. Saldanū Babylonis ad tributa coegit. Rediēs ergo per Persidē, duxit Susam: & omnes eius regionis clarissimas vrbes posuit in direptionē suis.

fuis. Ita per vices succrescūt, qui secula terreāt. Sic dispensat ille magnus arbiter orbis. Talis fuit (vt ad vetera redeamus) magnus ille Nabuchodonosor, Cyrus, & Alexander Macedo: inter Romanos Iulius Cæsar: & (vt multa trāfiliamus) talis fuit ante aliquot secula in gente Mahumetica Saladinus, & nunc vindex orbis terrarum iste Tamerlanes. Sic admonet per quem reges regnant, & potentes iusta decernunt. Prætereo multa fabulosa de hoc fortissimo principe. Hoc solum dico, non esse inuentum alium ab aliquot seculis in vlla gente ducem, qui paria, aut plura, aut maiora, tam breui perfecit. Felix, heu nimium foelix, si in via veritatis & zelo iustitiæ tantos pro vero Deo labores exantlasset. Nunc verò copiosam ille recepit quam quærebat mercedem, mundi gloriam: & hæc interim pars eius. Cuius successus, quia in Hierosolyma scripsit nuper Sebastianus Brant, multorum præterea aliorum commemoratione res peracta est, & nostris aliena institutis, tranſeatur.

ERANT per id tempus ex Vitalianis, aut aliunde gregati piratæ, qui obseruauere in mari Britannico tranſeantes ex Anglia mercatores. Iam verò Hamburgenses ea de re præmoniti, nō nullos etiam ipsi in onerariis nauibus duxere satellites, vt incolumi à piratis nauigatione suas per mare merces deducerent. Variam vaccam dixere nauim, quæ pro Hamburgensibus pugnabat. Quum autem ad ostia Albis obseruaret excubarentq; piratæ, sub insula Saxonum (sic enim appellat Ptolemæus: nostri sacram vocant terram) congressi sunt piratis: & diu pugnantes, supra quadraginta ceciderūt ex piratis. Qui remansere capti, numero septuaginta (quorum primipilarij Wichmannus & Nicolaus Stortebeker) Hamburgum perducti, publico cæsi gladio pœnas dederunt. Regressi in mare iidem Hamburgenses, aliam manum eiusdem gentis sunt experti. Præerat Godfridus Michaelis, & Wichboldus (vt ferebant) bonis literis instructus, artium magister ferebatur. Congressione facta capiuntur ad octuaginta. Simili cum prioribus exitu, iudicio publico conuicti cæduntur gladio, capitibus fixis ad maris ingressum. Attulerant hi diui martyris Vincentij sacras reliquias, quas littora Hispaniarum prædādo vndecunq; cum cætera præda intulerant: nisi martyris diui patrocini, incolumem habere nauigationem, quodq; eius ductu victores essent in omni piratica. Sed sanctus ille tam diu tutatus est, quoad superuenirent, qui dignam prædonibus mercedem redderēt: nam solutis quas debebant legibus pœnis, poterant à Deo misericordiā impetrare. Inter multa autem eius vrbe præclara facinora, hoc vel præcipuum est, vt incredibili odio habitatores eius infectētur piraticam. Quippe nauticus populus, nisi incolumem per maria inueniat nauigationem, quæstu suo magna ex parte fraudatur: quocirca armis insequitur mare tenentes infestum.

VLRICVS interim dominus Stargardiæ, assiduis conflictationibus vtgebatur marchiam, quòd multa, quæ suæ ditionis crederentur, marchiones possiderent. Sciebat illo tempore marchionem aliis implicitum bellis, minus posse tutari vicina sibi loca. Vnde factū est, vt oppidū Vredeland, vtriusq; ditioni confine, obsidēs oppugnaret. Ciues quoad poterant resistere, vt fidem domino suo iuratam implerent. Sed dum ille fortior imminet, quàm possent illi hostem propulsare, murum ascendens capit. Inductum exercitum suum, iussit omnia quæ reperta essent diripere: prædamq; exportatam, incenso oppido, partitur inter militantes. Vfus autem victoriæ cursu, rursus duxit in oppidū Strützburgum eiusdem ditionis. Non minorem intentat sæuitiam: nam captū oppidū militibus in direptionem permittit, expoliatumq; incendit. Ea quū rescisset marchio, vltionem in opportunū tempus distulit. Qua etiam tempestate, quum tertius ageretur eius seculi annus, ciues Magdeburgenses in clerū sequebantur, occasione (vtinam non frituola) sumpta de moneta: de qua non satis inter clerū ac populū conuenit, quū ex sententiā pōtificis sui, cui populus reniteretur, clerus pēderet. Eiecti vrbe pfugerunt quòd quisq; poterat, maiores cū minoribus. Duorū ex canonicis curiæ, quos in omni causa suspectiores habebāt, direptæ incēseque conflagrarūt. Exportarūt aut omnia, etiā pretiosa ornāmēta, quæ ad cultū sacrorū pertinerent, quū acriorē ciuium insolentiā, quæ tum euenit, prospicerent. Per idē tempus Margareta trium regnorū aquilonariū potēs regina, iuuenē, q̄ forma corporis & ætate vero filio eius nō dispar videretur, quū secretissima quæq; (& quæ non solent nisi inter matrē & filium constare) signa prodidisset, instructū ab Olau filij nutrice, q̄ se filium eius simularet, ipsa mortis filij certissima, conuictū de falsitate, in

Tumultus
Pragæ ex do-
ctrina dissi-
dio.

Lubicenses la-
celsi hostes
repellunt.

Cometes.

1401.

CAP. 5.

Tamerlanis
Tartari mira-
res gesta.

Eximia Dei
flagella.

CAP. 6.

Piratæ prælio
capti supplicio
afficiuntur.

Hamburgenses
piratis in-
festissimi.

CAP. 7.

Marchio oppi-
da aliquot ca-
piuntur.

Clerus Mag-
deburgo exul.

Qui se alium
simulabat, ero-
natur.

Falsterboden iussit cōcremari. Non multo dissimilis res ante tempora aliquot prouenit in Flandria, de sene, qui se Balduinum quondam comitem, & deinde Constantinopolitanum confingeret Imperatorem, multisq; principibus fidē faceret. Veram veri Balduini filiam fallere non potuit: quæ deprehensa falsitate, apud Insulam præclarum oppidum, iussit de eo supplicium sumi suspendio. Ita est exitus dignus falsariorum inuentis.

CAP. 8. VENERAT Lubicam ea tempestate Wilhelmus quidam, homo candida veste indutus, abstinentiæ & signis austeritatis in pœnitentia vultum præferens: quo multos in opinionem suæ sanctitatis induxerat. Latuit aliquādiu vulpinus animus in ouina pelle: sed diu nequitia tegi nō potuit. Prodidit se ad fœminas, quibus de sua sanctitate persuasisse videbatur: nam illas ad impudicitiam variis modis pertentauit. Qui rumor vbi primū inter fœminas percrebuit, ad viros perducitur. Illi comperta nequitia ridiculi hominis, ad inquisitorem hæreseos pertrahūt. Erat ex fratribus in theologia magister, qui etiam doctus putaretur, qui inquisitionis demandatum sibi ferebat negocium. Ille primum in abdito pertētavit hominem: & vbi reperit de quibusdam vacillantem, pertractum in publicum, de multiplici hærese conuicit, moti nimirum capitis hominē: sed in quo frater ille festam ostentationem faceret. Conuictū iudicialiter hæreticum, carceri condemnauit. Conuersionis suæ promissionem fecit: & inde, accepta de more in vestem cruce, ad peragendam aliquandiu in carcere pœnitentiā includitur, inde post aliquot dies, si plenæ conuersionis spes esset, emittendus. Sed vbi primū venit in carcerem, videntibus carcerariis, crucem abruptit, pedibusq; deiectam, per contumeliā conculcauit. Hoc quum inquisitori renunciaretur, productū ē carcere tanquā relabentem in pristinos errores, tradidit curiæ seculari: à qua igne cōcrematus est. Ego non sani cerebri hominem arbitror extitisse, q̄ ætate nostra simile aliquid compertū sit. Alioqui, si pertinaciter hæresem defendisset, quid sibi voluisset contumelia crucis, quam etiā hæretici omnes venerātur? Magis ergo à Melancholia, quàm spontaneo errore, aut pertinaci opinione, illos crediderim delirasse. Et (ne monstris aliquid desit) Wismarie ses ciues per ea tempora, militem quendam auratū Magnopolensem, quod ciuis cuiusdam vxorem rapuisset, non repugnantem, suspendio necarūt, aurato militi sortē insolitam. Albertus rex neq; precibus nec minis potuit inflectere viros, vt illi iudiciū de suo milite permitterent. Indurauit eos, quod mundum muliebrem, auriq; & argenti plurimā suspellectilem, cum muliere deprehendissent apud illum. Poterat ille de raptu fœminæ iudicari: sed illa non furti, sed rerum amotarum fuit actione impetenda. Hoc etiam anno clerus Magdeburgensis, quem diximus exactum vrbe, à populo recipitur cum honore: refusis damnis, quæ ad iuris formam, præstito sacramento, se assererent per fugam amisisse. Nam de vi deq; metu notoria res erat, nec negare poterant.

CAP. 9. IAM per Wandalicis vrbes diffusa erant venena sacrilegarum hæresum: quæ se paulatim ostenderē atq; prodere cœperūt, ad multorum perniciē: iam hoste maligno vindicante, quod dudum pulsus his regionibus, fidei catholicæ cedere cogerebatur. Sundis repertus est presbyter, q̄ pertinaciter errores noxios tueretur: ab inquisitore cōuictus, monitusq; vt resipisceret, in errore perdurauit. Quocirca curiæ traditus seculari, pœnas dedit per ignem, antea ad iuris normulā degradatus. Rostockij inde comperta est mulier simili pertinacia, in erroribus indurata: & quum nequaquā resipisceret, igni cōcremanda damnatur. Iam stabat supplicio proxima ad ignem, quum filius eius frater ordinis Cisterciensis, cum lachrymis & singultibus matrē moneret, rogaret & obsecraret, ne se temporali & æterno traderet incendio, resipiscēs dum tempus sit. Indignabunda in eum mulier respiciens toruis oculis, Abi, inquit, deterrime mortaliū: nunquā tu hoc vtero portatus, his es lactatus mamillis: pro vero suppositus es adulterinus. Sic etiā suos diabolus martyres ad supplicia fortes facit. Abiit ille tristis & lachrymis infusus: illa igni iniecta concrematur. Et ne vicina Wismaria fœlicius ageret, cōperit transiens idem inquisitor, Bernardum quendam socium Lubicani Wilhelmi, eadem vanitate pertinaciter delirantem, vt quondam ille. Monitum, conuictum, damnatum, nihil emendatum, iussit curiæ prouenire seculari: quæ illum digno consumpsit exitio concrematum. Annus iam agebatur in nouo seculo quartus, quum per occasionē quam in Saxonia diximus, Gerhardus Slesuici dux Holsatiæ comes, in Thietmarfos duxit, quod cōtumeliis scriptorum illū fidefragum appellassent. Qua etiam veterum simultatum recordatus, simul

simul etiam antiquæ in gente patrum suorum memoria, subiectionis recordatio excitabatur. Sed insolentia suorum, vltra quàm debuerant sæuientium, indigenas fecit cōcurrere, vt egressurum per angustias ducem cum suis penè omnibus, ad internecionē caderent, paucis elabentibus. Quod temporum tantum rationem habentes, admonemus lectorem: in Saxonia reperiet qui volet explicitum.

CAP. 10. BALTHASAR Laurentii filius, Wandaliæ princeps, nondum pacato erat in Lubicensis animo. Recruduit memoria, quia perdurauit causa controuersiarum. Duabus ante hoc vicibus (quod antè commemorauimus) ausus propinqua vrbe vastare, etiam iumenta abegit: quod vnum est promptissimū militiæ genus in nostratibus. Indolere ciues de repetita iniuria: & quum non alia spes esset iustitiæ ex eo consequendæ, armis vindicare constituunt iniuriam. Vtricum Stargardiæ principem interpellāt, vt permisso illis ad tempus in hostem oppido Sterneberg castra ibi sua figerent. Quo impetrato, duxere in principem memoratum. Oppido Parchim, quod hosti pareret, cum agmine Lubicensis propinquant, iumenta abigunt, prædam per agros omnes conuectant, igne & ferro cuncta fœdantes. Inde mouerunt in locum, quem vbertate glebæ, villarum frequentia, hortum vocant rosarū: eum simili vastitate deformant. Nec eo contenti, in oppidum Gustrow agmina sua conuertunt, etiam obsidioni apparatus facientes. Quod vbi Balthasar vidit, commonitus malis suorum, submisit amicos qui treugas interponerent, temporaq; constituerent rebus omnibus ad liquidum componēdis. Ea re patrata ciues victorem reducunt in vrbe exercitum. Quum verò septimus ageretur eiusdem annus seculi, Albertus Sueciæ rex, dux Magnopolēsis, rebus excessit humanis in senectute bona, relicto ex se Alberto filio ex secundo matrimonio, quum Iohānes fratruelis ex magno regis fratre superesset. Hi duo principes Magnopolim ex equo diuiserunt: sed maritimas vrbes Rostockiū atq; Wismariam, pro indiuisis tenuerunt: quod lex reputat pro indiuiduo possidere, quū rem communem duo tenent. Terribilis tum & nouitate sua singularis casus, priuatam Wismarie domū euertit. Faber erat lignarius in ea vrbe, qui per interualla miserabili phrenesi vexaretur. Corruptus aliquādo furore vbi stabat in solito labore, securim prehendit, domum repetit, liberos duos per mediū secuit: tertiū quum simili furia esset consumpturus, mater iam prægnans, cum eiulatu misero virum à tergo comprehendit. Ille vnus fœminæ excussus, in eam vertit ictum, iterrens vno impetu duos. Ita cruentus prodit in publicū, laboris socios quo reliquit loco adit. Rogatus ab illis quid ita cruentus videretur, horrore verbi cœpit resipiscere: & in se reuersus recordatur quid fecerit. Domum ilico repetit: sparfos vidit paruulos & in mediō matrem, crudeliter confectos. Territus suo facto, cultrū proprio suo defixit in pectore. Quid hoc parricidio horrendius? quid miserabilius potest excogitari? Miserū per furorem ita primū in affectos, demum per horrorem, in seipsum defæuisse. Superat ea tragœdia Medæ fabellas.

CAP. 11. SVNDENSIS vrbs in solo Wandalarum, insigni per hæc tempora faciōre malè inclaruit. Pastori, qui per omnes ecclesias in ea vrbe vnus est, ciues non satis ad iura ecclesiæ obsecundarunt: oblationes imminuerunt, excusso numismate minuto cupreo. Ferunt aliquanto tempore collectum à pastore, in fusile ollam versum, qui pro documento stabat diu post ea tempora. Concilium vrbe publicum (consulatum vocāt) etiam rationem facti præterdere videbatur, ne communitas sumptuosis funerationibus graueretur. Nullum enim finem faciebant, semper crescētibus exequiarum pomposis sumptibus, quum alter semper alterum exuperare cōtenderet. Pastor vir genere militaris, animo ferocior quàm sacerdoti conueniret, quum imminutionem sui iuris & ecclesiasticæ consuetudinis non pateretur, nec monitionibus proficeret: vrbe egressus, cœpit militari manu iniuriā suam & ecclesiæ iura vindicare, incendiis, rapinis & vastationibus omnia complens, imò fœdans. Audita ferūt nonnulla à quibusdā ex clero in vrbe probrosa, quæ populū inflammarent, quum incensæ villæ vrbe flammis collucerēt. Reperit Conradus Bonow (id enim pastori nomen erat) extra vrbe nonnullos ex ciuibus, quum hostiliter adequitasset, facultate pauperes, officio baiulos operi suo pro mercede instantes. In eos inuectus, nō militariter, minus sacerdotaliter, crudelissimè sæuivit. Truncatis manibus & pedibus, in cruore palpitantes miseros reliquit. Mouisset sæuitia feras beluas. Populus ea re instinctus, vertitur in tumultum: sed ante omnes baiuli,

Lubica homo simulate sanctitatis crematur.

Eques auratus suspensus.

Presbyter in ignem.

1404. Slesuici a Thietmarfis caditur.

Lubicen. in principe Wandalarum.

1407.

Fabri furiosi in lectulo insania.

CAP. 11.

Sacerdos ecclesie in militaria riter defendit.

qui socios sui laboris pertinacius vindicaret. Omnis in vrbe clerus vnam cogitur in domum. Propositum erat, incensa domo, vna omnes concremare. Sed visum est crudele præceptisq; consiliū, quod multi innoxii, multi ciuium filij, propinqui, affines inessent ac fratres. Extracti omni ex numero tres, ecclesiarum trium rectores: qui excitato medio in foro igni iniecti sunt. Triste innoxiorū supplicium, & crudele populi factum. Ex his audita ferebant probrosa, quum arderent villæ. Nam dixisse quendā ferunt, Ecce colucent cærei funerales. In baiulos reiciunt cæteri hanc sæuitiam. Mox ob horrorem crudelis parricidij, Zwerinēsis episcopus vrbi sacris interdicit. Diu pertinaciter tulere pœnam. Sed quum supplicem nuncium Romam mitterent, veniam postulantes, papa mittit ex fratribus prædicatoribus cum facultate audiendi, pœnitentiam pro qualitate facti cuiq; imponendi, & demū reconciliandi: vt sacris restitutis, cōmunioni Christianę vrbs cum ciuibus redderetur. Grandis pro magnitudine facinoris indicta est satisfactio: episcopus post eam diem nūquam in ea vrbe diuinum peregit officium. Inscripta est memoria satisfactiois testudini cathedralis ecclesię Zwerinēsis, vt ab omnibus perlegatur in populi contumeliam. Execranda nimirum res, & quæ de populi temeritate & pastoris sæuitia in id crudelitatis exarsit.

CAP. 12. QVVM autem ageretur annus octauus eius à Christo nato seculi, Lubicensis ciuitas 1408. grauem perpeffa est commotionem, tumultuante plebe in senatum, quod exactio-
Tumultus ple- us Lubicensis patres. bus & nouis impositionibus grauari viderētur, collectis dari solitis tum adauctis: quod magnum æs ciuitas ipsa deberet, nec posset emergere, nisi ciuium auxilio prouētus au-
 gerentur. Inerant in ea ciuium communitate nonnulli, magistratus gerendi & concilij publici supra modum cupidi, qui plebē infulsam inflammarent, à senatu rationē & cal-
 culum rerū ab aliquot annis deposcere. Vrgebat plebs clamoribus: minitari, tumultuari, & incertis affectibus ferri cœperunt, nesciētes quid mallent: nouarum rerum cupidi videbantur, alij aliud deposcentes. Erat miserabilis status ciuitatis, quū sine ordine cun-
 ctagererentur, sine formidine, sine honesti respectu: licere omnia in perturbata ciuitate videbantur. Instabāt tamen, rationem impensarum & calculum acceptorum à senatu postulantes. Nimirum grande æs impensum erat excipiēdo Imperatori, quod nec-
 dum solutum esset: grandius accessit in nouo fossato magnis sumptibus factio. Potuere illi quidem ponere omnium iustam rationem, habita temporum cōsideratione, & cau-
 sarum quæ interuenerāt, quæ proximis annis vrbi ad grauissimas impensas excreuere: sed perniciosum erat exemplo, tumultibus vrgeri senatum ad omnia. Simul & hoc pro-
 spiciebatur, nulla modesta ratione placari populum potuisse, qui suæ libidini studeret, cupidus rerum nouarū. Accessit, non expedire in vulgus proferre omnia, quæ à tam ho-
 nesto concilio gererentur. Vbi nullis rebus conuiescere aut sedari tumultus poterat, sed etiam in diem est visus augetur, senatus maxima pars sibi suisq; cōsulens, cū cog-
 natione proxima, pariter & affectibus, loco cesserūt, Luneburgo atq; Håburgo vicinis vrbibus hospitaliter excepti. Permanit earum memoria familiarum, quæ tum vrbe ex-
 cesserant. Nam post reditum (qui in octauum annum differebatur) fœminæ redeūtium vxores, & ex his progenitæ, in testimoniū auctioris honestatis, capitis integumento dif-
 crimen etiam hodie præferunt, in communi surgente capitis velamento. Id pulchrum visum fœminis, vsq; hodie in ea vrbe conseruatur, seruabiturq; diu. Domicellæ videri volunt præ cæteris, non iisdem familiis prodeuntibus: cōtemnuntq; præ se cæteras. Sed fœminæ honestati in pluribus defertur.

CAP. 13. QVI remansere in vrbe consulares, vix quarta totius pars (nam & opulentiores, & veterum familiarum viri, cum vxoribus & propinquis exhibant) domibus suis sua spōte inclusi, nunquam in publico, nunquā sunt visi in prætorio. Ciues tumultuationis principes, & qui ad gubernacula vehemēter aspirabant, vocata cætera plebis multitudine, consilium inibant de agendis. Visum est aduocare loci episcopū, & testimonium sumere sedium vacuatarum: vt eius velut autoritate, nouum videantur creasse concilium. Vocatus ille venire non recusauit, si fortè placare posset humili & modesta ratione tumultuantes. Veniens deduxit secū ex prælatis ecclesię suæ, quos maximè iudicauit populares. Circumstant ciues tumultuationis authores, cum multa plebe: ostēdunt pontifici & clero sedes vacuatas, & inania cōsularium virorum subsellia: non expedire, neque protinus fieri posse, vt tanta communitas sine publico consisteret concilio. Testes vocant

vocant præfulem cum canonicis suæ destitutionis desolationisq; à senatu, qui sua sponte, non fugatus, non extrusus, inde disceserit: opus esse nouo creando cōcilio: quod illius autoritate & directione percuperēt. Pontifex vir modestus, cœpit molli oratione prætere populo, quantum esset mali, duci temeritate, non consilio regi: rem quæ esset inchoata, nisi prudentius cōsuleretur, vergere ad perpetuum inclytæ vrbs excidiū: quod intestino malo periculosius vrbs intus vreretur, quā posset foris ab vllis hostibus impugnari. Proinde si suum sequerentur cōsiliū, se paterno in eos esse affectu: qua illis affectione super omnia consuleret, abstineant ab nouo creando senatu, suum sibi senatum honestis rationibus sinant reconciliari: in quam rem omnes suas operas polliceri. Cæterum nouo creando nulla via incumberent, quod Ro. regem, & omne regnum, simul etiam vicinas & longinquas ciuitates, temerario in se facto & præcipiti consilio, concitarent: paci consulerent, & suarum rerum trāquillitati: omnia illis in integro esse, si modò patiantur pacis interuenire consilia. Commouit plebem mansueta pontificis oratio: sed non sunt passi proficere, quibus ambitio gerendi magistratus imperabat. Itaque respondent pontifici, qui contemptu vrbs ciuiumq; sua sponte cesserint, læsæ cōscientiæ signum præbentes, reuocari non posse: testimonium solum ab illo & à canonicis requirebāt, quod vidissent subsellia vacuata. Ilico à tabellionibus & publicis personis documenta petuntur suæ protestationis. Episcopus nihil proficiens rediit in sua: illi nulla interposita mora, creati nouum concilium. Designati proconsules, nominati
 10 consulares. Aderat temerarius quidam ex ordine sacerdotum, qui præsumpta quā non habebat autoritate, in sedes duxit adulterinos proconsules, cum consulibus. Tempore ex illo cœperunt quasi legitimum gerere magistratum.

SERPIT longius hoc malum. Nam pernicie exempli exciti vicini Wisuarienses & Rostockenses, suis senatibus cœpere autoritatem imminuere, constitutis vtrouque sexaginta viris, qui capiendis cōsiliis & rebus gerendis interessent. Tolerabile primò visum, admittere ciues, vt sint conscii rerum gerendarum: sed insoluerunt per licentiam. Nam audacia crescente, primū in vrbe Rostockio publicū concilium ciues destituerunt, in eius locū alios sublegentes. Nec impune erat bonis viris administratione abstinere, suis se domibus continere, in publico nō versari. Nam noui magistratus, ne viderentur sine causa administrationem arripuisse, veteris concilii participes alios vrbe eiiciunt, alios publicis carceribus inferunt. Sic pro libidine noui cōsules cuncta gessere. In Wisuaria paulo modestius agitur. Destituerūt quidem & illi senatum: sed nō vltra sæuierunt, contenti quod publica abstinerent rerum moderatione, suis priuatis intenderent. Eam vrbicorum audaciam quū principes Magnopolenses, Iohannes & Albertus fratruales, indignè ferrent, suorum aduocato procerum non contemnendo numero (ita tamen vt pacati inermes incederent) Wisuariam primū petiere: nouum aduocauere vrbis conciliū, sciscitanti qua se autoritate rebus administrandis in sua vrbe ingererent, destitutis per temeritatem qui antea rem gessissent, quas causas rebus immutandis prætenderent. Dum illi responsa parāt, promiscuū in vrbe vulgus cœpit tumultuari, discurre per vrbem, arma circumferre, incertis clamoribus omnia perturbate. Veriti principes, ne vulgus, pelagus, indeclinabile virus, turba sine consilio, aliquid in se ac suos taret, quod nō facilè reformaretur: stratis iumentis, intermittentes quæ cœperāt, Wisuaria excedunt: nec breui indignationem ponunt, cogitantes quo ordine perturbationem reuocent in tranquillum. Lubicensis ciues tum aduersus Ericum ducem Saxonie educunt, quod oppidum Molne, dudum Lubicēsis impignorum, vi recepisset, arbitratus in perturbatione ciuitatis, nihil esse pensi apud nouos gubernatores de iis quæ foris gererentur. Sed Lubicensis omni qua poterant suorum vi egressi, ducem in oppido oppugnarunt: effeceruntq; vt inde eiicerent, profugientem in sua. Sed ille vbi vidit oppidum tutari non posse, immisso igni ipsum incendit, vt impliciti restinguendo incendio fugientem sequi ommitterent. Incendio restincto, ducūt Lubicenses in Razeburgū, id quoq; oppidum cum arce impugnare statuentes. Sed oppidani viribus freti obuiam prodeunt, ante oppidum pugnam conferturi. Quum nec dum magnum Lubicēsum agmen se ostendisset, contulerunt manum: sed vbi maius accessit agmen peditum, retro pedem ferre sunt coacti, in oppidum per pontem festinantes. Eum quum ingens multitudo magna mole pressisset, subsedit, multis ciuibus in lacu demersis. Inde arcem

Pontificis ad populorum oratio.

Noui senatus creatio.

CAP. 14.

Tumultus plebis in vicinis Lubicæ vrbes.

Principes ducunt tumultum sedare student, periclitantur.

Lubicen. in Ericum ducem.

Ritzerow, quòd eam noxiam sibi sensissent Lubicenses, demoliuntur, illo quoq; respectu, quòd eius dominus Bergerdorp per incuriam (vt diximus) amisisset. Sed vicinæ vrbes, Luneburgū atq; Hamburgum, quòd suis rebus & publicis cōmodis opportunum crederent præsidium, denuo communierunt, imposueruntq; tutandis finibus manum promptorum militum. Rediit tamen postea idem fortalitiū in manus militarium, qui inde nomen habuerunt: maximoq; malo nostris temporibus inde excitato, dum Lubicenses idem fortalitiū ab eius nominis militaribus emissent, fratresq; adulti, pro impubere germano legitima tutela fungentes, omni iure diuenderent: impubes autē ad legitimam perueniens etatem, quum sua parte rescindere contractum niteretur, nec paterentur emptores: ille militari manu (ne dicā latrocinali) vindicauit in omnes itinerantes, nulli ætati, sexui vel ordini parcēs. Spoliati, capti, vulnerati plurimi, sacerdotes, virgines, mercatores: & infœlici multorum sorte renouata sunt in publicis viis mala, quæ antè diu quieuisent: dum multi per illum compita & secreta itinera perdocti, vsq; hodie latrocinantur.

Denuo grassatur latronum manus.

CAP. 15.
Hamburgens. plebs tumultuatur.

DVM in Wandalicis vrbibus sæuiunt (vt diximus) excitati ciues Lubicæ, Wismaricæ, Rostockij: Hamburgenses, nihilo cæteris modestiores, & ipsi cōcitant tumultum, sexaginta viros constituentes, qui publicis consiliis interfuturi, etiam imperarent consularibus. Quendam per id tempus tumultuationis principem, nimis exorbitantem, senatus capi iussit, carceri inclusit: sed concita plebs mox excitato tumultu, perpulerūt vrbis consilium, vt sine mora laxaretur. Adeunt proconsulem, virum in vrbe primarium: mo-
nent sub obtentu vitæ laxare vincitū: alioqui illi & multis præterea aliis imminere capitis periculum. Allegerat senatus in suū collegium quosdam ex ciuibus. Inerat vnus non satis ex sententia sexaginta virorum cooptatus, vel quòd illis singulariter aduersaretur, vel quòd ex eorū primariis vnus extitisset, quē nollet interesse publico cōcilio. Impudenter poscunt nominatim vt illū è suo numero dimittant, alioqui grauius inde aliquid consurrecturum. Iubēt illum dimisso subsellio domum repetere, & publico abstinere. Audacia etiam vltra progreditur. Præcipiunt de Lubica viros consulares, ibi exulantes, vrbe excedere ante horam præfinitam, nec redire: capitis periculum denunciātes redeuntibus. *Quod genus hoc hominum? quæve hunc tam barbara morem?* Hospitio prohibētur innoxii. Per quod tempus Lubicenses ipsi (populus sine consilio) quum etiam nouus il-
le suus consulatus displiceret, adiiciunt viros sexaginta, qui rebus intersint. Super hos quoq; atq; super concilium publicū, alios creant viros duodecim, quos vocant Plenipotentes: quibus eam attribuunt facultatem, vt deliberata in senatu, & à sexaginta viris masticata, ipsi vel approbent vel reiiciant, moderenturq; suo arbitrato omnia: infœlici vertigine, in circuitu (vt solent ambulare impij) volutati.

Tumultu in plebe nullus modus.

CAP. 16.
Polonus Christo credens, cū Christianis fratribus bellum gerit.

POLONORVM per hæc tempora Bolislaus rex, natione (vt diximus) Letuanus (qui accepta filia regis Vngarorum Ludouici, tum etiam Poloniam tenētis, dotem accepit regnū Poloniæ) baptizatus, ac Christo credens, iam fratribus domus Theutonicæ per Prussiam bellum intentauit grauiissimum. Causam belli tanti supprimunt annales. Ego ex Letuania ortum puto, quòd fratres omnia in ea terra bello occupata sibi defumerēt: quod rex in patrio solo dissimulare haud poterat. Nā regi Vitoldus dux, & ipse baptizatus, Alexandri nomē accipiens, adhærebat, fratruelis eius: quòd & illi graue videretur, memoratos fratres, tam latè in suo dominari, in paterna ipsorum ditione Letuanicæ. Ergo rex contractis ex Polonia eq; Letuania armis, tam ex Christianis quàm adhuc gentili errore sordentibus, quū illi (vt diximus) accederet Vitoldus, eiusdem nationis dux, in Prussiam mouit. Occurrere illi nō dubitauere fratres, magno & illi cōtracto ex auxiliariis agmine. Cruentum præliū magnis agminibus conseritur. Diu anceps inclinabat nutabatq; huc atq; illuc victoria: sed regi serandē permisit. Occisi ex fratribus non pauciores quadringentis, infinita ex Prussis multitudo. Sed neq; Polonis incruenta fuit victoria: fortissimus quisq; aut celsus, aut periculo proximus erat. Peracta victoria vterius rex progrediendum putauit: peragrabat villas & oppida, vbiq; diripiens & inflammās: vrbes obsidione cinxit, ac expugnabat. In arcē (vocant Mariæ, quòd diuæ virginis totus sit ordo Theutonicorū consecratus: magni magistri hîc domicilium erat, huc omnium certa spes ac refugium) acriter ac diu impugnatur oppidū cum arce: sed virtute militum qui inerant animotè defensum, prouidentia maximè baronis de Plawis, qui sublimis tū magistri

Poloni victoria cruenta.

magistri germanus erat frater. Hoc excepto præsidio, cessit tum omnis prouincia Prusicæ Polonis victoribus: quū reliqua omni ditione exuti fratres ordinis Teuthonici diuæ Mariæ, eam solam arcem metropolim conseruarent. Sed non is diu rerum status permanfit: nam viuida virtus fratrum, & patrociniū diuæ virginis, nō patiebatur diu iacere rem labefactatam.

ACCESSIT autem hac ætate Wandalis nouum decus, quòd ex principibus Pomeraniæ adoptione Margaretæ reginæ, trium aquilonis regnorum, Daniæ, Sueciæ, Norwagiæ (quæ sceptrā coniunxit eadem Margaretā prudētissima mulier) rex ascisceretur Ericus. Quum enim prolem superstitē non haberet, adoptionē sibi quærebat filiū. Cuius primus in regno conatus erat in ducatu Sleswickcēsem, quem Gerhardus pridem Holsatiæ comes, à regina & filio eius Olauo dux institutus, inuestitusq; tenebat: Dicebat aut rex omne beneficiū fuisse personale, nec transisse ad posteros. Contrā verò memorati ducis liberi, Henricus, Adolphus, & Gerhardus, obtenderant, feudum legitimo iure ad filios pertinere. Quæ res infinitos peperit vtriusq; labores. Quæ quia suis locis in Dania, & inde, quod ad Holsatiam pertinet, in Saxonia explicuimus, hoc loco transfiliamus: insinuare contenti quod ad decus auctū Wandaliæ pertinebat. Qua tempestate causam suam eieci Lubica consulares, apud Ropertū Romanorū regem peregerunt. Datus est iudex curiæ regalis Gunterus de Swartzēborg comes. Heidelbergæ tum rex curiam habebat. Citati aduersæ factionis principes, quatuor suos misere proconsules, cum totidem ciuibus. Impetitiq; ab Iordano Plescowen, vno propulsortum proconsulum, nihil iustitiæ consonum responderunt: & ideo dictante iustitiā sententiā contra se reportarunt. Redeuntēs in sua, non satis planè quod actum erat exposuere: sed quoad poterant, velamen obtenderunt: vt communem plebem in sententia & fide sua retinerent. Quo tempore apud ecclesiam Lubicensem, per incuriā pueri, candelam nō satis cautè asseruantis, excitato incendio, scholam cum dormitorio concremarunt: vt venustiori deinde stemmate confurgeret.

CAP. 17.
Ericus trium regnorum dominatū adoptione accipit.

Consulares Lub. exules apud Rom. regem questus, ins obtinent.

SIGISMUNDVS tum rex Vngariæ bello premebat Venetos, quòd finem non facerent alienos fines pro suo more inuadendi. Obsederat vrbe classe non parua: quod & focer eius ante illum rex Ludouicus faciebat. Populatur insulas, & omnia vicina quæ illis parerent, euastauit: intercepti in mari multos è ciuibus. Ingrauescente bello, quum non mouerētur, cruenta prælia fecit: aliquot captos, pedibus manibusq; trūcauit. Tam acerbo tum odio superbū populū insectabatur. Sed qui solet esse in cæteris exitus, tum quoq; fuit, vt datis in sumptus bellorum aliquot centenis millibus pacē coemerent. Per quod tempus fratres noui ordinis ex Suecia sanctæ Brigidæ, in inferiorē peruenere Saxoniam, permittitq; Erixi ducis, annitente Razeburgensi episcopo, loci ordinario, non longè ab oppido Molne noua moliri cœpere fundamenta extruendi monasterij, quod hodie visitur, virorū ac foeminarū: suo in choro sexus alter altrinsecus modulatur. Erat tum decimus noui seculi annus, quū Roperto Romanorum rege satis absumpto, Sigismundus Vngariæ rex, frater Wentzlai ignauissimi, filius & ipse Karoli III. Romanorum Imperatoris, rex Romanorum, magno principum electorum in Francfordia consensu eligitur, & ab Friderico Coloniensi archiepiscopo Aquisgrani de more coronatur. Fortis, prudens, animosus, & magnanimus princeps: sed in quo fortuna aliquanto maior, & foelicitas dexterior desideraretur: qui magnis sæpe congressionibus Turcis est colluctatus, ad huc viriū suarū detrimenta abs Tamerlane sentientibus. Qua ex re nunc, Christianorum malo auctis eorum viribus, non tam est facile illis conflictari. Per quæ etiam tēpora Fridericus & Wilhelmus marchiones Misnæ, & Balthasar Lantgravius Turingia, infœlices Iudæos, per omnem suam ditionem insequuti eiecerunt, quòd Christianum puerum emercati, in contumeliam domini Saluatoris, morti destinarunt. Sed innotuit res principibus, qui nefandum facinus præoccuparunt. Rusticū pueri venditorum (incertum an & parentem) fractis per rotas membris, quadripartiti iusserūt, Iudæis exterminatis, & rebus eorū (quas non paucas habuere) confiscatis. Compertum idem sæpe nefas infamauit perfidam gentem, quòd Christiano sanguine abutatur ad restringendum cruorem qui perpetuè illis fluat, quorum patres clamauere, *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Ferunt alij, solam Saluatoris in ea re ab eis quæri contumeliam: quod & ipsum creberrimo vsu compertum, multis se præferunt habere indicij.

CAP. 18.
Sigismundus in Venetos.

I 4 I O.
Sigismundi electio in Rom. regem.

Iudæi ob nefariam eadem pelluntur.

CAP. 19. *Arx Plauen latronum lustrum expugnatur.* WILHELMVS Misnēsis, & nunc Brandenburgensis marchio, quum compertum haberet, ex Wandaliæ finibus, ab arce Plauen multa in marchiam, inq; vicinarum terrarum publica itinera, plurima fieri latrocinia: euocato in armorum societatem Guntero Magdeburgensi archiepiscopo, duxit in arcem memoratā: nec potuit oppugnanti tantis viribus, machinis & apparatus diu obistere. Expugnata iā arce, captus est in ea vir militari genere & fortibus factis clarus, sed nūc fauore latrociniorū resperus: ductusq; in arcem archiepiscopi Caluen, supra annum carcere maceratur, donec ære suo redemptus laxaretur. Progressus ad interiora terræ princeps memoratus, alias eadem laborātes infamia deiecit arces, pulsus & proscriptis ex omni sua ditione habitatoribus: quorum etiā hodie familiæ perdurant. Inerat illis adhuc recens Wandalicæ stirpis sanguis, qui magnis animis stimulabat aliena inuadere, quum terram filiis hominū in prædam esse positam arbitrarentur. Quumq; assidua inter marchiones & Wandaliæ principes de finib. esset contentio, viri militares, assueti bello, vbi illud conqueuerat, veteri licentia, ex itinerantibus, quo modo solebant ex hostibus, retulerunt (vt illi putant) iustā prædam. Nam quo modo mercatores per pericula maris & terræ, fraudes quas miscēt, solent expurgare, dicentes, sibi magno merces suas constare, quas per mare, per terras, magnis discriminibus attulere: hi quoq; capitum suorū obtendunt pericula, ad ostendendum iustum esse quæstum direptionis inter homines, quo modo inter bestias, volucres & pisces, vbi potentioribus ad prædam natura constituit imbecilliora quæque. Sed quid attinet apologeticū scribere furum? Ad temporū facinora prosequēda vertamur. 10

CAP. 20. *Causa Lubicensium Constantia.* AGEBATVR tum Constantiæ apud Sigismundum Romanorum regem causa senatus pulsi Lubicensis. Nā exulantes institerunt vt Roperti sententia, pro illis lata, executioni mandaretur. Erat qui pro nouo eius vrbis concilio verbum fecit, vt euocarentur audirenturq;. Euocati venerant noui concilij quatuor proconsoles: & hoc iam curauerunt, vt non apparerent in conspectu principis vacui. Factum est vt de integro resumeretur omnis causa, sub nouo commissario. Sperabant enim noui præsidis aures nouis allegationibus, vel auri sonitu onerare. Audita & examinata bene causa, trāsui sententia priori compar: condemnatiq; sunt noui cōsules, suos, quos eiecere patres, cū honore recipere, & irrogata illis damna resarcire. Institere tamen noui, qui venerant pro communitate, consules, vt sententia quoniam lata mutari nō poterat, vel ad tempus eius suspenderetur executio: inq; eam rem (vt ferunt) expromissa sunt xxv. aureorum millia. Prætenderant autem communitatis oratores, prædicti quatuor noui consules, se medio tempore daturus operam, vt communitas, acerbissimè in senatum excitata, cōplacaretur. Rex ipse, iam magnis vbiq; impensis oneratus, æris promissi mentionē non reiecit. Habebat in animo iustitiam exulantum non lædere: sed vrgebat æris in præsens necessitas maxima, vt ad tempus seueritatem mitigaret. Compositio autē talis facta est inter fiscum & noui concilij oratores, vt camera regali soluta xxv. millia aureorū, nisi eisdem ciuib. ante certum tunc constitutum terminum renumerarentur, extunc imperiale bannum, quo condemnata esset ciuitas, sublatum cēseretur: perpetuoq; exilio, qui pulsi sunt, tenerentur. Decreuerat enim rex certissimo proposito, numeratā pecuniam (qua in præsens indigebat) ante terminum restituere, nequa in parte iustitia læderetur. Et quoniam literis opus erat ad inducendam communitatem facere collectā, dedit rex illas puras: sed alias adiecit, quæ conditionem haberent. Profectus est quidā ex baronibus, regio suffultus mandato, ad accipiēdam pecuniam, peruenitq; Lubicā cum oratoribus memoratis: q; magnis buccinis cōcrepabant in populo, magna se reportasse aduersus exules priuilegia, nunquam illos reddituros, imperiale bannum iam esse sublatum. Plaudebat populus se impetrasse quod volebat: nec grauabat instituta in eam causam collecta, expromissam summā congerere. Regalis etiā nūcius quod nō refragaretur, iniecta est ossa in os leonis, ne rugiret. Accepit ergo promissam Romanorum regi pecuniam, & reuersus est ad dominū suū. Sed quum cernerent exulantes, maiestatem regiam multis & magnis rebus implicitam, posse suā antiquare causam, ipsi inuenere viā, quod sibi non deessent. Adeunt regem Daniæ Ericum, Romanorū regi Sigismūdo sanguine propinquum: erant enim consobrini. Efficiunt apud illum, vt pro rege Romanorū exhibeat reddere Lubicensib. summā memoratā, quod cōditio adiecta impleretur: ac perinde noua Lubicensiū indulta euanescerēt: qd̄ ita factū est. Ita fraus fraude depellitur. Exhi-

Ha fere sunt diurnorum bellorum reliquia.

Muera etiā integerrimos ab aquo & iure abducunt.

Lubicensium improbitas honesta arte delusa.

Exhibitam pecuniam Lubicenses recusauere. Et quoniam per regem Romanorum, ea impleta conditione, nō steterat quo minus reciperent, delusi sunt, nihil habentes in priuilegiis memoratis. Sequuta est mox captio ciuium in Scania piscantium. Non pauciores quadringentis erant ex mercatoribus, quorum arrestatæ merces conscriptæ sunt: aliquot ex his carceri iniecti, alii sacramētis præstitis, vt in regno liberè diuersentur, sunt permitti. Alij etiam Lubicam remissi, vt inter eiectum concilium & cōmunitatem agerent de pace: quam si perficerent, omnia ilico sua essent reddenda cuiq;: si minus, ipsi in constituta loca, ad captiuitatem redirent. Aderāt regi ex propulsis nōnulli, qui ciuium tunc in regno mercantium discrimina nossent, & regi indicarēt: quorum indicio alios 10 carcere macerabat, alios sinebat liberè diuersari, alios remittebat de pace acturos. Ea verò regis instantia etsi speciem violatæ fidei prætere videretur, quod ciues iam in eam euocati terram, ad vsum veteris libertatis dicerentur: tamen quia saluti prospexit inclytæ vrbis (quæ sub tumultuantibus periclitata perisset) maioris boni prouentu leuata est culpa minor: si modò in culpam reputetur, quod iam impleta Romanorum regis conditione, imperiale bannum reualesceret: quod poterat rex Daniæ etiam in suo (si volebat) regno executioni demandare.

Hoc est tempus Constantiensis concilii, quod indictum fuit ad vnionem catholicæ ecclesiæ, in qua tres se gesserant pro summis pontificibus: Romæ, XII. Gregorius: Aunionone, XII. Benedictus: quibus in concilio Pisano depositis surrogatus erat v. Alexander: cui defuncto successit Iohannes XXI. vir consilio acer: qui magnam in spem venerat, aliis depositis solus remanere in pontificatu: quod & iustiorē causam foueret, & modestius se in concilio (cui aderat) gereret, præsentiam suam exhibens: quod neuter fecit competitorum. Gregorius quidem oratores cum mandato miserat: Benedictus in duritia sua inflexus permanebat: Iohānes ipse (vt diximus) in persona aderat, solenni apparatu inchoans concilium, publica processione solēnter exhibita, & inuocatione Spiritus sancti impleta, quum ipse diuinum ad altare perageret officium. Et in prima sessione obrulit cessionem scripto: quam etiam iuramento firmavit se facturum, si Benedictus & Gregorius idem facerent. Sed quum Gregorij oratores adessent, Benedicti autem frustra expectarentur, persensit interim Iohānes quid ageretur, dubia sorte 20 mansurum cum cæteris, si cessionem impleret. Nullos enim reperit, vel perpaucos, qui sponderēt illi, si deponeret, reddituros summū pontificatū. Igitur mutato habitu, clam noctu cum paucis profugerat, Italiā repetiturus: descenderatq; in Schafhusen. Concilium verò comperto eius abitu, videbat quid moliretur: citatū nec comparētem, mandatis prosequuntur. Sed hæc omnia frustra: nisi de consensu (imò iussu) patrū, Sigismūdus rex, militari manu post illum missa, detinisset eum. Perductus autē in Maenheym peruenit, deinde in manus Palatini, qui illū in Heidelbergā diu seruauit in carcere: donec corruptis custodibus, dissimulante etiā principe, elaberetur. Comperta erant horrenda & pontifice indigna facinora de Iohanne: quæ patres in concilio permouerāt, vt carcerali custodia iuberent includi. Alioqui si suæ libertati permissus esset, intentasset 30 literis & armis, quæ catholicæ pacis desideratam, & diu quæsitam vnitatem, omnino disturbassent. Illa fuit acrimonia, ea fortuna & vis pecuniæ: vt facillè quiduis effecisset.

VLRICVS & Iohannes fratres, domini Stargardiæ, bella per ea tempora gesserunt aduersus Balthasar dominum Wandaliæ. Suberat belli inter alias causa & illa, quod nuper Lubicensib. in eundem tum Balthasar ducētibus permiserint loca suæ ditionis, vnde læderetur ipse non mediocriter. Exarsit bellum in acerba altrinsecus odia: & multis inuicē damnis irrogatis, vicissim terras suas vastitati subiecerunt. Aliquando præliis leuibus congressi, varia sorte dimicant, aliquot cæsis, aliis etiam captis: inter quos interceptus quidam cæteris longè locupletior: quem ære Balthasar quum emungere statuisset, ad imum in quæstionibus habuit, vt suarū vires facultatum confiteretur. Ille atrocis instanti durior resistit, nec fatetur etiam ad necem extortus: moritur ille in tormentis. Indigna mors milite, indigna causa quæstionum. Sed suberant acerba partium odia: inde ferocius bellum exarsit. Cepere autem præliantes de Stargardia principes dominum de Waren, virum nobilem aduersarum partiū: erat enim dicti Balthasar fratruelis. Sed cōmunes amici rem interceptere: peruentumq; est aliquando ad fœdera pacis renouanda. Cōpensantur (vt fieri solet) captiui, & alter alterius obiectu relaxatur: rebusq; 40

CAP. 21.
Evangelium de mandatis.

Prophetia de Iohanne.

CAP. 22.

Nimia tormentorū scintilla.

Oratores Ca
saris Lubica.Tumultus au
tores capite
plectuntur.CAP. 23.
reuerentia
lucis vrbis
PragaeWiclef cada
uer comburi
tur.Ioan. Hus do
gmatu causa
vnius exuri
tur.Se zneri, isti
furere est.

compositis, in reliquum vitae tempus, optimo exemplo, cōcordes & inuicem amici vi-
sitantur. Quo tempore Lubicam venerant oratores regis Romanorum, duo praestan-
tes viri, alter miles ecclesiasticus, alter cum pleno mandato, ad componendas res inter
exulantes & communitatem vrbis. Publico illi ante omnia edicto statuerāt, nequis sub
capitis sui periculo vlla faceret cōuenticula, quò liceret quietis omnibus de publica pa-
ce statuere. Oratores iudem primū conuenerant eiusdem vrbis nouum concilium, su-
per sedecim millibus aureorum: quam summam pridem quatuor missi procōsules, Ro-
manorum regi dicerentur expromississe supra xxv. millia, quæ numerabantur. Interim
verò nunciatur regis oratoribus, fieri concursum iterum ciuium, & conuenticula cōiu-
ratorum: quòd sibi timentes nōnulli, quum malè sibi consciij essent, de suo periculo tra-
ctabant euitando. Oratores praecipiant nouo concilio ciuitatis, vt acceptis ad rē suffi-
cientibus viris ipsi proficiscantur, & captos cōtumaces, in vincula conicerēt. Non po-
terant regali edicto non parere. Capiuntur viri octo & decem: ex quibus duo mechani-
ci operis, pistor & aurifaber, quòd eius cōventionis capita censerētur, publico iudicio
condemnati, vltore gladio feriuntur: cæteri proscripsi sunt, in æternum exilium demi-
grantes. Constituerant autem memorati oratores de rebus omnibus inter dissidētes, vt
redderent suis locis exulantes viros consulares, cum suis. Et dum in eo laborāt, nouum
ciuitatis conciliū misit nuncios in Daniam, ad relaxandos ciues nuper in Scania captos.
Ostenderat illis Danorum rex, iure se tenuisse ciues, quòd pareret mādato regis Roma-
norum aduersus contumaces, impleta per eum conditione exhibitæ pecuniæ: qua so-
luta euanescerent promissa eiusdē regis Romanorum, conualesceretq; bannum impe-
riale: paratum esse etiam nunc numerare pecuniam, ne quid per eum deesset. Oratores
ab vrbe, expediendæ pecuniæ nullū se habere mandatū prætenderant: solū oran-
tes, vt capti ciues, qui fidem sequuti regiam venissent in Scaniam, relaxarentur. Rex il-
los relaxari non posse respondit, nisi in vrbe ante reciperentur eiectioni: vt paritum esset
litteris regis Romanorum. Ita re infecta frustrati domum reuertuntur.

BOHEMI interea in erroribus suis cōputruerunt, excrecente in malum vehemen-
tius hæresi: quam cœptam in literarum studio Pragæ (ex contentione indigenarū cum
aduenis Teuthonicis) foris propagabat Iohannes Hus presbyter, tum quidem exturba-
tus vrbe, quum sanum adhuc saperent ciues antiquæ ciuitatis: sed foris grassabatur in
villa vnde illi fuit origo, defensus à loci domino, quem sui erroris pallio inuoluit. Patres
tum in concilio Constantiensi (cui aderat rex Sigismundus, vt præsentia sua firmaret om-
nes ad agendum quod reipublicæ conduceret) facta Iohānis contumacis destitutio-
ne solenni, de summo interim pontifice deligendo deliberabant, prius tamen hæreses
extirpare conati. Venit in medium perfidi Iohannis Wicleff Anglici mentio: ex cuius
pestifero dogmate (quod supra significauimus) coaluit omnis error Bohemorum. Hic
autem perniciosissimus hæreticus, fauore regis Anglorū Eduardi tutus euasit, dum vi-
ueret, incendium. Mortuus autem, quum regnaret Richardus, extumulatur, & conde-
mnatis erroribus iam tūc concrematur. Citabatur autē Iohannes Hus in concilium de
Bohemia: nec detrectauit venire, secum ducens Hieronymum discipulum, qui etiam
exuperaret eruditione & eloquio magistrum. Nō enim arbitrabatur Iohannes, suis au-
ditoribus & clientibus satis posse facere, si iudiciū detrectaret ecclesiæ. Veniens autem
accusabatur de multis, quæ docuisse diceretur. Palam ille cōfiteretur omnia, vera esse di-
cens, & à se vsq; ad mortem defendenda. Molliter cum illo agitur & mansuetè: instrui-
tur, rogatur, obsecratur, vt ecclesiæ matri se reddat. Nihil pficitur: ad omnia manet im-
motus. Iam dudum articuli eius damnati erāt ab ecclesia: quos quum ille tueretur, nec
omnino resipisceret, condemnatur hæreticus. Et quum ecclesia non haberet amplius
quod faceret, pertinacem tradidit curiæ seculari. Potestas loci acceptum condemnauit
ad ignem, eductumq; iussit concremari. Hieronymus silens astant, necdum conuen-
tus, quòd resipiscere speraretur: sed quum postea interpellatus errores magistri defen-
deret, edoctus tamen resipiscere videbatur ad tempus. Nouissimè ad priora relapsus,
quem magister suus exitum, inuenit discipulus, post illum concrematus. Bohemi vbi
audiunt exitum suorum magistrorum, furere incipiunt: armantur, concurrunt, sæ-
uiunt: ecclesias & omnia sternunt obuia. Wentzlaus rex partim ignauia, partim ti-
more se continet: vi magna res geritur: obsidentur ciuitates: coguntur in sectam:
ni con-

ni consentiant, vastantur. Trucidantur mortales sine discrimine ordinis, sexus & ætatis.
Latius serpit malum: foras educuntur armati exercitus. Romanorum rex Sigismundus
imploratur: tardius venit. Interim illi sæuiunt, & crescunt robore & numero. Nam hoc
tempore idem Sigismundus, quò reges Franciæ & Angliæ iam dudum conflictantes, ad
vniōnem reduceret, vtrunq; statuit interpellare pro ecclesiæ fulcimento, vt & Turcis &
Bohemis occurratur. Nihil ille omisit, quod ad optimi principis sollicitudinem pertine-
ret, quò vnitatem pacis confereret. Transiuit in Frāciam: transfretauit in Angliam. Sed
euauit tantus labor Anglorum pertinacia.

ERAT à Christo nato post mille quadringentos sextusdecimus, quū per instantiam
oratorum in vrbe Lubica regionum, à Sigismundo missorum, & per accedentem præ-
sulum Erici regis Danorum, ciues iam flexis ceruicibus detumuerunt, &, iam rebus
compositis, redire in patriam exulantes consenserunt. Peruenerant vocati in villam
Crummesse, paufantes ibi, donec de omnibus conueniret. Exierant ad illos amici salu-
tantes: venerant alij simulantes quod non erant. Aliquot ibi dies detriti sunt. Tum verò
die Martis post Trinitatis, primo mane, iussi per regios oratores propinquabant vrbi
stantes ad capellam diui Georgij: quem in locum ab vrbe illis occurrerant memorati
oratores cum nouo concilio. Excipiuntur cum honore, & iunctis lateribus vrbe introi-
bant. Primus miles proconsulem seniore habuit collateralem: deinde Iodocus cano-
nicus alium sibi proximum iunxit proconsulem: inde noui proconsules, veteres cōsu-
lares, suo ordine singuli singulos deduxerūt. Ea pompa per vrbe peruenitur ad eccle-
siam diuæ Mariæ. Ibi consularibus in suas sedes restitutis, solennis de summa Trinitate
missa peragitur. Qua expleta, simili ordine proceditur in prætorium. Locantur in sua
subsellia veteres consulares: nouum cōcilium stabat in fronte sedis: nudatis capitibus,
veniam de omnibus quæ patrata sunt, humiliter deprecantur. Tum Iordanus Plescow,
primus redeuntium, Vt nobis, inquit, peccatoribus de multis erratis misereri dignetur
altissimus Deus, remittimus vobis ex animo cunctas offensas, futuri vobis semper ami-
ci intimiores quàm antea. Ceciderunt multis lachrymæ, audito tam molli propitiatio-
nis & tam facili verbo. Multi ex his per octennium integrum morte perierunt: soli octo
redierunt cum cognationibus suis. Igitur vt expleretur antiquus sedentium ad concilia
numerus, ex destitutis nuper (hoc est ex nouo cōcilio) quatuor allegerunt, coaptaruntq;
in suum numerum, vocatis primū sex illis consularibus, qui toto tempore manserunt
in vrbe. Adiecerūt ex aliis sex, ex mercatoribus quatuor: ex iis qui patricij vocari amāt,
duos. Igitur rebus in hunc modum compositis, regij oratores non vacui, sed magnificè
munerati, redierunt alacres ad regem.

WISMARIENSES ciues, qui exemplo (vt diximus) Lubicensium tumultuati, sena-
tum suum submouerant, quosdam etiam vrbe eiicientes: quum insuper principes suos,
excitato (vt diximus) tumultu profugere coactos, in se amaricassent: viso Lubicensium
exitu, quum malè sibi timerent, nec opem iam sperarent ab Lubicensibus (quibus antè
videbantur innixi) de reconciliatione sua apud principes cœperunt cogitare. Submissis
autem amicis ad principes, peregerunt, vt quum veniam precaturi accederent, non re-
pellerentur. Id effecit expromissio decem milliū marcarū, vt aboleretur offensa. Con-
cilium nouum vbi à principibus constitutum locum acceperat, cū præstantioribus vr-
bis eò contenderat: venientesq; in cōspectum principum, veniam postulaturi, pedibus
illorum prouoluuntur. Boni principes, increpitos breuiter asurgere iusserūt: & veniam
impartientes, cum illis vrbe ingrediuntur. Duces ipsi, Iohannes & Albertus, prætorium
adeunt, subselliis se locant consularibus, iubent iuxta se veterem & eiectionem senatū cō-
fidere: & vacuatis sedibus, principes pro suo arbitratu ex honestioribus ciuibus allege-
runt: & aliis administratione destitutis, veteri senatui, omnem reipublicæ administra-
tionem permittunt. Per eandem ætatem, priusquā Romanorum regis oratores Lubica
decederent, quum de sedecim millibus aureorum impeterent quatuor illos noui quon-
dam concilij proconsules (qui tum fuissent cōmunitatis ad eundem regem nunciij) nec
haberent quod satis ad rem responderent: protracti sunt, eisdem oratoribus iubētibus,
in carcerem: in quo permanserūt ab Assumptione diuæ Virginis, ad diē sancti Michae-
lis. Tum ab eisdem relaxati, pollicentur se Romanorum regi quamprimū præsentatu-
ros: quod & fecerūt. Et ita rem peregerant, vt cū gratia regis & incolumitate corporum

redirent in sua, non sine magno suarum facultatum dispendio: ita ut magno mercati videantur tãti temporis administrationem. Ut illorum exemplo discat cæteri modestius agere, non se sua temeritate rebus immiscere gerendis. Rostockenses ciues necdum sanam mentem receperunt, senatum suum exultantem recipere recusantes: quã tamen vicinarum urbium præsidibus annitentibus multa fieret. Sed illi non recogitarunt quod omnium iusto odio laborarent. Post multa verò ad cor reuersi, quanuis iuramento se astrinxerint nunquam passuros in urbem redire, reuocarunt exultantes. Non enim debuit sacramentum esse vinculum iniquitatis. Ideoq; vti meliori consilio, decretum mutauere. Restitutis autem in suum locum gubernacula permisere, cedentibus etiã qui occupauerunt vacua subsellia. Wisuariensibus erant infensi, quod sine illis ad reconciliationem (contra promissum) venissent: non tamen principibus suis eam irrogauere contumeliam quam Wisuarienses: & ideo facilius, exoluta pecunia, gratiã redemerunt, solutis sex millibus marcarum Sundesum. Iam ergo Wandalicis in urbibus res pacatã videbantur. Nam quæ vnus exemplo Lubicæ intumuerant, eiusdem non prosperis successibus commonitè respuerunt. Quo tempore Iohannes dux Magnopolensis coniugem accepit dominam Katharinam, germanam sororẽ Erici ducis inferioris Saxonie, se tertio consanguinitatis gradu contingentem, aut (quod est probabilius) tertio affinitatis gradu. Erat enim relicta domini Iohãnis de Werle principis, cuius fratres Balthasar, Wilhelmus. Quocirca cõmonitus ab ecclesia, nec emendatus, diu est subiectus excõmunicationi, paruipendens. Demum misso ad summum pontificem nuncio (qui tum primùm electus est) Martinum v. apostolica dispensatione acceptam cõiugem retinebat: & ex ea sustulit filios Henricum, spem generis, & Iohannem sine prole deficientem.

CAP. 26.
Gdanensis seditionis auctores supplicio afficiuntur.

IN Prussia quoq; Gdanensem urbem (quæ inter alias recens & hesternã computatur) grauis tum cõmotio quassabat. Ciues se opposuere patribus propter monetã, quæ tum instituta grauare videbatur populum. Consulares plebe sæuiente per tumultum, fuga sibi consuluerunt. Arcem petentes dominorum suorum, in ea tum vrbe florentem, per benignè excepti fouentur hospitaliter. Cõmendator vir animosus, septus ea quam potuit breui contrahere multitudine, descendit in urbem: primùm leuibus verbis tumultum sedauit: deinde acrius inuectus corripuit. Demum vbi cecidisse videt animos populares, euocari iubet delatos sibi factionis principes: quorum ex numero sceleratioribus octo & decem publico iubet feriri gladio, ad quadraginta proscripsit. Ita reddita est vrbi tranquillitas. Mirum est tam breui coaluisse urbem in id quod tum erat, & nunc magis apparet roboris ac magnitudinis. Viuit hodie, qui audisse testatur auum suum retulisse, quod ex patre acceperit, venisse se Gdanum, sui tum oppidi nuncium & oratorem, concilium adisse eius tum loci publicum: id erat coactum in priuata domo, quæ vnica tum ex lapidibus lateritiã stabat ad forum: nam cæteræ cannis palustribus & limo horruerunt, rusticam antiquitatem testantes. Ingressum vidisse patres conscriptos, in mensa, quæ fuit in cõspectu, cultellis ad componendum symbolum per plana demissis, ad metam ludere: eam tum fuisse grauitatem publici concilij. Ab illis exordiis intra vnum seculum in id roboris urbem coaluisse, non sine causa miramur, ut eiectis dominis suis, fratribus Theutonicis, regem Poloniae (cui etiam nunc parent) inuocauerint. Quam rem suis infrã locis exequemur. Lubicensis verò senatus iam repositus, rem publicam administrabat: nec dum tamen priuatarum quisq; rerum suarum possessionem tenebat. Nam per annos octo multæ sunt in vrbe factæ possessionum translationes: nec poterat in sua causa sibi ius dicere. Placuit communi senatus & ciuium voluntate, ut compromitterent in vicinarum urbium ad hoc specialiter missos oratores. Venerant de Hamburgo, Rostockio, Sundis, Luneburgo, Wismatia, Griepswaldo, ad hoc missi consulares. Sedent in consularibus subselliis missi ciuitatum oratores: stat vna ex parte senatus Lubicensis, ab altera ciues ipsi. Modestè impetunt, iustitiam de suo poscentes: nec minus ciues pro sua parte respondent, aut se coemisse expensã in publicos vsus pecunia, aut aliunde iusto titulo peruenisse in suam possessionem quod vendicabatur. Tanta erat rerum intricatio, tanta perplexitas, ut vniuersa quindena in eius rei discussione consumeretur. Diligenter auditis impetitionibus, pensatisq; responsionibus, & quæ quisq; in auxilium sui iuris adducebat: conuenit inter arbitros, ut rem qualitercunque componerent, constitutis pœnis in eos grauissimis, de voluntate partium, qui rebus conuentis aliquan-

Gdanum vrbs ex parnis iniuriis amplissima.

Reduces Lubicenses sua repperunt.

aliquando niterentur contraire: omnibusq; iam prout res passa est compositis, in sua redierunt. Quo tempore Ulricus dominus Stargardie, princeps aliàs optimus, in armis promptissimus, & ad victoriam felicissimus, sæpe parua manu maiores fudit copias: inclusus sæpe hostium agminibus elabatur. Erat magnitudini animi comes dexteritas: sed qui armis vinci non potuit, fraude suorum (ut fama est) toxico periit. Per idem tempus Conradus Bonow, pastor ecclesiarum Sundis (cuius occasione grãde, quod diximus, malum concrematorum in ea vrbe sacerdotum prouenerat) ab Degenardo Buggenahen, viro militari primario eius terræ, quem Marcallum vocant, cæsus interiit. Armis enim pugnantibus occubuit, ad verbum de ore veritatis. Hoc est illud tempus anni 10 xvi. in nouo seculo, quo diu tentata, & magnis sumptibus & laboribus intentata pax 1417. ecclesie catholice redibat, electo in summum pontificem Martino, prius Odone, cardinali de Columna, viro ad omnia probatissimo: qui per annos xiii. vnicus & indubitatus pontifex rexit ecclesiam sanctam Dei.

IN Bohemia iam crescentibus malis, in id temeritatis hæretici peruenerunt, ut confusis ordinibus in ecclesia, laici se administrandis sacramentis ingererent. In ipsa vrbe Praga inuentus est hæreticus, ordine laicus, artificio sutor, qui nõ cedens sacerdotibus, cepit atrectare dominica sacramenta. Wentzlaus rex, aliàs ignauissimus, quum hoc audisset, magno lethargo excitatus aliquando se commouit: nam captum sacrilegum igne iussit concremari. Mons est Bohemice (Cudwis vocant) in cuius oppidum venerat 20 miles hæretica forde maculatus: ecclesiam ingreditur ad sacrum mysterium, magis ut irrideret quàm veneretur. Sacerdos sacro sanguine iam accepto calicem constituit in cornu altaris: accedit miles, calicem aufert, & cum turba famulorum tabernam gratulabundus ingreditur, lucratus aliquot dierum impendium. Primus hauriens de calice, socios inuitat in id ipsum: ita ludibrio sacra vasa habuere, irridentes. Sequutus mœrens presbyter, obuium habuit germanum fratrem suum. Sciscitatur ille quid mœstus esset: audit Dei contemptum, & militis insolentiam. Consolatur fratrem: non se gustaturum panem, priusquam Dei iniuriam vindicarit. Socios laboris interpellat, qui in fodiendis mineris operantur: durum à stirpe genus. Spontaneos ad vliscendum Dei & ecclesie contemptum habet: obseruant militis exitum de taberna. Adoritur primus sacerdotis germanus, cur de altari deq; ecclesia sacrum calicem in Dei contumeliam, & germani fratris iniuriam, abstulisset. Ille nec respondere dignatur seruili homini. Corripit mox inuasor gladium, & militem obruncat. Famuli necè domini vindicare conati, ad vnum omnes viri viginti opprimuntur. Octauus decimus erat annus in hoc seculo, quum in vrbe Lubica (quod sæpe antè & post) solennis erat conuentus oratorum, ab urbibus de cõmunione Hansæ Teuthonice, de Westphalia deq; Traiectensi diocesi, de Saxonia deq; maritimis Wandalicæ, de Prussia deq; Liuonia, super rebus mercaturarum, in diuersis, quæ tum quatuor florere, emporiis, in Flandria, Anglia, Norwagia, & Russia. Hi quum conuenissent viri prudentes, primùm missis è suo numero quibusdam in Daniam, pertentantur res tum magno bello tumultuantes cõponere: quod ciuitates Wandalicæ (quod 40 in Dania diximus) se iam rebus implicuissent pro ducibus Slesuicibus. Sed nihil tum magnum ex ea legatione prouenit. Quod autè ad negociationes & mercaturas pertinet, multa constituerunt salutaria, de nauibus, deq; nauigantibus & negotiationibus, de communicandis priuilegiis aut denegandis, deq; aliis rebus quæ intercurrunt negotiis mercatorum. Ea q; diligenter sunt redacta in scripturam: cuiq; in suam ciuitatem datur exemplum constitutionum. Recessus ipsi vocant: quamuis iustius statuta ac placita dicerentur: quia illis, velut legibus, vtuntur ad omnia negotia & causas disceptantium in iudicio coram senioribus, qui concilio publico asciscuntur in locis memoratis, vbi est solennis mercium & rerum conuectatio (Stapulam ipsi vocat, Emporium dixere Latini) quibus in locis communiti sunt mercatores principum priuilegiis, quæ communia 50 sunt ei generi hominum de cõmunionem Hansæ.

VRATISLAVIA vrbs est Slesie in solo Wandalico, modò regi parens Vngarie: CAP. 28. olim pertinebat ad Bohemiam, cui est coniunctior. In ea tum vrbe, graui tumultuatione populus patribus hoc tempore insurrexit. Æs grande alienum qualibuscunque ex causis contraxit ea ciuitas, vel in muris & propugnaculis extruendis, vel aliis rationabilibus ex rebus: quod quum cõmunitati detegeretur, ut ope mutua releuaretur.

tur respublica, indignata plebs grauiter patribus, excitato tumultu deiecerat eos administratione, quasi qui priuatis impendiis publicam pecuniam insumpissent, iussos abire domum & publico abstinere. Nouum tum per tumultum populus creauit conciliū pro suo arbitrato, statuens annuam in reliquū esse administrationem: quod honor magis per multorum ciuium capita crebresceret. Arbitrati sunt perpetuum consulatum non esse aliud quam occultam tyrannidem, quæ se aliquando cum magno ciuium proderet incommodo. Qui verò creati fuere noui consules, quum cernerent debita legitimis ex causis conflata, nec posse ciuitatem ex his emergere, nisi communi per omniū ciuium capita instituta collecta: idq; iustis rationibus ciuibus persuadere conati, extrema sibi mala exciuerent: nam conciti plebei ea re in furorem, ad vnum omnes crudeli cæde ma-

Plebs nouos consules, quos creauerat, necat.

CAP. 29. BOLISLAUS per hæc tempora Polonorum rex, tantam infidelium multitudinem iussit baptizari, vt pro numero eorum nec nomina reperiret, quæ imponeret singulis. Omnibus eiisdē villæ maribus vnum dedit, sceminis item vnū, vt discrimina inter se sortirentur: nec sic sufficere nomina videbantur. Turcorum gentis eam fuisse multitudinem tradunt annales. Nam ea tempestate contracta videbatur potentia Turcorum, capto Imperatore eorū ab Tamerlane, filiiq; varia sorte dispersis: & ideo Christianis tum principibus aperta videbatur ad victoriam via. Vnde factum est vt Sigismundus quoq; Vngarorum & Rom. rex, tam crebros de illa gente duxerit triumphos. Quo tempore Hussitæ in Bohemia hæretici, de morte sui magistri furentes, eamq; vindicare in fideles catholicos statuentes, in ipsa Praga facto cōcursu, per agmina inuadunt fideles. Cartusiam appropierant: quos reperere perimunt: ipsam a fundamentis euertunt. Idem in omnia religionum loca factitauerunt, nulli parcentes ætati aut sexui: vt erat genus Bohemorum semper ferum & crudele: nunc autem accedente perfidia hæretica, adeo incruduit, vt intolerabile fiat vniuersis. Magno semper odio religiones illi hæretici prosequuntur, infesti ante omnes fratribus prædicatoribus & minoribus, quorum opera periisse magistrum suum Constantiæ queruntur. Magnam Christiani sanguinis vim profuderunt, magnam Christi sanguini iniuriam intulere quotidie, magnam reliquis sacramentis contumeliam. Concilium Pragensis vrbe publicum obuam ire malis initio contendit, principibus nouæ factionis clam in prætorium euocatis: primū verbis placare, & ad sanam mentem reducere contendunt: quo frustrati, spiculate immisso iubent pœnas sumere, clanculo illis obruncandis. Cruor qui per canales manauit, prodidit. Vbi innotuit esse cæfos, populares occurrunt: & ipsos patres, nisi fuga sibi cōsuluisent, ipso oppressissent in prætorio. Cæforum corpora feretro imposita, sustulerunt in humeros, circumferentes, quasi Christi martyribus laudes concinunt, Hi sunt sancti, qui pro testamento Dei sua corpora tradiderunt. Frater erat quidam Augustinensis, qui nimio zelo ferueret in nouam hæresin diuulgandam: hunc viri fideles clam de medio sustulerunt. Anus naçta caput occisi circumtulit, & hæreticorum turbam ad arma conciuuit, vt in tumultum versi, scuirent in omnes fideles. Multa tum ac varia prælia sunt facta in gētem perfidam. Duces Saxonie, marchiones de Misna, Colonienfis, Treuerensis, Moguntinus, archiepiscopi, aliquando diuisim, quandoq; iunctis agminibus, in perfidos sunt inuecti, sine magno fructu. Ipse Romanorum rex Sigismundus, iam malis coactis per magnum tempus, par euertendis non fuit. Fama est principes Teuthonicos aliquanto seriofius rem aggressuros, si quas bello terras occupassent, iure gētium tenere licuisset. Sed nō patitur regnum lacerari rex, testatus suum esse patrimonium, quod alienigenis permittere nec vellet nec liceret. Si pro Dei gloria & honore orthodoxæ fidei militare constituerent, esse paratum illis in cælo præmium: se quoq; non ingratum futurum iis qui

Sibi magis quam Deo catholici militant.

qui præcipuam operam impenderent edomandis ceruicibus perfidorū. Hæretici mira vti fortuna, aut pares aut superiores confligentibus euasere. Rodolphus dux Saxonie, quum aliquando inter proceres Bohemorū, defensores nouæ sectæ, de mandato regis verbū faceret, vt ad meliorem eos sententiam reuocaret, breui post moritur, signis extantibus in corpore sumpti veneni: quod illum toxico peremisse Bohemi putarentur.

IOHANNES interea & Albertus, duces Magnopolenses, Ericus dux Saxonie inferioris (cuius germanam Iohannes teneret cōiugem) exercitu contracto peditum equitumq; duxit in marchiam Brandenburgensem. Aderat illis Otto dux Stetinensis, copiis non contemnendis. Erat autem expeditionis causa, vt Iohānem Stargardiæ dominum vinculis eriperent: captum aut tenebat marchio memoratus. Erat enim perpetua illis palæstra principatus Stargardensis, de quo sine fine luctabatur. Quū marchiam Brandenburgensem sub Sigismūdo teneret Iodocus Morauie princeps, cōmendauit illam abiens Iohāni & Vlrico fratribus, Stargardiæ principibus. Marchiæ proceres, quū inuiderent, transeuntē Iohannem, quum ad Iodocū marchionem proficisceretur, capiunt, & in arce Plawe septē annis captū detinent: donec magno se lueret ere. Eius quoq; filius Iohannes, quū in eisdem pugnaret hostes, capitur ad villā Koblanke, & in captiuitate permanfit annis nouem, ad tempora Iohannis, qui Friderici marchionis erat filius: qui accepta non parua auri mole, captū laxauit. Sed in hac quā dicimus expeditione, laxari non potuit. Ne tamen frustra venisse viderentur, oppidū Strutzeburgū obsidione cingunt, oppugnantes. Ciues interriti, quū haberent etiā militare manum secū inclusam, defensionem institerunt: quotidie muris inambulabāt, omni telorū genere supernè iacto in hostes. Bombardas aliquot in propugnaculis habere: vno sæpe ictu vicenos opprefere: ita vt laxare obsidionem cogerentur. Et qui paruulo in oppido oppugnando nihil profecerūt, animos posuere maiora perentādi: retroq; ducentes agmina sua, sine magno fructu redierunt, quū nō paruum suorum accepissent detrimentum. Marchiam tum habuit cōmendatam ab Imperatore Sigismundo, Fridericus Burgravius Nurenbergensis: qui hoc beneficiū promeruit, defuncto sine prole Wilhelmo monoculo Misnensi, cuius principatus transiit tum ad filiū fratris: à quo iam in ducē Saxonie creato, transfuit Imperator marchionatū ad dictū Fridericū: & perseuerauit in ea domo marchionatus ad nostra tempora, diutius (vt confiditur) permanfurus. Hic est annus xix. post mille quadringentos, quū palladiū Rostockense, & publica academia, gymnasium literarum, per Martinū v. summum pontificē concederetur. Principes ipsi Iohannes & Albertus, ecclesias permisere magistris distribuendas: senatus vrbe constituit annua stipendia legentibus: multi ex vicinis contulere nō pauca in dotem eiusdem palladij priuilegiati. Sed ea nō diu permāsit ordinatio, surgente noua tumultuatione in vrbe: quod suo tempore dicemus. Quo tēpore Fridericus Brandenburgensis marchio in Wandaliā duxit exercitum, memor quod paulo antè à Magnopolensibus sua esset impugnata ditio. Accessit altera causa, vt arcem Gorlose, latrociniorum faulricem, aut captam euerteret, aut deditam in possessionē caperet. Nec eum fefellit expectatio sua. Captam enim euertit: & in ducem quoq; Stetinensem eadem expeditione duxit: captumq; oppidum insigne Tangermunde (quod ad ducē pertinebat) suæ fecit ditionis. Ab inhabitantibus olim hæreticis hoc oppido cognomē accessit, vt discrimen esset ad illud quod eiusdem nominis ad marchiam pertineret. Lubicenses tum ciues, quum piratæ tenerent infestum mare (ab Holsatis, qui tum Danorum regi confligerent, immissi) ipsi quoq; stipendiarios misere in mare, qui incolumem nauigationem præstarent mercatoribus. Contulere manus satellites piratis: victi piratæ fugam ineunt: insequuti sunt Lubicenses in Sacrum quem vocant portum (est autem oppidum maritimum Holsatiæ) coegerunt nauibus relictis terram petere. Nec quieuerunt Lubicenses, quo minus & ipsi in pedes coniecti oppidum ingrediuntur: xxii. ex fugacibus capiunt, cæteris dilapsis. Publico iudicio accusatos de piratica conuincunt, gladium perpetiuntur vltorē. Capitaneus Lubicam aduehitur, ibiq; pœnas perfoluit legibus. Venerat ea tempestate de Praga homo hæreticus, in diocesi natus Bremensi, oppido Vorden: applicuitq; Magdeburgum, femina perfidiæ sparsurus: detegitur archiepiscopo Guntero. Capitur, & examinatur: compertus est qualem eum rumor detulit: conuictusq; quū pertinax permaneret, degradatus, curiæ seculari & igni traditus euolauit.

CAP. 30.
Duces Magnopolis in marchiam.

I 4 I 9.
Academia Rostockensis origo.

Lubicenses in piratas.

CAP. 31. SIGISMUNDVS rex quum fortiter instaret Hussitis, arcem Pragensem, quam pridem occupauerant, de manibus eorum eripuit, & in montibus Cudwis castra fouens, parabat ducere in ceteros fidei desertores. Venerat eò ad regem vir militaris Zeucho, probatæ apud regem fortitudinis: qui deceptus Hussitarum errore, perditè pro illis agebat: sed apud regem simulauit pœnitentiam, prostratusq; veniam postulauit errorum. Rex non suspicatus subesse fraudem, non difficiles illi habuit aures, nec magnas obtendit reconciliationis condiciones. Receptus est in gratiam, quòd vir fortis esset: & vt conspicuus esset cæteris, cum literis & mandatis mittitur à rege ad custodiendam arcem Pragensem, in qua multa erant congesta ecclesiarum & monasteriorum pretiosa ornamenta, sacræ vestes ac vasa. Ille vir bonus, audacissimus latro, itinere medio magnâ 10 conflauit manum perfidorum: profectusq; Pragam petiit arcem, & exhibitis literis regis intromittitur cum omni suorum manu. Mox eiicit quos reperit custodes: sanctorû reliquias igne concremauit, aurea & argentea vasa, vestes sericas, & quicquid erat pretiosum, inter suos diuidit: arcemq; tuetur aduersus regem, pro quo credebatur aduenisse. Sed fraus fraude compensatur. Abierat aliquando Zeucho in longinquum, relictis arcis custodibus, quibus fidebat. Io. Polentz de Lusatia, quum sciret illum abiisse, armis, vestibus, equis, signis militaribus, se per omnia simulauit Zeuchoni: arcemq; petens poscit intromitti: nemo suspicatus est præter Zeuchonem esse alium, quòd ad omnia signa constarent. Intromissus, pro rege recepit arcem, eadem arte vsus qua illam Zeucho regi abstulisset.

Ars deluditur arte.

CAP. 32. LVBICENSES & Hamburgenses ciues, iunctis armis, hoc tempore arcem Bergerdorpe oppugnauere, quòd (vt in Saxonia diximus) clam multa inde latrocinia & excursionis fieri dicerentur per publica itinera. Equites habuisse feruntur DCCC. pedites duomillia. Oppidum facillè captum diripiunt, apparatus arcem oppugnandi faciunt: nec poterat virorum (licet fortium) qui arci præerant, instantia tueri eam ab tantis impugnantium viribus. Dedita arce potiuntur, posteaquam ad extrema venerunt qui custodiebant. Mox in Ripenborg ductû est: quæ arx, alteri lōgè impar, multo poterat minus resistere venientibus. Vtraq; potiti, ipsi gubernatores duarum urbium, alternis immittunt præfectum, mutatis per sextum quemq; annû vicibus. Per quæ tempora Groningenses in suæ gentis oppida duxerunt: Lewardiam occuparunt, Scauriam oppugna- 30 runt, & in suam potestatem redegerunt, iustum præferentes imperiû in eos. Mira Phrisonum vanitas. Libertatem præferunt fabulosam à memoria Karoli Magni, cuius literas se tenere iactitant. Sed exemplar earum literarum adeò ridiculum, vt nullam fidem sed cachinum faciat: ita ab annis qui annotantur, à personis quæ in testimonium consignantur, tumultuarium est: fictor literarum quisquis ille fuit, præter volûtatem mentendi, nihil videtur habuisse. Emendicatum exemplum apparet de quibusdam literis quas Karolus IIII. dedisse videtur ex aliis. Nam principes qui pro testimonio inferuntur, non Magni, sed quarti Karoli tēpora recordantur. Sit gens vetusta, & (si volût) fortis & honorata: præconem suum efferat Cornelium Tacitum, qui illorum recordatur in temporibus Neronis, & cum laude commemorat, quòd eorum oratores donati sunt 40 à Nerone ciuitate, quum delectaretur libero eorum iudicio & factis. Viderunt enim in confesso principum gentem peregrinam, & quum interrogassent quid sibi vellet peregrinorum cōfessus, essetq; responsum, hoc fidei præstitum eius gentis à qua missi venerant: tum Phrisios sua sponte assedisse, præferentes, nullam esse gentem Germanis fide præstantiorem, eoq; delectatum Imperatorem eos insigniter donasse.

Phrisorum Legatorum iusti ea libertas.

CAP. 33. WARSLAVS dux Wolgastensis Degenardum Buggenhaghen, virum militarem, primarium eius terræ, qui (vt supra diximus) Conradum Bonow Sundensem pastorem & turbatorem oppressit, ad epulas inuitauit, quas in quodam molendino iussit apparari. Euocati eòdem duo Sundenfis oppidi proconsules, non venere, quòd fortasse quid ageretur suboleuissent. Non insulamur principē prodicionis: sed exitus declarat non 50 fuisse illum ignarum machinamenti. Venerat Degenardus, & cum principe suo cōiuatur, nihil mali suspicatus. Inter epulas, venit ex familia principis, qui diceret, magnû ad equitare globum armatorum. Mox consurgens Degenardus, quod erat suspicatur, vindices venire necis nuper à se peractæ. Vbi parat abitur, à quodam astante percussus in caput ense, cecidit. Irruere armati, & in conspectu principis mox iacentem oppresserunt.

Degenardus, vir fortis, dolo interimitur.

runt. Fama volat in urbem: mox ex vrbe in cæsi arcem mittitur nuncius de nece domini, & vt diligenter tueantur, moniti sunt arcis custodes. Nec diu post venit Degenardi cæsi scutifer cum valida manu, missus à principe, vt arcem Wolde dictâ, eius nomine acciperet in potestatem. Sed exclusus frustratur, quum essent (vt diximus) arcis custodes præmoniti. Quo etiâ tempore Iudæi per Bauariam, arma pecuniasq; subministrare Bohemis hæreticis, quòd promptius infestarent fideles catholicos. Gaudium erat infelicitium & perditorum hominum, quòd Christiani mutuis se viribus attererēt. Sed Fridericus dux Bauariæ, re comperta, Iudæos omnes captos misit in carcerem: rebusq; exutos docuit alienis malis non gaudere, nec insultare Christianis. Nam bona eorum 10 omnia (quæ non pauca fuere) iussit ilico confiscari.

DVRABAT per ea tempora bellum inter Danorum regem Ericum & duces Sleswicenses. Hamburgenses tum pro suis (vt debuere) zelantes principibus, immiserant mari duodecim ex grandioribus naues. Propria sorte nauigabant spontanei quicq; sibi habituri quicquid lucrarentur, nec à quoquam stipendia accepturi. Littus occiduum Iutiæ infestum fecere: obuiam Danorû manum cõfligentes superauere, demersis tribus ex eorum numero nauibus, in quibus non pauciores ducentis ex Dania perierunt. Interim Henricus dux per terram duxit in Iutiam: populabundus vbiq; ingreditur: oppida ære multauit, quum redimerent incendia & prædas: villæ per agros direptæ sunt: multi ex incolis, qui ditiores putarentur, abducti captiui, vt in tempore excussi redime- 20 rent ære suo captiuitatem. Interim Bohemi Hussitæ, quum ex arce Pragensi ab regiis infestarentur, obsidione cinxerunt & expugnauerunt arcem memoratam. Omnem regis familiam crudeli nece peremerunt, & suis impositis, præsidium firmauerunt. Rex vbi comperit, magna suorû stipatus manu ducit in perfidos. Illi concepta audacia, quum etiam deforis auxilia non desissent, ad regē exeunt præliaturi, aciem illi opponere ausi. Gaudet ille foras prodiisse temerarios: quos in vrbe opprimere difficulter potuit, confidit in acie casuros. Sed illi ferarum immanium in morem profiliunt, regi q; incumbunt violenti, & quàm putabantur fidentiores. Cadunt vtrinq; plurimi: sed maior fit strages regionum. Ita diaboli milites catholicis etiam tum præualuere Christianis. Ferunt supra decem in eo prælio comites tum oppetiisse, cum innumera manu militum, ac mili- 30 tarium simul & gregariorum peditum.

SVNDENSES ac Gripswaldenses ciues, quum ferrent indignissimè necem optimi & eis amicissimi viri Degenardi, nec essent in eius cognatione qui vindicaret, arma corripunt, arcem oppugnant, captamq; dilapsis prius patricidis, communiunt: breuiq; interposita mora, Melerow, quò se contulerant memorati sicarii, ducunt, cingunt, oppugnant. Vbi videt loci dominus iam penè captum fortalitiu, lacum qui adiacebat, pertransire lintre, vt elaberetur, conatur. Sed nauicula non ferebat armatum: euerfa demergit armis grauem. Sedecim in arce capiuntur: qui in urbem protracti publico iudicio condemnati, quum prius alligati equorum pedibus per urbem traherentur, rotis excarnificantur. Cadauer nuper demersi militaris, iam penè corruptum, corio insui- 40 tur, & rota suffixum, volucris cœli ponitur exedendum. Ita memorabili exemplo, necè amici militaris persequuti sunt ciues. Interim Hussitæ Bohemi, miris per regnum sæuitiis debacchati, in catholicos ferebantur. Exusta oppida, direptæ vrbes & vici: ecclesiæ concremata, monasteria omnium ordinum (quibus infestiores fuere) penitus deleta. Sacræ virgines constuprata, occisi sine numero monachi, sacerdotes: nulla vis obstitit. Sæpnumero impares, maioribus superatis viribus, victores. Sigismundus rex, iam bello Turcorum magno per Vngariâ implicitus, adesse non potuit: quocirca principes electores inuitauit vt armis obuiam irent. Tentatum est sæpe frustra: sæpe magnis cladibus cæsi sunt exercitus catholicorum. Aliquoties & ipsi hæretici superantur: sed semper ad arma consurgunt fortiores. Iam montem Cudwis munitissimum, quem rex firmabat præsidio, hæretici occupauerunt. Fridericus & Wilhelmus Misnæ marchiones validum in Bohemos exercitum produxerunt: & transitis montibus, ad oppidum Bruxe hostibus occurrerunt. Hic iam miserante Deo, quum magna esset peracta in perfidos strages, fugam inierunt, intra oppidum se recipientes. Sequuti principes obsederunt, & impedimentis bellicis adhibitis etiam oppugnauerunt. Vbi muri iam penè cessisse bombardis videbantur, hæretici captos quos tenere ex catholicis, gran-

CAP. 34.

Danorum in Iutia clades.

Hussitæ capta arce, prælio sunt superiores.

CAP. 35.

Degenardi caedes vindictatur.

Hussitæ nulla hostium videri possunt.

*Hufitarū op-
pidum expu-
gnatur.* dibus affixere clypeis, vt nontifi per eorū corpora muri confringerentur. Calamitofi
vt poterant acclamauere, non sibi parcendum dicentes, vt vindictam sumant de hosti-
bus Christianorum. Sed prouenit, largiente Domino, & fortissimis viris instantibus, vt
oppidum illis non læsis caperetur: qui arma contrā tulere, cæsi sunt omnes ad vnū. Sed
hæc victoria non confregit animos perfidorum.

CAP. 36. *Expedio in
Hufitas ne-
quicquā sus-
cepta.* IN perfidam Bohemorum hæreticamq; gentem Martinus papa, plenissimis indul-
gentiis concessis, inuitauit principes & omnes Christianos. Conuenit innumera ad diē
multitudo equitum peditumq; magnis vbiq; animis, in eam expeditionem. Alij pecu-
niam, alij arma, alij reliquum apparatus contulerunt: multi pro se misere equitem aut pe-
ditem, subministratis sumptibus. Cōuenerant frequētes cum magnis agminibus prin- 10
cipes: solus Romanorum rex expectatur, ille moram excusat in Vngaria. Sed tãx mul-
titudinis exercitum diu alere sine fructu & labore, infinitum videbatur. Placuit euoca-
tis proceribus, etiam rege non expectato, concilium agere super administrando bello.
Dum in concilio deliberatur, incertū vnde, ab hostibus an per incuriam, tentoria prin-
cipum terribili incendio concremantur. Stabant stupentes, incerti vnde hoc malū ori-
retur. Dum trepidat arma & equos educere, emerere hostes ex vicino oppido Sachs:
& implicitis catholicis fumo & labore superuenerant, & imparatis manus cōserentes,
multos perdiderunt. Ita magno molimine instituta expeditio, dum caput desyderaret,
cessit in vacuū: periire impensæ & operæ plurimæ. Nam qui sibi fuga consulere potuit,
satis tum erat fortunatus. Christiani verò principes, omisiss Bohemis in se versi, mutuis 20

*Christianorū
inter se princi-
pū discordia.* se armis lacerauerunt. Nam Fridericus Brandenburgēsis marchio in Ludouicum Ba-
uariæ ducem cōuertit arma, quæ in Bohemos comparauit: ingressusq; terrā ducis, ob-
uia omnia prostrauit: nec erat qui illi aciem opponeret: breuiq; magnam eius ducatus
partem bello cepit. Arces, oppida, vrbes, numero sex & triginta, in ditionem marchio-
nis, per id tempus concesserunt. Fuit per eā tempestatem in maritimis regionibus, tan-
ta aquarum inundatio, vt Deucalionis aut Noæ tempora in memoriam redigerentur.
Non longè Dordraco, insigni oppido Holladiæ, magna pars terræ palustris interiit. Se-
decim ferunt parochias cum innumera populi multitudine (quod dictū quoq; misera-
bile est) interceptas. Monstrant accolæ locum, mari per æstum (vt solet) relabente. Ma-
gna se per hæc tempora manus militariū virorum coegerat, vt non ad prædā sed ad præ- 30
lium exisse videretur, equites centum & octuaginta: qui obseruato itinere veniētium

*Prædones è lo-
co quò se rece-
perant, capti
abducuntur.* cum mercaturis currum, inter Albim & oppidum Molne, breues sibi nundinas cōsti-
tuerunt. Non potuit tantum agmen ire tacitum. Præmoniti Lubicenses Hamburgē-
sesq; in armis erant opportunis locis tendentes: occupauere vada & pontes, quibus re-
deundum videbatur eius generis mercatoribus. Nec dum enim venerant in manus eo-
rum optatæ merces: & iam omnia vada audiunt infessa ab vrbicis. Quid facerent viri a-
liās audentissimi, sed tum in casses penè coniecti, numero longè maiori inclusi? Recto

*Ericus dux
prædomibus
per fugium
præstat.* itinere Louenborg petunt, Ericum ducem adeunt: securitatem postulant, & impetrat.
Nam se in manus eius constituunt captiuos, ne sequentibus vrbicis consignentur. Ve-
nere armati ex vrbibus memoratis: arcem cinxere Louenborg, hostes publicos reddi 40
postulant. Dux autem ad se confugientes amicos respondit proderi se non posse, rede-
ant pacati in vrbes: se curaturum vt militares illi de iustitia respondeant: amicamq; in-
ter eos compositionem se facturum pollicetur. Non acquiescūt, asserentes, si publicos
ille hostes tueatur, pro hoste habendum: cognitum esse, eadem seueritate leges distrin-
gere receptatores latronum cum ipsis. Replicat dux, nihil illos perperam egisse, quibus-
cunq; ex causis venerint: cogitationis pœnā mereri neminem. Quumq; nullis verbis
exaturari possent vrbici, Ericus dux de voluntate hospitem suorum paciscitur vitam
& incolumitatem eorum: in quam rem fide publica interposita traduntur. Sed quū in-
telligerent ex illis nonnulli se in vrbes deducendos, suspectam habentes fidem ciuium
(quod sibi malè conscii essent) dilabuntur numero viginti: cæteri diuiduntur ex æquo 50
inter ambarum vrbium armatos. Equi & arma, more militari, in distributione venere sa-
tellitum expeditorum. Aliquandiu carcere macerati, dum ære suo libertatem redime-
rent, præstita securitate de non vindicando, in sua quisq; sunt redire permitti. Erant ve-
rò ex Marchia, Prignissa Magnopoliq; quos illa vetus Wandaliæ natiuaq; conditio per-
tinacius vsq; in præfens comitatur.

PRAGA

CAP. 37. *Saxones Danos
in præfens
Hollandiam
inueniunt.* PRAGA infœlix domicilium hæreticorum, in se versis manibus cruentissimo præ-
lio laborat. In vrbe veteri pro magna tum parte habitauere Teuthonici, viri fideles &
catholici, qui magnis sunt odiis hæreticos nouæ ciuitatis insectati. Frater quidam ordi-
nis Eremitarum Augustini feruebat noua hæresi, declamator ad populum eximius: qui
vbi libera voce in vrbe etiam veteri ausus est hæresin suam disseminare, non passi con-
sulares improbissimū hominem, capiunt: & cum quibusdā sectatoribus suis in tenē-
bras condunt, nunquam rediturum. Resciuit hoc alicunde vetula, seatrix eius, quæ
magnis clamoribus implebat vrbe nouam, sanctissimum prædicatorem eorum, fra-
trem Iohannem, à concilio veteris vrbis esse indigna morte peremptum. Tumultuatur 10
populus, & captis armis vrbe veterē inuadunt. Recto itinere prætorium petunt, repō-
scunt prædicatorem suū: & quos inuenerant, per tumultū oppresserunt, iniectoq; igne
domū ipsam publicam concremare contendunt: quiescentibus ad omnia viris bonis,
quod viribus impares hominibus nequā viderētur. Nam nisi deforis adiuuentur, infœ-
licius tentari bellū intestinum. Quo etiam tempore vrbibus maritimæ Wandaliæ, non
modò in latrones terra grassantes, verum & in piratas mare infestum habentes, maior
erat contentio. Multi se collocauere in Phrisiam, & ex eius portibus incurrentes, quo-
tidianam prædā fecere. Pertæsi aliquando Lubicenses & Hamburgenses ciues, clas-
sem instruunt, Albi educunt: mille imposuere armatos, bombardas & petralias ad ex-
pugnanda castella secum duxere. Peruenerant ad vicina oppida Dockem, vbi sciebant 20
esse domicilium piratarum. In ipso littore excitarunt sibi iidem magistri præsidium ex
cespite congesto, quod nullis bombardis quateretur. Groningenses sociā arma iunxe-
runt vrbibus memoratis, pertæsi & ipsi latrociniorum quæ fierent per mare. Oppugna-
tur præsidium fortiter: ab iis qui inerant defenditur. Sed præualere oppugnantes: cap-
toq; & funditus euerfo fortalicio, quadraginta quatuor viros, qui pugnæ supererant,
publico gladio cæsos, pœnas legibus dare coegerunt. Mox in vicinum oppidū conuer-
tunt agmina. Piratæ quum audirent exitum comparium suorum, fugam ineuntes abe-
unt. Oppidum ingressi vrbici reperiunt opimam prædā: recognoscunt sua signa mer-
catores. Phrisones se alienos culpæ clamant: sed tamen receptatores improborum bo-
nis omnibus nudantur: quidam etiam eorum capti abducuntur: sed postea incolumes 30
remittuntur. Interea qui pro ducibus Sleswicici infestabant littora Daniæ satellites, nu-
mero quingenti, opimam cernunt adnavigare prædā. Rex arcem Flensborg impor-
tatis armis & com meatibus statuit communire: ea inerant nauibus. Holsati aggressi na-
ues capiunt, Danos in mare proturbant, captas res Kilonem inuehūt. Henricus autem
dux, magna suorum, quanta potuit maxima collecta manu, arcem quam tum obfederat
rex (Dorning vocant) importatis com meatibus, quibus laborabant, asseruauit. Nam ag-
gressus obsidentes, deiecit duo præsidia quæ Dani exerant, & ipsis cernentibus fren-
dentibusq; quæque voluit arci inuexit, victor reuersus: satis securus, quod si non fame,
nunquam armis expugnaretur arx aliàs munitissima.

CAP. 38. *Dani ab Hol-
satis uicti.* DIU Lubicenses continuere, ne Danico bello implicarentur, memores regalis in
suos maiores propensionis, quod illos vel solus restituisset in vrbe. Sed quum satelli-
tes qui regi militarent, per mare sine discrimine prædarentur, inque regno non satis to-
lerabiliter haberentur mercatores Lubicenses: iuncti cæteris Wandaliæ ad orientem 40
vrbibus, hostilia & ipsi nunciare regi. Orientale ergo mare Lubicenses, Wismarien-
ses, Rostockcenses tutati sunt, in eos qui pro rege nauigauere. Hamburgenses per Al-
bim dilapsi, occidentale latus Lutiæ vastant: inuentisque nauibus, quas pridē Dani ade-
merant Holsatis ipsisque Hamburgensibus, quum neque anchoras, neque vela, neq; re-
liqua armamenta (quæ Dani consultò abstulerant) haberent, iniecto igne illas concre-
marunt: & littora vastantes Lutiæ, opimam prædā retulere. In Baltico autē mari (quod
à Baltia peninsula, non balteo nomen habet: nam ea continet, quod diximus, tria regna
50 aquilonis) Lubicenses cum orientalium vrbium viribus, grassantur in hostem. Iam rex,
Hollandinorū magnas naues, quæ ad anchoram stabant in portibus regni, armare con-
stituerat, & ciuitatum classi opponere. Præuenientes vrbici, anchoris, velis & funalibus
cas naues priuauere, quò inutiles regi essent. Quumque non tum armis rex posset oc-
currere, treugis constitutis, pacis curauit fieri mentionem: constitutoque loco ac tem-
pore conuentum indixit: sed frustratio fuit, vt sæpe antè. Consilium erat regis, vrbium

Yy

communitates longis & infructuosis grauare impensis, vt exorto murmure **consurge-**
ret plebs in patres: pace interim foris constituta, diu intus illi tumultuarentur. Ita inter-
pretati sunt plurimi tum regiam mentem.

BOLISLAVS interim Poloniae rex, Jagail antè dictus, & (quod sæpe commone-
mus) genere Letuanus, quum iniquam metem & alienum semper haberet animum in
fratres Teuthonicos per Prussiam, quibus etiam magnam ditionis partem ademisset: il-
li verò ab recuperando suo non quiescerent: ipse tum rex vocato in societatem belli Vi-
toldo (quem Alexandrum in baptismo dixere) fratruele suo, arma cõuertit in Prussiam.
Ferunt in exercitu eius fuisse ducenta millia pugnatorum. Fratres ipsi viribus & nume-
ro impares, animis etiam superiores sibi visis, fixerunt castra ad riuum vnde hosti transi-
tus erat. Quòq; hostilis exercitus quotidie incretceret, nec iam diutius sustineri posse
videretur, retro pedem fratres tulere: & transitu permisso, ad communiendas vrbes &
arces suas conuertuntur. Transito amne, rex obsedit arcem Lokow: sed ea tam erat cõ-
munita, vt nullam oppugnationem formidaret. Consumptis in eo labore diebus octo,
frustratus rex soluit obsidionem: duxitque in arcem & oppidum Resenburg. Habitato-
res loci diffisi, iam rebus in tuta exportatis, oppidum reliquere. Arx erat pontificis: nec
ille defendere fesus, incustoditam reliquit. Rex suos in arce & oppido collocauit: vltra
progressus omnem terram Culmensẽ igne ac ferro vastauit. Incolæ id veriti, res om-
nes & pecora cum affectibus exportarunt in insulã quam duo flumina Vistula & Tre-
uenitz efficiunt: inque eam multi commigrarunt. Vada autem fluuiorum ita commu-
niant, vt difficillimus fuerit hostibus trãitus ad illos. Dum ita sæuirent in Prussis Po-
loni, fratres exercitum octo millium expeditorum mittunt in Poloniam, qui egregie cõ-
pensabat damnis damna. Immunita in regno (vt sunt ferè) omnia oppida diripiunt: mu-
nitiora expugnant, satis vbiq; prosperè. Quinque vrbes oppugnatione facta ceperunt.
Crone monasteriũ, quod rex ipse in castellauit, exercitus fratrum expugnauit, cãso cũ
multis loci præfecto: solo munitionem æquant. Interea rex in Prussia Culmensẽ vr-
bem expugnat, firmatque suo præsidio imposito: ecclesiam maiorem in castellum com-
munit, per domos canonicorum castra dispartitur. Magister autem, quantas potuit vi-
res contrahens, regem in ea obsedit vrbe. Quanto enim erat exercitus regis numero-
sior, citius erat expugnandus fame. Inque eam necessitatem breui regem perduxit, vt
prior pacis faceret mentionẽ. Constitutis autem treugis copias magnas dimiserunt. Sub-
missisque viris prudentibus, rem omnem & controuersiam his conditionibus pacauere,
vt fratres duabus arcibus, quas in finibus suis aduersus Letuaniam erexere, Nesse &
Drauenburg, cuersis & demolitis, regi duci que in Prussiam, quoties vellent, iter per-
mitterent. Dura erat conditio: sed necessitas aliam non habuit legem. Dum hæc age-
rentur, superuenere principes Theodericus archiepiscopus Coloniensis, & Ludouicus
dux Bauariæ, missi ab electoribus principibus, vt intercepto bello de pace agerent, in-
structi mandato regis Romanorum. Hi renouatis tractatibus, reuocatisque pactis prio-
ribus, in tolerabiliores rem redegere conditiones. Quibus per omnia firmatis, in sua
quique redierunt.

CAP. 40. PER hæc tempora, qui fuit annus à Christo nato vicesimus tertius, in nouo seculo
I 4 2 3. quadringentesimo dilapso, Iohannes dux Magnopolensis, in arce Zwerino diem suum
obiit, duos paruulos relinquens, Henricum & Iohannem: quorum Henricus ad nostra
tempora peruenit, pater eorum principum qui nunc rebus præsumt, Magni & Baltasar.
Sed tum paruuli sub matre Katharina educantur. Rerum autem gubernacula accepit
Albertus dux, Alberti regis filius: sed ea non diu tenuit, subtractus ex hac luce sine
liberis. Quo tempore in Bohemia, rebus semper in deteriora prolabantibus, hæretici
creuerunt, crudeliter digrassati in omnes fideles catholicos, sed seuerius in religiosos:
quum dicerent factitias religiones esse adinventiones diaboli: vnam esse veram & soli-
dam & synceram Christianæ pietatis religionem: quam in magno ecclesiæ monaste-
rio, sub abbate Christo, omnes profiterentur in Christo baptizati. Obsederunt tum
hæretici magnis apparatus arcem regni præcipuam Karlstein. Inerat cum valido
præsidio Iohannes Polentz, regis capitaneus: sed à fame illi periculum imminebat:
nec par esse potuit obsidentibus, vt in aciem educens illis se obiectaret. Coangustatus
ergo, inuenit qui soluta obsidione commeatus illi importarent. Fridericus Misnæ, &
Frider-

Fridericus Brandenburgensis marchiones, & Ludouicus dux Bauariæ, trib. agminibus
adoriuntur obsidentes, & facto impetu in eos, aliquot millia fundunt, vertuntque in fugam
obsidentes. Ita arx præcipua, quæ multa seruabat pretiosa regni Romani insignia (quæ
illuc Karolus III. inuexerat) de manibus perfidorum eripitur. Quo tempore Frideri-
cus de Brandeburgo marchio, in Parlberg cum Alberto duce Magnopolense, de diu-
turno inter eos bello pacando colloquium habuit. Suberat belli causa, quòd militares
finem non facerent depredationum assuetarum, principi quidem suo se purgantes, aliis
tamen innocentiae suæ fidem facere non poterant. Compertum est, vtriusque principis
consiliarios non æquè ad concordiam laborare, quòd quibusdam pacis tempora quam
belli erant grauiora. Hoc quum marchio comperisset, omni suorum cõetu cõciliũ dimis-
so, idque ex Alberto duce deposcens, solus cum solo negotia pacis pertractauit: & conue-
nit inter ambos, vt Fridericus duas arces, Domze & Gorlose (quas ex Magnopoli per
bellum acceperat) de benignitate redderet, filiamque paruulam illi coniugem desponde-
ret. Iohannem tamen iuniorem Stargardiæ dominum, quem captum tenuit, necdũ re-
laxauit: prætenfis quibusdam ex ratione causis, vt in alterum diem hoc seruaret. Erat tũ
bruma gelidissima: quæ vsque adeo mare constrinxit, vt equites mare transiret ex Prus-
sia Lubicam. Littoralibus credo locis constructum mare, iter præbuisse terrestre. Nam
mediis in fluctibus rarò est tanta quies, vt constringi patiatur.

20

LIBRI DECIMI FINIS.

ALBERTI KRANTZII

WANDALIAE LIB. XI.

MAGNOPOLENSIS insignis Wandalia ducatus, per Albertum du-
cem, Alberti regis filium, administrabatur. Nam nepotes eius ex Io-
hanne fratruele, Henricus & Iohannes, impuberes tum fuere, educa-
ti sub matre Katharina. Albertus autẽ, vix exacto anno à die despon-
satae sibi impuberis puellæ, diem suum obiit. Intacta puella rediit in
paternam domum, ad patrem Fridericum marchionem. Oppidum
Wittenburgum cum pertinentiis, donatione propter nuptias habe-
bat deputatum. Sed quoniam in sponfalibus res hæsit, nec est peruentum ad nuptias, ar-
bitrati sunt Magnopolenses, donationem factam nõ constare. Est enim propter nuptias
vocatata, etiam si antè fiat. Cõmiserat autem Albertus moriens, terram & tutelam nepo-
tum ex fratre, gubernatoribus vrbiũ Rostockii & Wismaria: non vt administrarent
principatum, sed vt consiliis & auxiliis fouerent paruulos. Mater autem paruulorũ do-
mina Katharina, Matthiam Axkowen militem, virum ad omnia fortem, præfecit rebus
gerendis & eius ductu & ministerio, cuncta pro imperio ipsa gerebat: mulier prudẽs, &
quæ æquaret, multosque superaret virtute. Quo tempore Ericus rex Danorum causam
suam apud regem egit Romanorũ Sigismundum: euocauitque duces Sleswicici, vt de du-
catu coram illo rege transigatur. Crediderim arbitrum causæ factum regem Romano-
rum. Alioqui Dania nunquam subesse passa est Romanorum imperio, vt tum rex legi-
timus videretur in causa iudex: sed quòd de volũtate partium susciperet arbitrium. Idque
vt credam, inde adiuuatur, quòd si Dania vel iure vel consuetudine vteretur Romano-
rum, plana causa videbatur & expedita, vt filii patri surrogarentur. Sed quoniam ius autẽ
consuetudinem Romani feudi Dania non agnoscit, putabant regii concessionem Ger-
haro patri factam, non esse realem, sed personalem. Abiudicauit tum rex Romanorũ
ducibus Sleswicensem ducatum, ex qualibuscunq; documentis, quæ pridem attulisset
quidam, ad hoc in Daniam missus, decretorum doctor. Sed deuolutum est laudum, re-
ductumque tanquam ad arbitrium boni viri, ad discussionem summi põtificis: qui cau-
sam Theoderico Coloniensi archiepiscopo cõmisit audiendam. Indignatus autem Ro-
manorũ rex, quòd auderet falcem papa in non suã messem dimittere, exostulare iussit

Yy ij

ad hoc missum oratorem. Poterat autem, nec omisit, summus pōtifex (quod optima ratione potuit) suum factum tueri, quod arbitrium ad se de iure deuolutū examinari mandasset. Sed hæc in Dania partim, etiam pro sua parte in Saxonia explicita, nunc breui commemoratione satis est attingere.

CAP. 2. TRIBVS vno tempore locis satis distantibus (quod prodigii loco habitū est) exorta ferunt incendia, quæ nulla vi restringi poterant. Gdani in Prussia, Tanclem in Wandalia, Duderstat in Saxonia, ecclesiæ & monasteria vnà cōflagraturunt cum multis mortalibus. Ferunt (quod diximus) nulla vi aquæ, nulla deniq; subuersione domorum succurri potuisse: donec à fundamentis omnia consumerentur quæ illud incendiū attingerat. Rem tum quoq; nouam, & insigni multorum fama diffusam, ferūt in Liuonia vrbe Rigenfi contigisse. Magister fratrum ordinis Teuthonicorum quum vellet nuptias cōferere inter iuuenem professione mercatorem, & mulierem, quã idem magister nō odisset, refragareturq; iuuenis, quod dubiæ videretur mulier pudicitæ: quæ contemptum suum protulit ad vindictã vt olim vxor Ægyptii in Ioseph, & Pasiphae in Hippolytū: deferens iuuenem magistro fratrum, de furto illum impetuit. Ille iussit publico condemnatum iudicio, necari iuuenem suspendio. Iam moriturus iuuenis, Quoniã, inquit, in hoc mundo iniuste condemnatus morior, ad iustum iudicem voco magistrum in diem tertium decimum, mihi de iustitia responsurum: vt tibi verum inter se ac me experiatur iudicium. Moritur iuuenis: magister auditam euocationem contempsit, vixitq; lætus discutiens melancholiam. Venit dies constituta, & ecce subita ægritudine corripitur. Certus quod moreretur, astantibus dixit, En morior, video qui me vocauit astantem. Quo dicto obmutuit, & paulo post viuendi finem fecit. Fabula vulgatur per omne Liuoniæ theatrum. Mulier inde ab alio mercatore de vero furto impetitur. Inuenit fidei iussores, vt iure responderet. Intra diem viriles sibi vestes aptauit: vt clericus tonsoratur: abijt in Prussiam, non expectato iudicio quod formidabat.

CAP. 3. WERSLAUS Wolgasti, Casimarus & Otto, fratres, Stetineses duces, quum assiduo de finibus bello colluctarentur aduersus marchionem de Brandeburgo, expedito exercitu Prinslauia vrbe clarã marchiæ obsederunt oppugnaruntque. Ciues defensionis suæ nō tam prompti quàm debuere, videbantur: æquiores in hostium partē, quod crebrius exacti & emuncti ære, præsentem nō amarent principatum. Urgebat foris hostis: intus, quem marchio vrbi præfecit, vir militaris, hortatus est vt defensionis suæ non deessent. Sed dū acrius hostes instant quàm illi se tuerentur, capta est vrbs: capitaneus equo conscenso abiit. Sequuti sunt illum ex ciuibus præstantioribus viri duodecim, arcem illius cum eo ingressi. Ille non auersatus venientes, dexteram iubet protēdere in fidem marchionis, vt eius essent potius, quàm hostium captiui: quod segniter vrbe tuentes hosti illã prodidissent. Principes autem qui vrbe cepere, positis ad opportuna loca custodiis, iubent adesse ciues in cōuentu fratrum prædicatorum: quod locus ille capacissimus, minus etiã armis formidabilis videretur. Prodiere frequentes in conspectū principum ciues. Tum admirans multitudinem Otto fertur dixisse, Si viri fuissetis, non tam leui momento vrbe caperemus. Illi demissis capitibus sacramenta præstant victoribus, vt deinceps in eorum fide permanerent (homagium vocāt) facturi deinceps quod ab eis iuberentur. Et vt prodigia inseramus, erat per id tempus puella in Hollandia, oppido Schiddam, Christo deuota: quæ intra octo & viginti annos nullo corporali cibo refecta, solo Dominici corporis sacramento per singulos dies dominicos accepto victitabat: corpus attenuatum solis neruis cohærebat & ossibus, carnes consumptæ vires ademerant. Curiosè experiri statuit sacerdos, siquid subesset aliud: afferebat aliquando puellæ hostiam non consecratam, vt probaret si Dominici corporis sola virtus fœminã sustineret. Ferunt mox destitutam viribus, factam velut in agone: & nisi citius Dominici corporis præstatione succurrisset, animam protinus efflasset. Idem quoque aliis in locis vsu compertum ferunt. Viuit hodie puella, aut paucos ante annos in Perusia Italię ciuitate defuncta est, de qua similia ferebantur per omnia.

CAP. 4. NON facillè poterat vetus odium compacari, quod erat inter Magnopolēses, & vicinos marchię habitatores. Transactum videbatur inter Fridericum & Albertum principes: quod proximè diximus: sed Alberto iam factō de medio, quum etiam Fridericus marchio longè videretur abesse, recruduit bellum. Nam Iohānes Gantz de Potlest iunior

iunior baro nobilis, non contemnēdam manū militarem duxit in Magnopolim, quod contemneret terræ gubernatorem: facillè ratus terram sine principe peruadere. Sed Matthias miles, gubernator, expedit nō leuem militarium suorum numerum: & obuiam profectus manum conferit venientibus. Ibi fortiter vtrinque digladiatum est: sed marchitæ numero & viribus impares, cessere: capti ex eis plurimi. Ipse baro ductor cū multis venit in manus Magnopolensium: insigniter ære emunctus, priusquam laxaretur. Magno deinde molimine Christophorus & Wilhelmus, domini Wandalorū, duxere in Prignissam, quæ est iuris marchionum: peruenereq; ad vicina oppidi Wistock: ibi prædas conuectabant, omnibus in circuitu euastatis. Iohannes Friderici marchionis filius, venientibus se opposuit: & in vicino oppidi Prifwalk congregiuntur. Bellatū est vtrinque strenuè: cecidit in acie fortiter pugnans Christophorus princeps de Warne. Erat ex capitaneis Magnopolensium, qui turpi fuga cum quadraginta lanceis desertus est: principum suorum: venissetque in manus hostium Wilhelmus nisi Henricus Mollæ, vir fortis, pro suo domino se obiectasset periculo, captus, vrille euaderet. Iohannes quoque de A, vir militaris, & iam consul Rostockensis, ibi capitur. Intercepti cum comitatibus septingenti currus: tantus fuit gerendi belli commeatus, tanta in dies prouisio. Hac victoria primū insignitur Iohannes iunior marchio, referens ex hoste spolia multa. Aderat illi senior de Potlest baro, vt capturam filii proximam insigniori nunc victoria aboleret. Ita vertente fortuna, vt nunc hac nunc illac se vertat, mobilis volucrisque victoria.

CASIMIRVS de Stetino, & Werlaus de Wolgasto duces, assiduis irruptionibus marchiam vexauere. Quod quum Fridericus (qui tum in superioribus agebat Bavarix) intellexisset, ducto inde agmine, quod etiã in Marchia vehementer adauxit, mouit in hostes memoratos, in ducatum Stetinesium: obseditque arcem quam vocant Quatuor rotarum (Quadrigariam dicere possumus) circummittens expeditos, qui omnibus peruastatis, prædam in castra comportarent. Obsessi misere qui principibus suis rem exponerent, commonerentq; commeatum importare, quod sibi à fame videretur laborandum. Illi verò non segnes, ex Pomeranis, Prussis, Polonis, magnum exercitum comparauere: vt hosti obuiam euntes, soluerent obsidionem. Exploratum Fridericus habuit quanta manu superuenirent: circumspiciensq; vidit sibi, quod hosti minabatur, imminere, defuturum commeatum, si à maioribus hostiū copiis circumfunderetur. Castra igitur loco mouit, & in tutiora duxit: si fortè hostis sequeretur, manum cum eo conferturus. Ferunt, in obsidionis loco, quum duces superuenirent, tanta Fridericum celeritate profectum, vt apparatus oppugnationis hosti relinqueret, bombardas cū machinis, & cætera id genus. Russorum tum vrbe clarissimam (Nouguardiam vocant) tanta lues inuasit epidemix, vt intra sex menses octuaginta hominum millia perirēt, tanta (vt ferunt) celeritate, vt ambulantes in plateis mox deciderēt, & ad sepulchra mortuorum, qui sani tumulandis aliis aduenerant, cū mortuis mortui tumularentur. Auxit aeris corruptionem multitudo insepultorum cadauerum: quæ ita profundauit corruptionem, vt maximam celeremque vim occidendi homines haberet.

IAM verò in Bohemia tantum excreuit potentia perfidorum, vt non contenti in regno omnia pro arbitrio euertere, foras exercitum ducere contenderunt, vt etiam vindictam in hostes suos molirentur. Memores quàm frequēter ab Friderico Misnæ marchione sint profligati, in illum ducere primum statuerunt. Quatuor lancearum millia feruntur eduxisse: ea fuisse ferunt viginti, aut (si minus) sedecim equitum millia: nam lancea quinque iumentis fulcitur, aut (si minus) quatuor. Ea manus obsedit oppidū Misnæ Duxa. Id veritus Fridericus, vrbe vt poterat communiuit, forti imposito præsidio quantum defensionis satis esse putaret: armauitque sex suorum millia, quæ ex oppottunis locis incurrerent obsidentibus, vexarentq; abintus de forisq; vt obsidionem desererent. Impugnata est acriter vrbs, & aliquandiu fortiter defensa. Sed vbi præfectus iam rebus suis intra vrbe diffusus, siue quod foris hostibus se consideret esse grauiorem, noctu cum præsidio militum egreditur, ciues cohortatus vt fortiter tuerentur vrbe, futurū pollicitus, vt foris inuasit hostibus, is illis facillè labor crearetur, quo oppugnandæ vrbs animum deponerent. Erant in ea vrbe quoque qui hostibus fauerent: è quibus vnus clam muro delapsus, hostes admonet fortiter oppugnēt, abesse præsidium

quod inerat: facile de manibus ciuium urbem capiendam, si perseverent. Illi acius intendunt vires, sine requie oppugnant: & pertinaci instantia perficiunt, ut de fatigati propugnatores ciues tuta requirant. Hostes muro, inde vrbe potiuntur: scuitur sine exemplo in omnem ætatem, vtrunque sexum, omnem ordinem: strages sine vlla miseratione peragitur. Multi ex ciuibus ecclesiam in castelli modum tentauerunt communire, inde se defensuri. Superuenere hæretici, & igne iniecto omnem illam multitudinem incendio consumpsere. Pereunt ecclesiæ cum priuatis domibus: deiiciuntur muri: & miserabili strage peracta, fit vrbs sepulchrum suorum ciuium: ita ab alto dissimulante Domino, ut per occultam iustitiam aut purget scoriam peccati, aut excipiat abundantius in cœtum sanctorum martyrum vasa gloriæ. Romanorum rex, & cæteri principes, rem tantam reiiciunt in summum pontificem, & ecclesiasticos principes: ad quos aiunt pertinere, incendium ab ecclesiasticis ortum restinguere. ~~Ad quid enim terrarum dominia, aut provinciarum imperia? Num ut nepotes extollant, & inter principes collocent? Num ideo permisso sunt illis vœdigiæ, ut in delatantur, superbiant, impieque contumeliosè? In his nimirum quarum imperia: sed inexcusabilis ignauia, propter hoc permittere scuitiam impiissimæ gentis in populum catholicum. Dum istam stragem hostis Bohemus peregrisset, in sua reducere contendit exercitum victorem, prædis onustum. Erupere aliquando Misnenses armati, & opportunis locis, velut ex insidiis, in uafos hostes ad tria millia prosternunt: sed nihil ad eam stragem, quam illi intra vnam urbem excitarunt. Fœlicius in oppugnantes duxissent, quam post victoriam, post suorum cladem inuolassent. Quæ tam diu causa continuerit, incertum est. Poterant prospicere multitudinem, cui pares esse non poterant: sed iam prædis oncratam, iam incuriosam ab hostibus adorti, fuderunt.~~

CAP. 7.
Germani cum
Elatores.

Nec diu rebus erat quies. Aberat ea tempestate Fridericus, in conuentu principum Nurenbergæ detentus, ubi de gerendis rebus consultabant Germanorum more: qui longis conciliis, & frequentibus conuentibus, magis distinent quam finiant res cæptas, dietam (ut vocant) ex dieta creantes. Bohemi hæretici in castris agebant, ducturi (ut erat opinio) in oppidum Misnæ Wissentzæ. Oppidani diffisi munitionibus (quod munitionem sua cernerent euersam urbem) dilabuntur quò quisque poterat, oppido dimisso sua quique in munitiora deportant. Interpellabant ex his nonnulli dominam Friderici coniugem, ostendentes quod immineret periculū. Fœmina prudens nuncios circumagit, omnem terræ militiam contrahit, vicinos comites inuitat: ex oppidis, ex agris omnem pugnantium manum contrahit: magnum perinde conflauit exercitum, ductorem creans Buffonem Vicedom, virum (ut fama erat) acrem, & armorum scium: cui signa militaria in acie permisit, iussitque ad terræ ingressus, & ad custodiam opportunis in locis adesse cum expeditis. Tanta autem conuenerat armata multitudo, ut facile cõfiderent hostibus ire obuiam. Igitur per montes duxere in Bohemiam: inueniunt in castris communitis hostes sub dio agere: sed adeò firmatis mansere castris, ut inuadi non possent. Altis fossatis, sublimibus vallis, sudibus præacutis sese cinxerunt, ut telis hostes petere, ipsi lædi non possent. Grandibus catenis cinxerunt munitionem, ut nulla vi ad eos posset penetrari. Stetere tamen Misnenses cum auxiliariis in campis, aciem, velut pugnaturos, ostendentes. Bohemi (ut est genus hominum indomitum & effræne) non passi diutius ad pugnam prouocari, educunt & ipsi in aciem: principia ferratis catenis firmant, ut discipi caput aciei non possit: cæterum ipsam perfringere hostium aciem conantur. Vix cœpta est pugna: & ecce signifer Buffo, vel rebus diffidens, vel prodicionem exercitus (quod multi putauere) faciens, ipse in fugam cum suis se coniicit. Magnam rerum momentum ubi signa cedunt. Stetere aliquandiu primi pugnantes: sed postremi cernentes fugam Buffonis, cum non parua suorum manu & ipsi fugiunt. Bohemi iam cedentibus imminent mactantes, quando auersi omnes in fugam respiciunt. Cæsa feruntur duodecim millia eo die, cæteris turpi fuga prolapsis. Ferunt deinde aperta voce signiferum prodidisse exercitum hostibus, ut se vindicaret de principe suo, qui nuper germanum eius, prodicionis reum, capite damnauerit. Quam necem (ut ille dicebat) iniustam, quum armis vindicare non posset, hoc ferunt modo perniciosissimè vindicasse. Hoc vno nõ contemnendo, sed memoriæ perpetuò commendando exemplo, principes ecclesiastici & seculares sibi caueant, ne nimium iis quos vel in propria, vel al-

Hussite magnam hostiū
stragem faciunt.

Signifer proditor.

terius

terius eis sanguine seu affinitate iuncta personis læserunt, fidant, ut eis rerum summam (præsertim in bello) imprudenter credant.

IOHANNES Friderici Brandenburgensis filius, pro patre absente relictus Marchiæ gubernator, non potuit dissimulare captam nuper de principatu suo urbem Prinflauia: subauscultans, percunctatur ciuium inclinationes. Quos ubi audiuit, marchioni potius quam Stetinensium ducibus propendere, constituit illis noctem qua valida manu urbem ingrederetur, eiicere præsidium quod Stetineses imposuere, & urbem in suam redigere potestatem. Ad fluuium Vkere patentem illi portam ciues fecere. Ingressitur noctu cum expeditis: accurrit ciuium multitudo, Brandenburg insonuere. Exterriti ducales rem penè amissam intuentur: tenere portam urbis in castellatam munitamque. Sed Iohannes cum ciuibus virtute fortiter oppugnatur. Extracta est in aliquot dies oppugnatio: verum quia diuturna esse non potuit defensio, fame obsessos perurgente, aggressi ciues, stramine cum paleis viridique aggesto ligno, fumum condensum excitaure, presseruntque obsessos vehementer. Illi iam rebus diffisi, deditiois mentionem fecere, paciscentes, ut cum vestibus & armis in sua profiscantur incolumes. Dimissi quum in sua contenderent, obuios habuere principes suos cum expeditis, qui obsessis opem ferrent. Sed illi necessitatem & extrema omnia obtendentes, ostenderunt non sua culpa properatam deditioem. Principes incassum fatigati, retroducunt agmen. Vrbs in antiquam marchionum redit ditionem.

ANNVS erat post MCCC. septimus & vicesimus, quum Bohemi, iam iamque potentiores, tanta excreuerant armorum peritia simul & audacia, ut in Austriam, ad vicinam Viennæ, grassantes peruenirēt, omnia igne & ferro scedantes. Incensa oppida, euerse vrbes, deiectæ arces: nullam viderunt opponi sibi aciem. Feruntur luscum habuisse ductorem, cuius auspiciis ubique vincerēt. Vnus qui supererat oculus, ipse quoque in prælio amittitur: cæcus tamen in expeditionem egreditur. Tzischaviro nomen. Vbi audit constitisse aduersas acies, ordinem requirit hostium: & prout audit, iubet hæc & illa fieri: nec illum fefellit existimatio. Semper Tzischaviro ductore redeunt victores: angelum de cælo missum in homine loqui arbitratur. Diu præfuit ordinibus. Vbi iam senectute grauis ad mortem peruenit, iubet adesse amicos: mandat mortuo sibi cutem carni deradi, eam pro corio induci tympano: quod ubicunque hostes audierint, pollicetur fugituros. Moritur ille: faciunt amici quod sunt iussi: reperiunt quod ille promisit. Ita, permittente Deo, regnat diabolus in membris suis. Ducunt Bohemi in Morauiam Slesiamque, nulli sexui, ætati vel ordini deferunt: pereunt quibus superueniunt omnia. Misnæ Lusatiamque peruagantur: oppidum Bruxe oppugnant, ciues animose tuentur. Quum ad reliqua festinarent, erexerunt in vicino monte præsidium, unde ciues fatigarēt: sed illis in alia declinantibus, imposuere suorum validam manum. Ciues egressi cum aliquantibus satellitibus, oppugnant nouum præsidium: & captos in ea vitos viginti perdunt. In Lusatiâ Christi hostes mouent, obsedere Lubanam urbem: ciues pro viribus tuentur. Aliquando concepta fiducia ausi egredi, hostes laceffunt: & prima quidem parte stragem faciunt. Sed conglobati hostes retro agunt ciues, vrgentes in urbem: sequuti que cum illis ingrediuntur portas. Iam vrbe per eam occasionem capta, fit strages infinita in omnem populum. Pastor ecclesiæ de eminentiori loco, hortatur ciues sonora voce, pro Christi honore fortiter decertare: pollicetur regnum, quibus ab improbis hæreticis mors irrogatur. Non ferunt improbi libertatem sacerdotis: captum quatuor alligat equis, in diuersum actis, ut crudelissimo exemplo interiret. Clerus omnis in ecclesiam se recipiens, laudes concinunt summæ Virgini, implorans auxilium, *Salueregina* sonoris vocibus decantans. Inter agendum assunt cruentis hostes gladiis: raptos pueros dissecant medios, confodiunt sacerdotes, profanant templa, cadaueribus, cruore, replentur omnia: incenduntur ecclesiæ, subuertuntur monasteria, monachi & sacerdotes contrucidantur. Anus fœminæ, virgines obruuntur: puellæ & iuniores fœminæ ad libidinem reseruantur. Infœlix tragœdia subuersarum urbium exuperat omnem fidem: tam crudeli scuitur exemplo. Ea vrbe ferro & igne consumpta, in aliam vertuntur, cui nomen Goltberg: quam simili strage ac scuitia perdiderunt. Non sufficit lingua nec calamus, crudelis populi scuitiam explicare: paruulos cum matribus vnâ perimunt. Incredibile memoratu, quo furore in monasteria debacchantur. In sola Morauia, per vnam hanc ætatem

CAP. 8.
Prinflauia a
Brandenburgensi occupatur.

CAP. 9.
I 4 2 7.

Hussitarum diu
cis cæci res fortiter gesta.

Hussitarum expeditionis.

Huiusmodi sunt bellorum fructus.

Id est, defensio nis specie sibi subigerit.
decem vrbes muratas subuerterunt. Miserabilis res, & quæ lachrymas excuteret etiam alienissimo: omnem pietatem, omnem humanitatem protinus abiecerunt: Christianos se obliuiscuntur, omnibus infidelibus immaniores, imò bestiis omnibus ferocitate incomparabiles.

CAP. IO. PER ea tempora Rufforum ciuitas Plefcouia, cum suo regulo gessit hostilia in Liou niam, incertum quid obiciens. Quieuit ad eum motum ordo fratrum Teuthonicorū, quòd implorari expectabat ab ecclesia, vt illam quoq; sub alas colligeret. Sed tum respexit episcopus ecclesiæ Theodoricus ad Vitoldum Alexandrum, Letuanix ducem: qui imploratus, ecclesiæ opem tulit: exercitumq; educēs vrbem obsedit, coegitq; tolerare impetum erumpere non ausos. Sed quum minus Ruffi formidarent capi ciuitatem mu nitissimam, segnem egere custodiam. Capta est ergo virtute Vitoldi Alexandri, & mili ribus in direptionem permiffa: vnde locupletati Letuani alacres redeunt in sua. Ciuitas ipsa cum regulo suo, ad iusta respondere iubetur episcopo memorato. Interim verò du raut adhuc ciuitatibus Wandalix bellum, quod susceperet in Daniam. Hac verò æstate anni vicefimi septimi, vrbes emisere classem non contemnēdam: quæ insulas regni ad orta, quantam voluit prædam exportauit. Oppidum quoq; Flensborg ea tēpestate obfi detur à ducibus atq; vrbium auxiliariis: qua in obsidione excitato tumultu, quum Hen ricus dux impiger ad omnia accurreret, scalamq; extremæ munitionis conscenderet, vt quid intus hostes agerent specularetur, superueniretq; qui principem increpans nomi naret: per sepsiramam cuspide percussus, lethale vulnus accepit: quod in Saxonia dixi mus. Hanc quoq; per æstatem, quum grandem ciuitates maritimæ classem cōfecissent, vt mare securum nauigantibus præstarent: venturas enim sciebant onerarias naues de occiduis partibus, magnas multorum opes subuecturas. Sed qui classi præerant, obliti mandatorum, quum infeliciter cum Danis conflixissent, Hamburgē sibus captis fugam non satis decoram inierunt, quas tutari debebant naues, tum hostibus permittētes. Vix enim discessere de solito suæ stationis loco: ecce ad nauigant quæ expectabantur naues, & Danis incurrentibus ad prædam patuerunt. Ita duplici per vnum diem victoria tum Dani sunt potiti, aucti rebus non paucis. Sed non est æquis oculis visus, quum rediret, Lubicensium præfectus, vir consularis: carceri traditus, dum mādatorum factus imme mor, magis ad fugam quàm ad custodiam (cui deputatus erat) respexit. Diu illum Lubi censes vinculis macerarunt. Nouissimè eductus, domi suæ includitur vsq; ad mortem.

CAP. II. SIGISMUNDVS per ea tempora, Romanorum & Vngarorum rex, Bohemiam suam visus est posthabere: sed in Turcos misit exercitū fortem Vngarorum, virū Flo rentinum (vt tradunt annales) præficiens copiis omnibus. Monstri simile videri potest, inter tot duces fœlicis Germaniæ fortisq; Vngariæ, hominem miti molliq; cælo genitū placuisse regi, prælatumq; ceteris Florentinum ciuem, molliusculum utiq; virum, & sub suo cælo eneruem, fortib. Germanorum & Vngarorum copiis ductorem præfectum. Quis non miretur, vel regis consilium, vel procerum patientiam, vel hominis temerita tem intuitus? Et tamē prosper prædicatur exitus talis consilii. Nam ne vel regem in dele ctu errasse, nec se præsumptione culpandum volens ostendere, ita peruigilabat, omnia consilio procerum prospiciens, vt magnam Turcis cladē intulisse dicatur. Diuersis præ liis quadraginta hominum millia perdidisse commemoratur, nec ipse tamen incruentā referens victoriam. Per quæ tempora Philippus dux Burgundiæ, quum partes foueret Suederi electi Traiectensis, in Rodolphum de Depholt (quem dixere postulatū) du xit. Obsidere venit (quod constabat) oppidū Amesfort, tribus millibus distans à Traie ctō. Introiuit prior Rodolphus ipse cum expedita manu, & obsidionē expectabat. Ve nit, obsedit, oppugnauit: muros etiam cepit, nemine se intus commouente. Introierūt, defilientes muro, iam supra quingentos, ex agmine Philippi. Iam vnà accurrunt qui in tus erant, se continentes, donec haberent quos inuaderent. Capiūtur ad vnum omnes qui introierunt: & qui pertinaciter repugnarunt, capi non passi, cæduntur. Viderant alii de muro quid intus ageretur, & Philippum admonuere: Ille obsidionem soluens, duxit in Holladiam suam frustratus. Per eandem æstatem quum premeretur Ericus rex Da norum bello ab vrbibus Wandalicis, cogitauit illas à se auertere, aliam viam intentans, quàm si per arma occurreret. Nam literis missis in communitates vrbium memoratarū, accusauit consulares, quòd aduersus antiqua fœdera & permissiones in regno plurimas (quæ

(quæ magno essent vrbibus incremento & profectui) iniquo ab senatibus vrbium bello premeretur. Nisi ipsi bello auerterēt suos consulares, & ad leges pacis & fœdera implē da conuerterent, cogitaturum se quomodo inuitatis aliarum nationum mercatoribus, excluderet omni regno suo ciues vrbium Wandalicarum. Huiusce literæ non eodē vbiq; vultu aspiciuntur. Lubicenses necdum obliti fuerant recētis de similitate vulneris: vnde factum est vt conquiescerent. Sed non eadem quies per omnes vrbes.

CAP. 12. WISMARIENSES ciues per occasionem literarum tumultuari cœperunt, infi mulantes proditionis consulares oratores, qui pridem missi fuerant ad regem, quòd nō ex fidē rem cum eo pertractassent. Sexaginta igitur viri, qui senatui aderant (imò etiam superfuerāt) imperantes, captos Iohannem Bantzow proconsulem (qui furentiū iam penē manus euaserat) & Henricum de Haren consulem in carcerem mittebant: & post interuallum dierum, etiā sceleratorum vinculis & carcere inclusos infamāt, velut pro ditores vrbis: inde productos in forum, publico condemnant iudicio. Non profuit viris bonis, quòd ex sententia senatus, & vicinarum vrbium vnanimi consilio omnia dicerētur egisse: publico cæsi sunt gladio in foro. Sed procōsulis filius, iniquam patris necē viriliter exequutus, vindicat. Compensationem facere cogebantur erecto in loco cædis lapide, qui ad nos vsq; perdurauit. Rostockcenses quum similes ab rege literas accepif sent, nec haberent eo nomine, quod suo senatui opponerent, occasione tamē literarum erigentes in senatum cornua, rebus innouandis studuerunt, sexaginta viris euectis, qui de publica vtilitate agerent cum senatu. Quorum ea fuit opera, vt antiquum vrbis statū repeterent, ciuibus multas reposcerent iam restrictas libertates: non intelligentes, tem porum rationem exegisse rerum in plerisq; mutationē. Quis enim pro mutatione tem porū nesciat alia aliàs expedire? Sed illi tum sexaginta conscripta capita senatui obten derant, volentes ea in reliquum pro legibus in vrbe obseruari, iubentes ea senatus autho ritate promulgari, vt vim legis haberent. Senatus vbi vidit nihil iam moderabile à popu lo posci, nec haberent quo vim eorum intentatam effugerent, deliberandum sibi super ea re desumpserunt: causam esse magni ponderis, curandum ne in re tanta præcipitaretur sententia: proximo conuentu cum illis de super fraternè communicandum vt ea cō stituerent, quæ omnium paruulis & successoribus essent toleranda: orare vt ipsi quoque ciues rem tantam maturē pensitarent: se esse paratos ad omnia, quæ publicæ vtilitati & ciuium volūtati accommoda viderentur. Huiusmodi verbis flexere instantiam & ri gorem ciuium, impetraueruntq; vt res in dilationem poneretur. Postera luce primus inter proconsules, quasi magnum foris immineret ciuitatis negotiū, abibat: per cuius absen tiam, quòd res omnis ex eo pendere videbatur, nihil fieri poterat. Quumq; nec sic con quiesceret vulgus, magisq; incenderetur tumultuareturque, duo etiam alii secesserūt. Quartus qui supererat, nec ipse solus rem tantam agere poterat, ibat post collegas.

CAP. 13. IAM ciues Rostockcenses, mobile & tumultuarium genus, sibi illudum per abitum proconsulum reputabant. Euocata communitate proconsules suos citabant absentes: non comparētes, tanquam reipublicæ & communis vtilitatis desertores proscriserūt. Hamburgenses & ipsi se commouerunt, sexaginta viros exuscitantes: quorū prima fuit opēra, Iohannem Cletzen, virum cōsularem (quem apud Flensborg copiarum suarum habere præfectum) quum per indulgentiam minus suos in quiete & castris continuif set, præbuisseq; diceretur occasionem ad necem ducis: iussere productum in iudicio, ca pitalem subire sententiam. Ferunt tamen illi non tam fuisse causam mortis quæ præten debatur, quàm liberam eius linguam, quòd in senatum vrbis abusus ea libertate diceretur, mendacii infumulans publicum concilium. Quæ res effecit, vt minus se opponerent patres in eius necem populo conspiranti. Plexus est ille gladio publico. Tum quoq; Sun distristis se commouit erianys. Nam audaciam sumpserat quidā de literis regis, vt crue tum inirent consilium opprimendi consulatus. Emerfit utcunq; crudele institutum: ca ptiq; sunt viri sex. Coctores erant cereuisiæ, qui sibi incōcessa licere volebant. Quæ quū ab senatu rescirentur, tam atrox opprimendorū patrū inire consiliū, in quo facile assen suram plebē sperabāt: multitudinemq; facile fieri nouarū rerum cupidam, q; iam literis regis ad tale aliquid inuitarentur. Capti viri sex, & in quæstiones positi, omnē factionis ordinē edixere. Parsum est, ne in plurimos sæuiretur. Sed quamuis cōpertum haberēt nō tam insigni paucitate rem constituisse, noluerunt tamen diligentiorē indaginē facere,

ne in magnam multitudinem res perueniret. Admonitos voluere ceteros paucorum supplicio, ut cauerent in reliquum. Temperatum quoque est ob eam causam supplicium, ut non rotis, sed gladio poena sumeretur.

CAP. 14.
Kostockenses
nouum senatū
constituunt.

ROSTOCKENSES verò (quorum abiisse proconsules cessisseque loco diximus, propter popularem tumultum) quum non quiescerent, sexaginta in ea vrbe viri euocabant in prætorium consulares qui remanere: nam & ex hoc ordine nonnulli cesserunt vrbe. Illos quoque exautorauere, quòd imputarent etiam illis cursum rerum quas volebant. Destitutos ergo administratione domum abire iusserunt, non redituros ad publica negotia, nisi reuocaretur. Nouo concilio sibi opus esse putantes, quum non possent sua temeritate creare (hoc enim viderunt) sine principum autoritate (qui tum, ut diximus, pueri sub matre & tutoribus agebant) ut aliquam speciem iuste electionis haberent, Iohannem de A, virum consularem (inter militares & ipsum notissimum militem) & dominæ ducum matri satis commendatum, euocabant: eique primi proconsulis locum attribuerunt, ut ille suo arbitratu ceteros designaret. Ille de sexaginta virorum consilio, quinque alios veteris concilii participes euocauit, ut sextus ipse alios octo ac decem ad plenum concilium assumeret: itaque factum ut ad legitimum patrum conscriptorum numerum allegeretur. Ex quinque autem veteris concilii participibus, duos etiam tum proconsules euexerunt, Gerhardum Wiman, & Henricum Berndes. Hi tum tres noui concilii proconsules, rem administrarunt. Wisuarienses statim sequuti vicinæ urbis exemplum, destituto veteri senatu (propter cõcederentem, quam cum Danorum rege, literis proidentibus, iniisse dicerentur) nouum creauere concilium. Sed prudenti in ea parte vni instituto, principum tutorem militem obæratum habuerunt, quòd per autoritatem principum geri omnia viderentur. Effecitque hic miles, ut princeps tum senior Henricus, vix octennis puer, nouum concilium sua manu in fedes & subsellia collocaret, quatuor ex omni numero, eorum arbitratu, proconsules designaret, quibus gerendam in reliquum rem publicam commendaret. Ita prosperatum est regis Danorum in illas vrbes propositum, ut eicerentur qui rem in vrbe administrare.

CAP. 15.

IGITUR quamuis innouatum esset in plerisque Wandalicis vrbebus publicum patrum concilium, non tamen desit bellum susceptum in regem Danorum, quo minus proxima ætate grandem ex dictis vrbebus classem armarent ducentarum sexaginta nauium. Generalis in omni classe capitaneus constituitur Gerhardus dux Sleswickensis, qui prætoriam nauim militaribus Holsatiæ impleuit: duxeruntque in insulas Daniæ prædatum. Nemo illis classe occurrit: duodecim millia erant ad pugnam militum. Duxere in portum quem vocant mercatorum, quòd ibi velut regni capite regia haberetur. Sed multum diuque ibi laboratum est inaniter, quum non procederet obstruendi portus consiliū. Conseruere enim trabes in mare demissas, ibique velut in solo pugnantium, bombardas imponere. Viriliter pugnant: nec tamen Dani qui naues suas opportunis locis in portu constituerunt, communiertque, tum quieuerunt. Multa utrinque accepta incommoda: sed maiora de parte Danorum fuerunt. Non poterant tamen vrbes ad interiora penetrare, prohibiti fixuris trabium, & assiduis ictibus bombardarum. Quod de re, ut portum interciperent obstruerentque, ex singulis vrbebus vnā (& eam veterimam) delegere nauim, quam in portu demergerent: ut omnem aditum exitumque intercluderent Danis, iniectis in naues grandibus saxis. Diuisere ex æquo, maris que obstruerent interualla. Et aliis quidem vrbebus militibus satis prospera fuere quæ instituebant: soli Wisuarienses incaute nauim suam in longum per incuriam demisere: que fuit agenda in transuersum. Igitur Dani ista molientes vrbes viriliter impugnaere, perfecertque: ut intermisso opere, tanti conatus & impensæ frustrarentur. Interim quos dixere Vitalianos, quum sua sorte militarent ciuitatibus, nec satis prædarum inuenirent in Daniæ, concessere in Norwagiam, emporium Bergense expilaturi. Quod quia in Norwagia diximus, nunc transeutes, ad alia diuertamur. Adolphus interea dux, iam duorum fratrum mortuo Henrico, natu maior, terrestri expeditione per Iutiam regem infestabat. Tempora nunc signantur: nam res explicatur in Saxonia.

CAP. 16.

HENRICVS per hæc tempora archiepiscopus Rigenfis conciliū celebrauit prouinciale, cum suffraganeis suis, multis inibi decretis, quæ ad statum ecclesiæ pertinerent. Operæ pretium visum est, sedem apostolicam aduersus oppressores ecclesiæ inuocare, detege-

Nauis ad
portum ob-
struendū de-
merguntur.

detegereque; per nuntios calamitosum ecclesiæ statum, quòd ab iis qui auxilio terræ sint impositi, opprimi tentaretur. Delegerunt ad eam legationem decanum Reualiensem, cum aliquot de singulis ecclesiis collegis: quibus Rigenfis Tarbatensisque proconsules, ex filiis suis clericos Romanam curiam visuros iunxere, vel ut in aliquod Italiæ palladium collocati literis indulgerent. Erat ea societas itinerantium sedecim personarum: profecta terrestri itinere ad initium quadragesimæ (quòd mare tardius fit per glaciem nauigabile) iumentis vecti Grebbin, ad exitum usque Liouoniæ, peruenerunt. Ibi ab arcis præfecto Gosswino de Asschenberge, ordinis Teuthonicorum fratre, crudeliter inuadunt. Primum ademptis literis perlectisque, terræ proditores arguuntur: & quicquid ab illis in purgationem diceretur de priuilegiis clericorum, præsertim Romipetarum, irridetur magis quam auditur. Mox rebus omnibus & non parua pecunia nudati, vestibus demum exuuntur ligatis manibus pedibusque in profluentem riuum (Liua vocat) sub glaciè detruduntur, crudelique merguntur exemplo. Ita frater ordinis diuæ Virginis manus suas cõsecrauit sacerdotum & innoxiorum iuuenum miserabili nece. Idem ille carnifex, testatur egregium facinus, scribit terræ pōtificibus, Noueritis, inquit, nuper à me deprehensos prouinciæ proditores, clericos vestros, rebus & vita exuisse, nullius iussu aut consilio: sed (quòd tutandis finibus præfectum scitis) publico functus ministerio, publicos hostes feci de medio. Eam rem nemini præter me imputandam ego profiteor: nam publicam peregi utilitatem. Hoc (rogo) quid erat, nisi addita calamitati miserorum insultatio? quum ignoret nemo, non esse authorem qui factus est exequutor.

Quo tempore perfidi, & omnibus verè catholicis perniciosi ac formidabiles, Hussitæ, Bohemi heretici, iterum ausi exercitum educere, Slesiam inuaserunt. Quinque vrbes non contemnendas armis cepere: sine discrimine omnem ætatem & sexum & ordinem mactauere. Lugubris per omnia tragœdia, ea conari Christiano nomine præditos. Ecclesias, monasteria, sine vllò diuinæ religionis respectu subuerterunt: inque Christi & sanctorum cõtumeliam, aceruatis vndique Christi domini & sanctorum imaginibus, accento igne, superiorem quendam ordinis prædicatorum pariter concremarunt. Hæc qualibuscumque tum oculis aspectans Romanorum rex Sigismundus, impune permittit, vel quòd ab ecclesiasticis imperii vestigalia & patrimonium tenentibus non adiuuaretur, vel quòd Turcis ad Vngariam magno bello implicaretur. Poterat utraq; causa concurrere: nam constitit hoc tempore magno exercitu Turcis regem cõflictare, deiecisse illorum arcem, que suis finibus immineret: vnde etiam multa illi regno intulere discrimina. Per quod tempus multa vicissim illata sunt incommoda regno Daniæ mercatoribusque vrbebus Wandalicarum. Nam cunctis quiescentibus, Vitaliani, qui sua sorte pro parte vrbeum militarent, non quieuerunt, sed prædis institere ex Daniæ Norwagiaque: quod suis locis commemorauimus, nunc trãsiliantes. Wisuarienses, cum suis gregariis ingressi tum mare, gradem ex Suecia nauim, que regi censum ac tributa deferret, videt ad nauigare. Inerat validum præsidium trecentorum militum, quum quod acciderat preuidissent, cauere volentes. Igitur manu conferta durum ineunt prælium. Wisuariensium plures vulnerati, & aliquot cæsi: tamen victores ad extremum, nauim cum rebus potiuntur: captisque supra ducentos in portum Wisuariensem ad nauigant, spolio inter se viritum & pro cuiusque merito (iuxta ritum suum) partito. Interim, ne quid intermitteretur quod bello finem properaret, vrbes sex Wandalicæ Wilhelmum ducem tum Lunenburgensem inuitant, ut quadringentis lanceis (hoc est equis bis millibus) Iutiam ingrediatur, ibique per mensem totum persistens hostilia intentet, præda potiturus ad sua commoda. Iungunt se illi Holsati. Stipendium duci constituitur viginti (ut ferunt) millia. Ille spondet, ex fide implet: multa oppida expugnat & arces: nec quiescit, quo minus vastitate omnia turpet. Et iam plura etiam hostibus inferre poterant discrimina, nisi iam dies constituti laboris exisset. Promisso ære cum multa gratitudine persoluto, dux onustus præda reuertitur in sua, nouum sibi per absentiam suam creatum comperiens laborem: quem in Saxonia explicuimus.

SUNDENSES per id tempus insigni potiti sunt victoria. Aberat rex Daniæ Ericus apud Romanorum regem, & deinde in peregrinatione terræ sanctæ. Quum familia reginæ multas in conspectu naues, quæ starent in anchoris, haberet, quibus (si vellet) viretur: aliquam bello nauare operam instituit. Igitur quinque & septuaginta nauibus

Teuthonici
fratres, sua ad
papam crimina
deferentes,
nefariè tragi-
dant.

CAP. 17.
Hussitæ in Sle-
siam.

Imperii vestigalia
& patrimonium
tenentibus non
adiuuantur.

Wisuarienses
hostiū nauem
intercipiunt.

CAP. 18.
Danorum nume-
rosa classis ab
exigua Sueden-
sibus superatur.

perarmatis, urbem Sundensem ibant exterrere. Improvisi adnavigantes, quas in portu repererunt noctu naues, incendio perdunt. Iam luce appetente, in pontibus ad urbem Dani hostes constitere, ictibus crebris bombardarum iacentes in urbem. Ciues apparatum nauium nullum habentes, vrbe se continuerunt. Iam conuitis exaturati in ciues abire parant, quum ventus aduersus detruderet eos in Panim fluuium. Interim venere aliquot de Lubica naues, & supererant incendio quædam non concremata: armantur ex omnibus septem. Spontanei profiliunt ciues ad pugnam: qui paucis plures inuadere ausi nauibus, armati capiuntur. Expectant de latibulis suis prodituros Danos: venientes ausi nauibus, armati capiuntur. Expectant de latibulis suis prodituros Danos: venientes inuadunt, plures quam septuaginta, solæ septem naues, animo quam viribus promptiores. Confligitur intrepidè: merguntur ex Danicis aliquot, & vna de maioribus capitur. Impositi in eam ex ciuibus decem viri, qui iam captos tutarentur ab aliis, ne lædantur. Sed Dani qui inerant, non satis obstricti à victoribus, ventum nacti secundum abeunt, custodibus secum abductis pro captiuis: quod enim dexteram Dani non dederant, captos se negant. Cæterum ex remanentibus Danis capti plures, alii fuga elabuntur. Victores ciues, supra trecentos in urbem duxere captiuos: quos ære multatos, in Daniam remiserunt. Eam rem grauitate, quum rediret, tulisse regem ferunt, indignatū reginæ, quod illud vel procurasset vel non interdixisset negocium. Addunt nonnulli, prægnantem foemina indignè ab rege tactam, inde mortem obiisse, quod tenera mulier & prægnans, toruo etiam vultu poterat satis lædi. Erat Portugaliæ regis filia, nomine Philippa: dotè (vt ferunt) attulit denariū aureum vnum, magno pōdere & valore millia multa pensantē.

CAP. 19. CASIMIRVS & Otto duces Stetineses, quum ad expeditionem, quam in Bohemos instituerant, æs ex subditis ad magnos sumptus deposcissent, Stetinesesq; ciues satis ad rem spontaneos haberent, quod fiderent ciues plurimum in ærario repositum esse thesaurum: quum ea pecunia numeranda esset, collectam senatus ciuibus indicere constituit: quum in ærario non ea quæ putaretur pecunia esset. Indignati magno murmure ciues, inuecti in senatum, vbinam ex multo tempore collectum æs impendissent quæsiere, calculum rerum omnium sibi fieri postulantes. Rei nouitatem detestati primi ex proconsulibus duo, quod nollēt rem exemplo perniciosam posteris relinquere, quæ etiam furorem populū formidarent, ad suos se principes contulere, vim quæ illis intèraretur, querulantes. Principes rem non contempserunt: sed mox omniam poterant contracta suorum manu, urbem ingrediuntur, nihil veriti furorem populū. Iubent ex tumultu atibus duos, qui capita viderentur, capi, iudicioq; condemnatos (quod tumultū excitassent) rotis supplicium persolvere, proconsulibus in sua subsellia restitutis. Inuenere illi viam, qua mox principibus duodecim millia numerarentur: quibus illi acceptis, suis ciuibus gratificati, iubent omnia in tràquillo permanere: acerrimis in eos pœnis promulgatis, si qui ex hoc die ausint tumultum in populo concitare, ad perturbandum tràquillum vrbs statum. Quieuit perinde vrbs per aliquanta tempora. Vrbes interea quæ vocantur Wandalicæ, diuturno bello in Danos fatigatæ ac fatigatæ, sæpe pacis (vt mercatores) habuere mentionem. Constitutus locus in Nicoping: miserunt oratores ex quaque vrbe. Diu tractatum de compensandis damnis, de satisfactioe in regem, quod fœdera

ruptis ciuitates dicerentur, de que illis reformandis. Hæc enim omnia rex deposcebat. Quum cæterarum vrbiū oratores deliberandum sibi desumerent, ipsi Rostockenses (vt semper) præcipientes (quod etiam aliunde premerentur à propulsis proconsulibus) pacem ab rege voluere, regisq; constituta vel soli acceptauere. Rex diuisione ciuitatum letatus, mox Rostockensibus pacem permisit, eamq; statim iussit præconari. Cæterarum vrbiū oratores, quum referendum sumerent, in sua reuersi cum maioribus deliberauere, miseruntq; omnium nominibus Sundensem proconsulem, qui regi satis familiaris, cum illo cuncta perageret. Sed & ille, vbi regem in suam flectere non potuit sententiam, transiit in placita regis, pacè & ipse pro sua vrbe approbans. Hamburgenses cum suis ducibus stabant, nec nisi omnium communi pace, poterant aut volebant de pace tractare. Nulla enim principum mentio aut ratio habita est, in iis quæ apud regem gererentur: & ideo illi placitis in reliquum, propter suos dominos, abstinuere.

CAP. 20. HVSSITÆ per ea tempora, populus malo Christianorum natus, quum non satis Turci & Tartari & Saraceni viderentur esse ad supplicium Christiano populo, ipsi intra viscera Christianismi sæuierunt. Mira Dei dispensatio, quæ filios iræ ita mittit in filios regni:

regni: vt tunfionibus & pressuris expoliât lapides, ædificandos in muros supernæ Hierusalem. Nā anno tricesimo post mille quadringentos, solita rabie exciti inuadunt Slesiam, noua immanitate debacchantes: Lusatiamq; peruadunt, oppidum Gobbin crudelissimè diripientes, sæuientesq; in omne genus hominum. Perierunt hominū multā millia in populo sissimo oppido, factaq; est vrbs illa ciuium suorum commune sepulchrum. Monasterium quod Celle dicitur, à fundamētis euertunt: monachos exquisito genere supplicij, primū manibus pedibusq; truncatis, abiiciunt. Vratislauensem urbē frustra oppugnant: sed suburbia & omnia vicina, longè lateq; adiacentia populatur, excindunt, flammis vrunt, plebe ad internecionē cæsa. Sæuierunt vbiq; Orphani: sic enim se gaudebant vocitari, quod sine patre essent principe, sine matre, ecclesia, quā illi contempserunt: & iam in Misnam agmina conuerterunt. Principes inferioris (vt vocant) Alemanniæ, Wilhelmus dux Brunswickensis, Guntherus archiepiscopus Magdeburgensis, Iohannes Halberstadensis, Magnus Hildesemensis, episcopi, Ludouicus prouincialis Turingiæ, Ioannes marchio Brandeburgensis, multi præterea comites & barones, magnis agminibus duxere in Bohemos. Et quoniam in Misna confligendū videbatur, voluere principes vt (iure militari) in cuius principatu prælium iniretur, accipienda fortè damna refunderet, caueretq; de infecto. Marchiones illi, se tā magnis & multis principibus de damno cauendo putabant impares: simul quod non eorum expeditio, sed communis populi Christiani causa ageretur, & (si bene pensarent) singulorum res essent in medio. Superatis enim cōtinentibus, facillè Bohemos esse peruerturos ad proximos. Proinde Christi causam nosset, non Misnensium, et si in illo solo confligeretur. Qua contentione in immensum crescente, quum finem non inueniret, tanta dissoluitur expeditio, effusi in ventum labores & impensæ. Wilhelmus dux, omnium ad pugnam promptissimus, sed desertus à sociis, impar hostibus, ommissa expeditione, inibat peregrinationem, profectus in terram sanctam: & inde reuersus, Sigismundo Romanorū regi aliquandiu militauit: aliquot prælia in Bohemos, sed leuia fecit. Quum igitur Orphani tantum propter se collectum à principibus exercitū, configere in se non audere interpretarentur, in superbiam versi, atrocius vbiq; desæuiunt. Iam opinionem induerunt, quod inuicti omnibus vt essent, viderentur. Euerfa oppida, & expugnata arces: nonnullas vrbes ciues sua sponte deserentes, in tutiora se loca receperunt. Oppidum Plawe funditus excisum, habitatoribus ad vnum cæsis. Euerfa monasteria, monachis crudeliter peremptis. Aufe sunt ferocissimæ iam beluæ longius ducere: in Franconiā vsq; peruenere. Ad Bambergam oppugnationem tentauere: sed ciues auro redemerunt incommoda infanda. Nurenbergam præcipuam urbem adoriuntur: maluerunt & illi auro quam ferro pugnare. Itaq; accepta ab illis ingenti pecunia, inde mouerunt. Iam amplius quam vni vexandæ prouinciæ satis sibi viriū habere videbantur: tripertito agmine se diuidunt: pars in Ungariam, alia in Poloniam, tertia in Austriam duxit, igni ferroq; omnia fœdantes vastantesq;. Mirum & incredibile, ni cerneretur, tantam vnus esse prouinciæ potentiam: sed excreuit ferocia per cæterorum ignauitiam. Et miramur olim Wandalos per Germaniam, Gallias, Hispanias, tanta patrasse, Africam imperio tenuisse: quando eius gentis vna portio, Bohemi, tantū valent in florentes iuxta se prouincias, quibus nemo par esse possit bello? Virgam parauit pater ad castigandos liberos: quibus etiam manus videtur alligasse, hoc est gratiam repugnandi non dedisse. Hoc enim est illius alligare. Sed caueat virga: castigato filio, proicitur in ignem.

DVM in Dania de pace tractatur inter regem & vrbes Wandalicæ, Rostockenses nouo à terris bello inuaduntur. Proscripti proconsules apud dominā terræ & administratores effecerant, vt constituto ad id die quo intra urbē quietiora omnia putarentur, conuiuiali die (quo de more calendas peragerent) magnam manum militarem cum aliquot principibus aggregarent, inuasuri urbem. Nam erāt intus proscriptorum cognati & amici, qui rem vnā curandam susceperant. Conuenerant ad eam rem in armis Otto dux Lunenburgensis & Brunswickensis, Ericus dux inferioris Saxonie, germanus frater dominæ Katharinæ, Hermānus episcopus Zwerinensis, Iohānes comes de Hoia, & ipsi duces paruuli Magnopolenses. De direptione vrbs agebatur, quādo aliter ad sanam mentem ciues redigi non poterant: vt vel sic reponerentur exules proscripti. Wilhelmus erat dominus Wandaliæ, qui magnam inde prospiciens futuram sanguinis effu-

Victores capti
ni abducuntur.

Stetinesium ob
publicum æri
vium tumultu.

Rostockenses
à federatis se
distingunt.

Expeditiones
ab Hussitis sus
ceptæ.

Adulteria etiā
matris nō sūt
probanda.

Principes im
pense metu, à
bello quod pū
putant, deter
rentur.

Nempe filij
patrum prio
res spreuerūt.

CAP. 21.
Bellum nouū
in Rostocken
ses.

1430.

tionem, & bonæ urbis subuersionē, rem ciuibus detexit. Habuere ciues in armis plurimos: portæ urbis impositis præfidiis seruatur diligentius, arma in propugnaculis prompta fuere. Tam erat res in arcto constituta, vt priusquam rescirēt ciues, nonnulli urbem ingressi, statuerunt deintus rem inchoare per tumultū, dū superuenirent qui foris tendebant. Aliquot nunc armati se ostenderant, quum scirent paratū agmen extra urbem signum irruptionis demorari. Sed quoniam ciues & ipsi vigilabant, deprehensi in vrbe qui se commouerāt, & publico iudicio damnati, excruciatī perierunt: alij quæsi, inter amicos latuerunt. Qui foris erant principes, iam signa sua laxauerant, de proximo irrupturi: sed vbi intellexerunt consilium in vrbe nudatum, flexere iter in ostia fluminis ad mare: ibiq; quæ inuenere diripientes, laxatis nauibus, & in portu demersis, portū occludere (ne frustra venerint) sategerunt: & eo pro viribus intentato opere, abierunt. Ciues postero die exierunt magno agmine, flammis, ferro sæuientes in militares quos agmini interfuisse sciebant, mansionibus eorum subuersis, abactisq; prædis.

CAP. 22.

Letuanus Alexander moritur.

VITOLDVS per hæc tempora (qui & Alexander) dux Letuanix, pollicitus est Romanorum regi Sigismundo, si se regem declararet, centum expeditorum millia per annum integrum suis impensis (quæ in ea gente non magnæ sunt) in Bohemiam militaturos mitteret. Rex conditione comprobata, quū cuperet Bohemis franū iniicere, misit archiepiscopum Saltzburgensem, cui adiunxit Guntherū Magdeburgensem, qui regis vice coronationē solenni ritu implerēt. Sed inuidit fortuna tātis successibus. Quum enim essent in itinere archiepiscopi, magna iam parte peracta, occurrit illis nunciū, Vitoldum iam emigrasse de mundo. Itaq; infecta re vertunt iter retro. Interim Suitergail (cuius exitum præoccupātes diximus) frater regis Polonix, qui fratruelis esset defuncti Vitoldi, ducatū eius inuito rege fratre occupauit. Iam enim inter fratres diuturna erat similtas. Nam rex Polonix Bolislaus olim Jagail, fratrem Suitergail, captum diu tenuit in vinculis. Nunc ergo rex armato in illum duxit exercitu, properās eiicere principatu Vitoldi, priusquam in illo confirmaretur. Suitergail aut, quum esset & ille impiger ad arma, occurrit fratri: & magno inito certamine, varia diu forte certatur. Vincitur nouissimè rex, & à fratre vicissim captus in vincula abducitur, passus quod inferre cogitabat. Per quæ tempora dominus Christianus Kobant, Martino pontifici iam diu cōmendabilis, Osiliensis factus episcopus, ecclesiam suam visitauit. Cernens fratrum de ordine Teuthonicorum molitionem, inde declinauit ad regem Daniæ Ericum, quū haberet nonnulla eius negotia, apud sedem apostolicam promouenda. Questus est ecclesix sue pressuram ab ordine: orabat regem, vt absente se ecclesiam suam dignaretur habere commēdatam, quòd in mari & ad mare pro magna parte sit sita. Id veritus magister ordinis, diocesim illam ingressus, omnia eius præfidia accepit in deditiōem, firmavitq; suis impositis militibus.

Bellum inter fratres.

Teuthonici equites tyrannidem affertant.

CAP. 23.

PERVASIT metus Bohemorum omnes Germanix prouincias, quando nihil erat inuium tantæ ferocitati. Vnde factum est, vt omnes vbiq; vrbes nouis se fossatis & propugnaculis communirent, ad resistendū vesanis, si fortè accurrant, Erphordia, Iena in Turingia, Magdeburgum, Brunswicum, Luneburgum: inq; eam rē desumpserunt vicinos in suburbiis hortos, & vineas, cuiuscunq; essent ditionis, monasticæ, ecclesiasticæ, aut iuris priuati. Inde Luneburgū magnis cœpit sumptibus munitiōes sibi circumducere. Vnde contractum est tam grande æs alienum: quod postea conflabat diuturnā & sumptuosam litē, inter ecclesiasticos & oppidum memoratum. Quo tempore quum ageretur xxxi. annus, Romanorū rex Sigismundus magnum agebat Nurenbergæ conuentum principum vtriusq; ordinis. Conuenerant eò frequētes archiepiscopi, episcopi, duces, marchiones, & omnes penè regni principes: aut, qui adesse non poterāt, emisere oratores. Misit eòdem papa Martinus Iulianum cardinalem. Crediderim tum Eugeniū in sede fuisse. Afferebat cardinalis diaconus plenissimas remissiones in perfidos Bohemos. Conuenerat tum inter omnes, vt in proximā ætatem generalis fieret expeditio in Hussitas: inq; eam rem cruciata prædicatur indulgentia. Confessores statuuntur cum omnibus casibus, etiā papæ referuatis, ad omnes qui se cruce signarēt ad militiam, aut quemuis pro se mitterent, aut de suis facultatibus contribuerēt. Magno conatu res inchoata, non tā lætos habuit exitus quàm alacria principia. Poterant aliquot fieri prælia ad reprimendos Orphanos: sed nihil magnum fiebat ad subigendos aut edomādos. Perman-

I 4 3 I.

Conuentus principū Imperij ad Hussitas opprimendos.

Permansere enim in dura vsq; modò ceruice: nisi quòd post hæc tempora tam longinquas excursiones non fecerant. Eodem tamen tempore, dum hic principū conuentus ageretur, egressi Orphani in Slesiam, omnia crudeliter subuertunt obuia, præter vrbes muratas. Duxere in Marchiam: oppida ibi Landesberg & Strusberg cepere, ex suo more cuncta subuertentes, ecclesias cum monasteriis, nec ordini nec sexui nec ætati deferentes. Sed principum expeditio in eos flaccescebat: cuius hæc erat causa, quòd rex Romanorum contenderet per ea tempora in Italiam pro corona imperij. Papa autem obluçtari cœperat nouo (quod tum sollicitabatur) cōcilio Basiliensi, quod ex decretis proximi, iā tum erat inchoandum. Vnde factū est, vt summis principibus aliò respicientibus, minus procederet intentatum Bohemis bellum. Hamburgenses tum luctamē habuere cum Thietmaris, qui non æquo ferebāt animo turrim erectam ad exitum Albis fluminis, quò portum de mari requirentes, in oculis signum habeant. Ipsi verò sunt arbitrati, liberæ suæ in mare navigationi restringendæ esse extractā. Quocirca eam aliquādiu impugnaere: sequutaq; est (quod in Saxonia diximus) ea satellitū in Thietmarsiam excursio: quorum tum præfectus erat vir è senatu Hamburgensi consularis, cæsus cum plurimis in ea terra. Quod ibi explicuimus.

WANDALICÆ vrbes etsi crebrius de pace apud Danorum regem facerent mentionem, nec dum tamen finem habuit bellum. Sundenses & Rostockcenses se iam cæteris subduxere: cæteræ ducibus nō defuere ad finem. Quarū tum ope Flensborg, opportunum eo bello oppidum, obsidetur: & (quod in Dania diximus) diuturna obsidione, magno sumptu, demum fame expugnatur. Aderant Phrisij, bonam in perficiendis fossatis nauantes ducibus operam. A mari quidem perurgebant urbici, à terra Holfati, cum auxiliaribus. Dudum tamen antè captum est oppidum, quàm mons ipse, firmatus in arcem, veniret in potestatem. Habebat enim validum ad tuitionē militum præfidiū: & semel importati (per negligentiam obsidentium) comæatus, diu frustrabatur obsidentes: donec continuata obsidione, fames perurgeret obsessos: pactiq; vitā, vestes & arma, montem dederunt: qui perinde ducibus parebat in finē. Quo tempore concilium Basileæ inchoatū, primam impendit operam (si fieri posset) Bohemos in vnitatem reducere. Quæ etiam re institutam in eos militarem expeditionē remoratur, ne bello exasperati magis auertātur. Misit conciliū solennes in Bohemiā oratores, sacræ theologiæ & decretorū magistros, qui cū præsentibus agerent per modestiā: vt inflectāt duras corū ceruices ad ecclesiasticæ pacis vnionē. Sed tamen mouit patres, non esse ex dignitate cōcilij, adire in suo regno pertinaces. Inde enim elatiores futuros, nec sine periculo posse fieri missorū putauere. Statuerunt, mediū in locū, ad Egram urbē, eos euocare: quod ita factum est. Scribebant deputati, mittebantq; qui rem verbis ageret, in vnitatem ecclesiastica Christum cōmorari: in dissensione regnare diuisionis authorem: tunicam Christi inconsutile, sine magno sacrilegio scindi non posse. Flexi sunt, vt fide publica, à principib. quos nominauere, interposita, eò mitterent Procopiū capitaneū, cū aliquot doctis artium magistris: nam aliarū facultatum doctores nec habent, nec habere curāt.

CAP. 24.

Flensborg obsidetur.

VBI aderant Bohemi, modestè interpellati, super vnione redintegrandæ, commouentur vt Christianam mansuetudine cum illis agant, præsentem Christo, ad cuius honorem conuenissent. Ervt quietius res agatur, scripto monentur edere quib. ab ecclesia decrepent: Multa quidem alia ediderunt, sed quatuor capitum fuere penè omnia. De communiōne sub vtraq; specie: Quem primū posuere, quam ille notissimis accesserit articulus, monente quodam non magni nominis viro. Secundū prætulere, quòd expressiora in eum confirmandum, euangelij testimonia se putarent inuenisse. Secundus, de cumulatione ecclesiasticorum beneficiorū: quam omnino detestantur. Tertius de correctione subiectorū in prælatos: quam licitam vbiq; & semper esse voluerūt. Quartus de missione ad prædicandum: quam facultatē omnibus patere contendunt. Respōsum est illis summa mansuetudine, ostensumq; abunde, quid in quaq; re sentiret & doceret ecclesia. Illis quoq; replicatibus, per mensem extracta est disputatio. Interim populares multi fiebant sermones, flectendis ceruicibus qui aderant laicorū. Sed illi inflexi permāsere. Conuenit tamen inter vtrosq;, interposita fide publica ab duobus qui aderant marchionibus, Friderico de Brandenburgo, & Wilhelmo de Baden, vrbibusq; Nurenbergæ & Egra. Omnes hi fidē obstrinxerant, ituros & redituros securè Bohemos, habendosq;

CAP. 25.

Conuentus principū Imperij ad Hussitas opprimendos.

pacificè, neq; contumeliis in verbo, aut nutu, aut facto leuissimo afficiendos. Si quid horum violaretur, memoratos principes omni iure esse Bohemorum captiuos, vrbes futuras in Bohemorum potestate. In has leges cum oratoribus concilij Basileam proficiscuntur, honesto locantur hospitio, suis sumptibus abunde omnia illis suppeditantur. Conuenere cum illis frequenter ex concilio deputati doctores, qui omnibus illorum obiectis satisfacerent ad liquidum, monerent, obsecrarent. Quò præsentibus disputationi notarij exciperent omnia, sæpe ruborem retulere, nihil habentes quod obiicerent. Sæpe victi, manum tamen dare recusant, multis vtentes tergiuersationibus: & ad suos, quòd vbiq; vincerent, referebant. Nec sum animi dubius, ita visum pertinacibus, quòd superarent: quia liquidæ rationis lumen non nisi humilibus solet prouenire. Igitur sine fine abeuntes, in sua securi redierunt.

CAP. 26. TRANSIBAT eo tempore in Italiam Sigismundus rex, coronam Imperij Romæ sumpturus, simul vt moneret pontificem, concilio suam (quam antè dederat) auctoritatem permittere. Sed tardum erat iter transeuntis, quòd Veneta & Florentina communitates, magno bello tum agitentur ducem Mediolani. Auxerat Italarum potentiam, nostrorum Imperatorum partim fœcordia, partim avaritia. Iam in eum modum excreuerat qui pridè erant capitanei, deinde tyranni, vt nunc legitimi principes haberentur. Vnus iste Mediolani dux (quem proauus Sigismundi Henricus VII. euexit) videbatur, qui Imperio nostro faueret, idq; non aliter, quam vt Venetis Florentinisq; maiorem opponeret potentiam. Sed non ita aduenerat Sigismundus cinctus copiis, vt formidabilis esset, fidens agminibus, quæ ex cõstituto erat ex Philippo duce accepturus. His promissionibus diu frustratus, multum temporis triuit in itinere, expectans hoc aut illud, quãdo suis viribus non fidebat. Duxit vt cunq; Pisas, & ibi Florentinis colluctatur: qui iam (si diis placet) gloriatur, quòd in conspectu Romanorum regis suos ad equitare videret satellites. Nec Eugenius papa festinabat Imperatorè per Italiam deducere, q; Venetus ipse esset, nec æquis cernere poterat oculis Venetorum inimicū, etiam si quòd petebatur, palam negare non auderet. Ad id iam peruenit Rom. Imperium imbecillitatis, vt quum aquila plumis pennisq; sit nuda (quas tenent principes electores) aliena indigū ope videatur: quòd ab initio solebat laborantibus esse præsidio. Hoc autem Karoli III. testamentum, qui patrimonium Imperij distraxit, disperfit, vt ignauū post se filium Wentzlaum in Romanorum culmen eueheret. Hæc sunt Bohemorū in Imperiū magna beneficia.

CAP. 27. TRICESIMO secundo demum anno post MCCC. Hamburgensium in Dania captiuilaxantur, ære suo redempti. Habebant ipsi quoq; Hamburgenses ex Danica militia tres captiuos, quorum duos in eas condiciones (tertio retento pro obfide) dimittebant, vt facta compensatione, Henricū Hoier proconsulem cum concaptiuis ciuibus remitterent: alioqui in captiuitatem ipsi redirent. Res diu protelatur. Demum in eam formulam peruenit, vt quoniã multi essent captiuius, & pauci vicissim militares, ciues decem millibus, & militares sex redimerentur, facta inuicem compensatione. Per quæ tempora papa summis viribus annitur conciliū in Italiam reuocare. Formidabat enim Germanos, quòd ope cæterarum nationū Italicas vires præscinderent, & aliquando summum pontificem, de prouinciariū suo (vt Hussi raiunt) triumphantem, filiosq; nepotes glorificantem ad maiorè modestiam Christi q; scholæ dignè reuocarent. Cõcordata inter sedem apostolicā & Germanicā nationem, olim in ita, posthabentur perit uerecundia de frontibus multorū. Et querimur Bohemos ad ecclesiā nolite redire, quãdo illic morib; viuunt, qui nō sunt exemplares. Interea Sigismundus rex Romā perueniēs, coronā accipit Imperij, & (quando aliud impræsentiarū non poterat) communitatibus Italiæ reconciliatur, Venetis ac Florentinis: procuratq; cõcilio Basiliensi accedere, quam reuocabat, apostolicā auctoritatē. Quo tempore visæ sunt cataraçtæ cœli supra Bohemiam ad aperta. Tantū increuere de niuib; deq; pluuiis flumina, vt primū Albis in Bohemia excrefcens, multas cū hominibus villas consumpserit: deinde in Misna pontem Dresensem deuexerit, homines & iumēta perdiderit. Nec minus Sala intumuit ad urbem Hallensem: muros ascendens equauit, imò etiam superauit: ac dulces aquas saline miscuit. In regione Turingorū, supra quadraginta villæ perierūt: homines & iumenta pariter inuoluuntur. Senferunt & occidua palustres terræ inundatiam fluuiorum, frequens malum habitantiū ad aggeres fluuiorū. Vix enim tãto firmari possunt robore, vt non

non ponderè subsidant, rumpanturq; imminētium aquarum impetu. Ita cernimus interuisse nostris ad Albim finibus multas per vtranq; ripam terras, olim cultas frugiferaque: nunc piscatorum tantum casellis infestas, vix tenues reliquias longissimarum olim per ripas terrarum. Quid non edax consumit vetustas?

LETUANIA magnis iā motibus quassata tremiscit. Suitergail regis Poloniæ frater, iam antè (quòd diximus) captum fratrem magno vix ære redemptum laxauit, quum antè ipse integro septennio in vinculis eiusdem sui fratris perstitisset. De ducatu autem Letuanix bellum illis erat, quem mortuo Vitoldo, vtriusq; fratruel, Suitergail sibi vendicauit. Rex autem pro Sigismundo, Vitoldi paruulo filio, contenderat, iustiori consilio vsus: impium dictitans legitimum hæredem discludere, præsertim quòd fratrem suum Suitergail, virum insolentem, minus expedire putabat tantis præesse populis. Magnis vtrinq; nisibus bellum paratur. Rex totis Poloniæ viribus pro puero contendit, quum haberet in illo principatu Letuanix, qui secum idem sentirent. Suitergail quum se suis agminibus, tantis resistere exercitibus nō satis speraret, vndiq; sibi auxilia deuocauit, ex Russis Tartarisq;, & iis qui suæ gētis necdum erant Christiani. Quumq; fratres domus Teuthonicæ etsi in fœdere essent cum rege, malè tamen affectos sciebat eidem regi, interpellauit eos super belli societate: illi non cunctanter accessere. Iam par, etiã superior fratre rege & aduersis partibus putabatur. Eduxere inuicè sua in acie agmina: magnis viribus, paribus animis, acerbo vtrinq; odio diu cõtentitur. Cadūt sine numero ac nomine plurimi, vtpote inter colluuiem tantorum mortalium. Cessit victoria Suitergaili, fugato rege cum suis. Rex indignè ferens fratres Teuthonicos, sibi (vt putabat) fœderatos, in aduersis castris militasse, renuntiabat eorum fœderibus, quæ archiepiscopus Coloniensis & dux Bauariæ compegissent, instituit hostium loco habendos in reliquū. Sed illi nisi nouo fœdere ducis, rem duxere leuiorem. Iam magnum Prussie paratur bellum, rege Poloniæ hostilia nunciante. Auxilia vndiq; perquisiere fratres memorati, & ad stipendia vocabant per omnem maritimam regionem satellites. Concurrat ingens multitudo: magno vtrinq; apparatu bellum instruitur. Rex Bohemorum Hussitarum etiã auxilia vocat, homines iam vbiq; formidatos, sæuos, terribiles, & (vt fama erat) irrepressibiles, vbi sæuitiam intenderant. Peruenere prædātes vsq; in Montem regium. Occurrerunt quibus poterant viribus fratres Teuthonici: sed leuib; tantum præliis, nō totis aciebus conflagabant. Sex erant Bohemorū millia, qui tum etiam in Marchiam debacchantur. Oppidum Soldin euertunt, & in eo cum ecclesia monasterium fratrum solo æquant. Ita singularibus odiis insectantur religiosos. Sed Poloni interim in Prussia percurrentes, omnia igni & ferro fœdauere. Fratres Teuthonici q; impares viribus viderentur, campo se non crediderunt, sed custodiam arcium & urbium egerunt: quās firmo impositorum præsidio militum comunierunt. Cupiebant sæpe obuiam ire hostibus stipendiarij erumpentes: sed non sinebantur: quòd detrimēta accipere potuissent, magna inde comoda referre nullo modo possent. Sed cruentū hoc Christianorum bellum, ab amicis interceptū peruenit ad treugas, ne Bohemi, liberius quàm Christiano populo par esset grassati, maioribus incommodis afficerent vicinam rem vbiq; Christianam.

MARE quòd vocāt alij Wandalicum, alij Germanicum, alij etiam Sueticum (nonnulli dixerunt Balticum, alij etiam Sarmaticum) mare nostrum infestū tenuere Dani nauigantibus, durate bello inter regē ac duces de Sleswico, quib; bello sociæ essent Wandalicæ vrbes. Danis præerat Broderus Zuen, miles classi præfectus. Iunxit se illi socium Ericus quidam ex Holfatia miles, nunc regi parens, non contemnendam manum & ille ducens. Obseruauere in mari mercatorum de Liuania transitum, deq; Prussia, vel in eas prouincias nauigantium. Quatuor non contemnendæ magnitudinis naues, mercibus onustæ preciosis, de Riga venerant, mutuo (vt cõuenerat) auxilio futuræ, vbi vis hostilis ingrueret. Inuaduntur ab hostibus, cesseruntq; maiorib; circumfusæ & inclusæ viribus. Tres cū iis qui inerāt mercatorib; capiuntur: vna delabitur: peruenitq; incolumis in portum Lubicensem. Opimā prædā Dani alacres partiuntur: mercatores deputant concaptiuis, vt suo se ære redimant. Interim opibus aucti, alacriores redeunt in mare. Lubicenses aut & ipsi de rebus aliis cogitant. Naues Reualiam petere solitas, grandiores, perarmat, impositis satellitibus, qui facilè hostibus parēs viderentur. Adiungunt celeres ad cursum alias: & cunctis ex sententia comparatis, armatos stipendiarios mer-

catoribus iungunt in naues onerarias: cæteras solis ad pugnam implent armatis. Proce-
dunt in mare. Videt ad nauigare Ericus classem, cui Dani, qui tum nauigarât, pares non
videbâtur: admonetq; expeditionis socios, vt tempore cedant. Brodero omnia leuipen-
dente, Ericus retro cursum legit. Ad nauigant ex Lubicësi classe maiores primæ naues:
quas finit Broderus præterlabi, postremas constituens inuadere. Latuerunt armati, soli
erant in transtris nauæ. Aggreditur capere: exiliunt armati: & cõserta pugna facillè su-
perant, cui & numero & animis præstabant. Infiliiunt barcam militis, captumq; in vin-
cula coniciunt. Ducentos quadraginta viros, cum eo peruenisse tum ferunt in manus
Lubicensium. Onerariæ suo proficiscuntur itinere: cæteræ in Trauenam retro duxere.
Fama volat captum cum cõmilitonibus militè, qui nuper tres è Liuania naues cepisset. 10
Tota obuiam ciuitas effunditur, hostem captum videre percipiēs. Omnes vinculis al-
ligantur, sinunturq; pro cuiusq; fortuna ære se suo relaxare. Miles diutius in vinculis ma-
net, quòd nauticus vir esset, qui laxatus quieturus non videretur. Tentata est eo anno i-
terum concordia, missis in Daniam ex Wandalicis quatuor vrbibus, Lubica, Hambur-
go, Luneburgo, Wismaria, in arcem Zuineborg, ad regē oratoribus. Sed frustra iactata
verba: faciem regis oratores non viderunt, nec ille verba eorum dignatur audire. Me-
diatores transferant inter vtrosq; , qui vel nolebant vel non poterant rem pro dignitate
componere. In alium conuentum sequentis anni res differtur.

Lubicenses præ-
lio nauali ad-
uerfaria clas-
sis præfectum
capiunt.

Danus lega-
tos de pace nõ
admittit in
conspetum.

CAP. 30.

PER ea tempora Siboldus Phrisius & Emilo, ad fluuiũ Amasim fortalitia tenuerunt,
in quibus præbuerunt (vt ferebatur) piratis receptacula: qui omniuaq; digrassati, mer-
catoribus incommoda multa intulerunt. Sensere primi ea damna Hamburgenses cum
Bremensibus, qui de Albi & Visurgo (nũc Weseram vocant) mare in nauigabãt. Quum
finem vellent incurfionum, ex memoratis vrbibus, per fluuium quisq; suum, expedie-
runt armata nauigia: congressi q; in mari piratis, multos ex his nauali prælio perdid-
erunt: quadraginta ex his captos Hamburgũ protraxere, publico ibi iudicio damnatos,
gladioq; cæfos. Cœpere interim in Phrisia capitanei inter se ciuili bello dissidere, quum
cæteri, quorum euerfæ sunt arces, inuiderent Siboldo, Emiloni & Vdoni, Phrisiorum
primoribus: nec fidebat populus capitaneis, qui arces tenerēt, bello par esse. Ergo me-
moratas vrbes, bello socias populus Phrisiorum asciuit, vt ope mutua subuerterent quæ
ad receptacula starent piratarum arces. Hamburgenses atq; Bremenses, quod diu con- 30
cupiuere, iam oblatum ab incolis suscipiunt: certi Phrisios nunquam melius quàm o-
pe Phrisiorum posse expugnari. Emittunt armatas cum apparatu oppugnandi naues.
Constituto tempore ad arcem Siboldi oppugnandam à mari venerunt, Phrisiorũ à ter-
ra equites peditesq; constitere. Siboldus & Vdo capitanei, iam antea rerum gnari, non
se patiuntur obsideri: sed comparatis vndecunq; auxiliis, obsidionem à terra soluere
intentabant. Iam arx terra mariq; oppugnatur, & penè capta est: quũ audiunt oppugnã-
tes Phrisij adesse Siboldũ & Vdonem manu valida. Parte igitur ad expugnationem iam
penè captæ arcis relicta, quum ex nauticis Phrisij trecentos accepissent sagittarios, ma-
iori copiarum parte Phrisij Phrisiis obuiam proficiscuntur: nec longè ab oppido Norda
concurrunt, manusq; conferunt. Itaq; paribus animis viribusq; aliquandiu stabant acies 40
obnixæ. Sed inclinavit fortuna Siboldi: ipseque & Vdo, cum primis suorum cæsi, vi-
ctoriam hosti relinquunt. Capti aliquot, cæteri fuga salutem quærunt. Interim arx expu-
gnata æquatur solo. Inde ductum est in arcem quæ Amasi adiaceret, vnde nomen illi
fuit Emeden. Emilo capitaneus vbi audiuit exitum confortũ, nec munitioni satis fide-
ret, nec auxilia multa de foris speraret, in fidem se contulit Hamburgensium. Illi acce-
ptum in suam ciuitatem perduxerunt, hospitaliter & benignè habitum: arcisq; imposue-
re suorum validam cum præfecto manum. Sed indignati Phrisij, quòd non illa arx (vt
cæteræ) dirueretur. Ad hoc enim contenderant, vt omnes æquo iure & viuerent & ha-
bitarent, nulla in omni ditione arce remanente. Phrisij ergo appetente iam vere duxe-

Bellum ciuile
in Phrisia.

Siboldus &
Vdo cæsi.

Emeden oppu-
gnatur.

re in Emeden, euerfuri viribus & armis. Sed qui inerant fortiter restitere: ausi etiam e- 50
rumpere, supra centum ex Phrisijs oppressere, iis qui ad oppugnandum venerant. Eam
aliquandiu tenuere arcem Hamburgenses, vt incolume inde mare præstarent nauigan-
tibus, magno suo impendio. Inde post aliquot annos, Vlrico quidam ex Phrisiis prima-
rio, viro castrensi, fide permittunt. Vir hereditate locuples erat: aliunde quoq; rebus ab-
unde cumulatis, ab Friderico III. Rom. Imperatore, promeruit dignitate comitali ex-
ornari.

ornari. Cuius filij hodie comites sunt, vocanturq; Phrisiæ orientalis. Sed hæc dudũ post-
ea: redeamus in ordinem temporum.

CASIMARVS per hæc tempora, dux Stetinensis, princeps acerrimus (qui Stetinen-
si vrbi arcem, quam antè non habebat, imposuit, & subesse docuit populum, aliàs per o-
pes & mercaturas insolescentem) iam moriturus, vocat eius vrbis proconsules, cõmen-
datq; eorum fidei liberos tutandos. Tum ex eis quidã, lingua promptior, & principi fa-
miliarior, Quomodo, inquit, princeps illustris, filiis vestris præesse iubemur, qui ipsi ser-
uiler, vt constituistis, subesse cogimur? Arcem nullo commodo vestro, magno autem
incõmodo nostro, vrbi imposuistis, ex qua magis ac magis ciues vestri, in tẽpore coan-
gustati, migrabunt in loca liberiora. Nõ patitur mercatura eas militarium iniurias. Si ex
hac vrbe præsidium futurum sit liberis vestris, in antiquam oportet libertatem reduca-
tur. Suasit ac persuasit principi, vt iuberet nouam in vrbe arcem mox demoliri, permis-
sa ciuibus (quod literis testabatur) veteri, qua semper sunt gauisi, libertate. Iam treugæ
erant in diuturno bello, quod inter Danorum regem ac duces Sleswici, astipulantibus
vrbibus Wandalicis, cum magno partium (vt fieri solet) detrimento: & tamen Dani per
inducias nihil abstinuere assuetis prædationibus. Questi sunt vrbici per literas: nihilo
secius agebatur. Semel enim magno turbine commotũ mare, longo vix tempore redit
ad tranquillitatem. Multa viris ad arma consuetis, permittenda sunt ab inuitis principi-
bus: multa fiunt illis ignorantibus: quum interim sacramento se rei purgare non formi-
dant. Venerant & redibant incolumes Dani in vrbem Lubicam. Noluerunt viri boni, et si
crebrius sui ciues per mare vexarentur, par pari referre: sed dissimulabant, interpretan-
tes (quod res erat) multa inuitis, multa nesciẽtibz fieri principibus. Itaq; longanimiter
præstolantur reparationem.

ROSTOCKIO proscripti proconsules causam suam in concilio Basiliensi prosequuti,
delegatum accepere abbatem sancti Michaelis in Luneburgo, virum doctum, decre-
torum doctorem: apud quem causa de integro vtilatur. Et ex partium productis testi-
ficatisq; iudex ille sententiam protulit, iustificans exulantes, & (è diuerso) condemnans
nouum concilium cum communitate: & censuris perurgebat, vt parerent iudicato. Illi
à sententia appellarunt sedem apostolicam. Quam iudex appellationẽ reputauit friuo-
lam, iã sæpius per concilium Conitantiense declarato, q; papa subesset concilio in spi-
ritu sancto congregato. Itaq; reiecta appellatione censuras prosequitur, & ad diuinorũ
interdictũ, inde etiam post tempora contra participantes procedens. Paruerunt diui-
norum rectores mandatis ecclesiæ, loco cedentes, ne ad inconcessa per tumultũ vrge-
rentur. Erant ex minore sacerdotũ ordine, qui appellationi inhærentes, diuina peregre-
runt. Doctores & magistri in nouo gymnasio, diu seruauere patientiam, donec contra
participantes ageretur. Cõminatur eis concilium, nisi concedant loco, adimenda illis
priuilegia: quibus si in contemptu matris abutantur, ipso facto possent videri amisisse.
E diuerso pollicetur nouum ciuitatis conciliũ, dissimulent, vt anturq; patientia: omne
se pondus eius rei in se suscepturos. Sed tum quod grauius videbatur, præponderabat.
Cessere loco, magno suo & successorum incommodo. Peruenerant Griepswaldis: ibi-
que aliquandiu se continuerunt. Interim Sigismundus Romanorum Imperator, vt Ro-
stockcenses iudicato parere perurgeret, banno supposuit imperiali, nisi intra constitu-
tum diem parerent: permisitq; omnis generis mortalibus, vt personas & res contuma-
cium Rostockcensium impune inuaderent, caperent, spoliarent, detinerent. Ciues au-
tem solo mari vtentes, quum pacẽ ab rege Danorum haberēt, omnia parui fecere quæ
Imperator comminaretur. Ipsa verò doctorum, magistrorum in eo loco fundata vni-
uersitas, irrecuperabili iactura afficitur. Perdidit enim annua, quæ apud senatum erant
collocata stipendia: amisit ecclesiarum quæ principes contulerunt gubernacula, vt suis
vrbibus haberent prouentus. His enim omnibus renunciare, priusquam in eã vrbem re-
ciperentur, cogebantur. Sed hæc infra.

HOC tempore, qui fuit xxxiii. post mille quadringentos annos, Bohemiæ baro-
nes & proceres magna parte fideles catholici, alios quoque antè deceptos ad sanam
mentem redegerunt: collectõque agmine magno (quod Taboritæ & Orphani hæte-
nus hæretici fecere) ipsi armis cogere cœperunt hæreticos, vt ad matrem ecclesiam re-
migrarent: & vt à capite ordiantur, duxere Pragam. Intromissi aut in vrbem veterem,

CAP. 31.

Arces liberta-
ti ciuium ini-
mica.

Dani indu-
cias violant.

CAP. 32.

Proconsulum
Rostockio exi-
lum causa.

Rostockenses
mnas impe-
riales nihil
pendunt.

CAP. 33.

I 4 3 4.

reuerunt
proprietates.

quam magna parte tenuere Teuthonici, viri fideles, cum aliquanta parte Bohemorum cohabitantium, primo mane (qui fuit dies Dominicæ ascensionis) nouam ciuitatē, quæ tota hæreticis redundabat, inuadunt, nihil tum formidantem. Sed vbi persenserent hæretici quid ageretur, obseruatis suis portis ad defensionem constiterunt: oppugnatur ab vrbe veteri porta nouæ ciuitatis, & conuellitur. Magno impetu fideles incurrunt hæreticis, vt illi solebant: sæ uiuunt sine discrimine in omnem ordinem, ætatem & sexum: nec illi segniter se tuentur: victores & ipsi cadunt. Ferunt, eo die ad duo & viginti millia hæreticorum concidisse. Magna ibi præda per multos annos ex vicinis prouinciis & vrbus cōuecta fuit: ibi quicquid Taboritæ & Orphani ex captis direptisq; vrbus pretiosum inuexere, cumulatam reperiunt. Eam victoriam viri fideles Deo inscribere, nō 10 suis (vt par erat) viribus. Inde verò, continuato victoriæ cursu, mouentes ad alia hæreticorum præsidia duxerunt. Arx erat itinere medio, Rasin dixerunt. Eam opportuno loco sitam, rebus catholicorum multum profuturam rati, oppugnauere. Eius arcis dominus aberat cum consortibus hæreticis in expeditione militari: breuiq; venit in manus catholicorum. Eam improbis, quos necauere, purgatam, suis attribuit fidelibus afferuandam. Inde ad urbem Broda, parentem hæreticis duxerunt, instituta oppugnatione. Ciues, quid ageretur non ignari, pollicentur se mox in ecclesiæ obediētiam redituros, & redeunt parum accipientes incommodi. Deinde ad eam, quæ Colonia dicitur con- 20 tendunt: nec ibi plurimum difficultatis experti, in gratiam recepere ciues, fidem facientes se in reliquum orthodoxæ fidei parituros. Audiere Orphani & Taboritæ hæretici (his enim nominibus ipsi se nominarunt) quid de suis ageretur. Succurrendum rati, ob- sidionē vrbs Pilsensis (quā anno integro continuerūt) relinquūt, obuam ituri Bohemi Bohemis. Omnem in curribus bellicū secum duxere apparatus, & inter vrbes memora- 30 tas, Brodam & Coloniā, inuicem occurrunt. Hæreticis accessere sui, qui sparsi per prouincias, pridem omnia subuerterunt. Magno vtrinq; apparatu, singulari diligentia prælium instruitur. Conferunt manus, & acriter inuicem præliantes, monstrauere orthodoxi, non posse Bohemos nisi à Bohemis vinci. Itaque immanissimum illum exercitum hæreticorum catholici profligant, cædunt, opprimunt, infinitam stragē facientes. Pau- ci per fugam elabuntur. Cruento latè campo cernitur quid actū sit. Incredibile memo- ratu quæ vbiq; lætitia inter fideles catholicos de victoria, quæ laudes & hymni in Dei 30 gloriam vbiq; concinuntur: venisse nunc tempus miserandi, respicere ab excelsō nunc Deum, qui hæc hactenus despexerit peccatores. Quantæ piorum elemosynæ, quot dulces lachrymæ per ora volutæ, sancta testantur gaudia? Hæreticorū vrbes plurimæ sua spōte se dedunt fidelibus: abiecta erroris nube, rediisse testantur Dei fideiq; clarissimam ac optatissimam lucem. Pro magnitudine continuati mœroris, erat mensura lætitiæ.

Ab utriq; pa- riter seuitur.

Husitarum clades.

CAP. 34.

Conuentus de Hansa Lubicæ de pace cum Dano factus.

LVBICÆ per id tempus solennem conuentum agebant omnium de communione Hansæ Teuthonicæ mercatores, vrbiūq; & senatum in eis oratores, tractantes de multis præiudiciis mercatorum, deq; infractioibus immunitatum, quas ab olim prin- cipes, quum inuitarent mercatores, contulissent eisdem: simul etiam consultantes de diuturno in Daniam bello: quod iam diu nulla poterat compositione terminari: quum 40 rex aduersum duces Sleswici, & armorum potentiam, & reportatæ apud Romanorum regem sententiæ, vim obtenderet in speciem iustitiæ suæ: duces autem (quibus ciuitates quatuor deesse nolebant) feudi successionem obtenderant, omni legitimo iure cō- probatam. In eo tum cœtu aderant Magdeburgenses, ecclesiastico ob pulsū archiepi- scopum interdicto suppositi: propter quorum præsentiam, toto mense Lubicæ diuino- rum facta est intermissio. Placuit tum communi consilio, legationem solennem facere in Prussiam, vt interpelletur magister ordinis Teuthonicorum sublimis, ad habendam intelligentiam cum vrbus memoratis, censereturq; protector earum ad iustitiā: quòd in diuersis locis mercatores eorum premerentur ab iure & iustitia sua. Missi sunt Colo- niensis, Lubicensis, Hamburgensis, Gdanensis proconsules, solenni comitatu: excepti- 50 que magnificè audiuntur. Placidè illis ad omnia respondetur. Non recusauit magister tantæ communionis iustam defensionem excipere, gauisus honore delato: fœdera in- eunt ad certam formulam, quæ literis inuicem datis roborarentur. Placuitq; vt idem sublimis magister, principibus, in quorū finibus sint emporia, super iis quæ iustis que- relis mercatores deferebant, scriberet, mitteretq;, vbi opus esset, oratores. Idque mox de lite-

Oratores Hæ- se ad magi- strum Prus- siæ.

de literis tentatum: quum decernerentur ad reges Angliæ Daniæq;, ducem Burgūdiæ, aliaq; in loca opportuna vrbus & communitatibus. Hisq; constitutis ex sententia, do- mum regressi sunt oratores. Interea alij ex eodem cœtu oratores missi sunt ex constitu- to in Daniā in arcē Werdinborg, Lubicæ, Hamburgi, Luneburgi, & Wismaria pro- consules, secum honoris gratia ducentes duos pontifices, Verdensem & Raceburgen- sem. Rex autē iam aduocauerat ex amicis principibus Bauariæ, Pomeraniæ, Stetinen- sem, Magnopolēsem, Saxoniam duces: Hildesemensem, ac de suis Lundensem, Roschil- densem, Aboensem, Ripensemq; pontifices. Quumq; diu multumq; inuicem contu- lissent sermonem, nihil venit in medium, in quo vtriusq; partibus complaceret. In eum- 10 tum modum discessum est, vt concepta regiæ dignitatis maioribus quisq; suis referret, certificaturis deinde regem, quid ex his complaceret, idq; per literas. Redeuntes ergo Lubicam, ex Dania ac Prussia oratores, referebant cœtui, quid cuique in sua legatione contigisset, quidve sit peractū. Placuit ex hoc numero deputare, qui anno proximo in singulis emporiis ciuitatum sint futuri oratores, quidve per singula sit constituendum: in Angliam, Flandriam, Norwagiam & Nougardiam. Quibus iam pro tempore reso- lutis, in sua quisq; abierunt.

Oratores Hæ- se in Daniam re infecta re- deunt.

BOLISLAVS rex Poloniæ, qui cum prima (vt diximus) coniuge, filia Ludouici regis Vngariæ (cui etiam Polonia tum parebat) regnum Poloniæ in dotem baptizatus acce- pit, vir octuagenarius, per hoc tempus emigravit, relictis duobus impuberibus filiis, ex 20 secunda coniuge. Ex filiis maior, duodennis, in regnum patris surrogatur, Polonorum rex futurus. Hic est Casimirus, regum qui hodie rebus per Vngariam, Bohemiā, Polo- niam Letuaniamq; potiuntur, parens. Mira fortunæ iactatio, imò Dei omnipotentis gubernantisq; vniuersa, per quem reges regnāt, occulta dispensatio. Ex Letuanorū ge- nere rex ortus, linquit hæredes Poloniæ: cuius nepotes nunc (vt diximus) Vngariæ, Bo- hemiæ, Poloniæ, Letuanie, magnis regnis, dominantur. Alter filiorum Bolislai erat La- dislaus, is qui regnum Vngariæ Alberto defuncto sibi vendicauit, relicta Alberti (quæ fuit filia Sigismundi) vxore petita. Sed quo minus assequeretur, properatus exitus erat in causa, quum pugnans ad Turcos (quod dicemus) opprimeretur. Sigismundus verò, iam Romanorum Imperator, conuentum solennem agebat principum vtriusq; ordi- 30 nis in Francfordia, super multis in Romanorum Imperio fluentibus sine ordine, vt re- formationi aliquando intenderetur. Constituit enim summæ prudentiæ vir industrius, iam æuo maturus, à suo ordiri gradu, hoc est à culmine: vt omnia componens, cæteris iustiori causa immineret. Ergo primū de Imperiali fastigio iubebat attēdere, vt à ca- pite edatur ratio, quid ad Imperatorem pertineret, quæ vigilantia, quæ instantia, quæ singulorum in suis iuribus defensio: tum vicissim quid à suis debeatur Imperatori, quæ obsequia, quæ obedientia, quæ subiectio: tum de Imperij iuribus, vt illa aliquādo in eis locis recuperentur: de Imperii neruis, de vestigalibus: sine quibus ne inferior quidem principatus possit consistere. Sed hæc omnia admonere potuit: cæterum quibus cogere- 40 ret renitentes, & iussioni non parentes, illi tenuere, quibus hæc ipsa imperaret. Quis enim leonibus, vrhis & lupis (vt ille in figura monstrabat) extorquebit aquilæ primarias pennas? Cōmonuit præterea quemq; sui ordinis, vt regni principes iustitiam fouerent, itinera publica secura præstarent, latrones insectarentur. Comites, barones, milites, v- numquemq; pro suo gradu iussit esse commonitum: & vsque ad defensores ciuitatum, municipiorum & oppidorum, officia distribuit: satis quidem intelligens per prudentiam princeps, quibus esset opus, si modò adessent, quibus illa ab nolentibus & inuitis extorqueret. Sed quoniā neq; principes electores, neq; alij proceres regni satis cumu- late aderant, iussit rem omnem in disquisitionem secū quemq; ponere, & in proximam diui Georgij diem in eundem redire locum: vt interea, qui abessent, cōmoniti, ad eun- dem conuentum prodeant. Sic agitur inter Germanos, vt cœtus semper ex cœtu oria- 50 tur, quasi fœtus ex matre. Sed tantundem alio cōuentu princeps oculatissimus futurum præuidebat: noluit tamen committere, vt sua vice in regni administratione quicquam omisum vel putaretur vel diceretur.

CAP. 35. Bolislaus Po- loniæ rex moritur.

Veræ reformā- tionis institue- ratio.

Imperator cœ- stando nō ta- men restituit rem.

ANNVS erat à Christo nato xxxv. post mille quadringentos, quum vrbes Wanda- licæ, diuturni belli, cui se implicuerunt (inter Daniæ regem & duces Sleswici) finē cer- nerent: & cooperarentur, vt fieret omnium rerum compositio. Nauigabant ducum &

CAP. 36. I 438.

memoratarum urbium oratores in Daniam, constituto illis ab rege loco in Werding-
 borg: in eo deferentes honori regio, quod illum in regno suo adiret. Tractatum est diu
 sine fine, Daniæ proceribus semper in id contendentibus, ut ius quaesitum regi apud re-
 gem Romanorum induceret, illiq; cederent ducatu: tum ut vectigalia rex
 pro suo arbitratu vel tolleret, vel augetet. Sed dum multi dies in eo sine fructu consumun-
 tur, nec aliud posset persentiri, nisi quod dies ex die tenderetur, & inutilis mora nece-
 retur: testati ducum & urbium oratores, saepe diuq; regem sequutos in Daniam, mul-
 tum eius semper honori delatum: quando irrisum iri venisse videantur, curaturos ut ir-
 rideri & diutius contemni non possint. Iam abutimur parabant, expectantibus Danis ut
 illi denuo ad tractandum quaererent occasionem, nec tamen aliud cerneretur quam de
 proximo abituros. Danorum proceres iam dudum bellorum pertæsi, regem adorun-
 tur: tempus esse aliquando de pace cogitandi, & ex animi sententia agendi: multos suo-
 rum esse præliis consumptos, euastatas insulas, suum quenq; priuatim sentire incommo-
 dum: regem imprimis de omnibus curantem, onus vel maximè sentire: orare ut sibi suisq;
 consulat ad temporum tranquillitatem. Permittit rex, ut arbitratu suo proceres de pace
 constituent. Tum ommissis ambagibus reditur ad compendia: iuri, quod apud regem
 Romanorum quaesierit, non incumbitur. Sinit rem in quo est statu, vectigalia vetera ab
 mercatoribus urbium in regno pendenda, regnicolas in urbibus nullis grauandos no-
 uitatibus, suis ab antiquo immunitatibus quemque gauisurum. In eum tum modum
 rebus compositis, læti oratores in sua reuertuntur, portantes pacem in patriam. Prope-
 rabat hanc concordiam tumultus exortus in Suecia. Timere Dani ne fortè ciuitates
 Suecis coniunctæ grauiores incumberent regno Danorum: quocirca finè fecere bello
 diuturno.

CAP. 35.

Contentio de
ducatu Letua-
nie.Teuthonico-
rum fratrum
& sociorum
clades.

TEUTHONICORVM fratrum per Liuoniam tunc magisterium administrabat vir
 præcipuus N. de Kersebrock: qui se immiscuit bello fratruelium de ducatu Letuanie
 contendentium. Suitergail frater regis quondam Poloniae, pellere paterna successione
 connisus Sigismundum, Vitoldi ducis filium (inque eam rem multis laboribus conten-
 dit) iam se fratribus memoratis per Liuoniam coniunxit, fœdera cum illis sanciens. Pro-
 babat eam rem sublimis Prussiae eiusdem ordinis magister, auxilio ei dimittens in bel-
 lum multos ex fratribus. Venere ad famam tanti belli multi militares, fratrum cognati:
 cumque illis noui ex Westphalia Gelriaque fratres, qui sacram vestem in patria suscepi-
 sent: primitias belli miseris assequuti. Ex omni Liuonia magister fratres armabat sex-
 centos: de quibus ciuitatibus accepit auxilia, Estones, Liuones, Lettos: & omnem peditatum
 expedit cum militaribus terræ suæ, & omni exterorum auxilio. Sigismundus quoque
 non minori apparatu bellum instruxit, Polonos, Massagetas, Prussos, & magnam Le-
 tuaniae partem in arma ducens. Suitergail ipse, belli caput, suis Letuanis coniunxit Rus-
 sos, ipsum Nouguardiæ regem Georgium: & ex paganis non paucos ductabat. Consti-
 tuere locum dux & magister Liuoniae, in quo copias coniungerent. Vbi conuenere, ma-
 gister se non antè castra moturum dixit, nisi prius dux ipse Rigensibus, magistro ad-
 uersantibus, hostilia nunciatis, pacem interdiceret. Fecit dux quod magister voluit.
 Remisit autem magister senioremm commendatorem, triginta iunctis illi equitibus, qui
 ordinis interim arces tuerentur à Rigensibus: quos per absentiam suam, iam hostilibus
 denunciatis, præuiderat non quieturos. Duxere malo omine in hosticam terram. Sigis-
 mundus nemorosa tenuit loca, passus hostem præter castra ducere. Illi vastationibus
 de more institerunt. Iam antè curauerat Sigismundus dux, ut vada & exitus omnes im-
 pediti & obserati hostibus essent: quo constituto, sequutus est vastantes omnia latè. Iam
 etiam deiectis per nemora arboribus, prouiderat Sigismundus ut nusquam hostibus
 fuga esset. Venere agmina sub aspectum mutuum: & iam primo mane prælium ineunt
 non statarium (ut solebant veteres Romani, quum vir virum legeret) sed barbarico in-
 cursu & recurso. Prima quidem initia belli satis prospera fuere fratribus & duci Suiter-
 gail: sed ingrauescentepugna vertitur fortuna. Cadit magister cum vniuersis fratribus
 & omni suorum numero, circumuentus ab hostibus. Suitergail vix cum paucis elabi-
 tur in arcem: vbi tamen breui obsessus, ad extrema est perductus. Nec tamen hostibus
 incruenta fuit victoria: nam de parte Sigismundi cecidit dux ipse Masouiae cum Pruf-
 sis: rex quoque Nouguardiæ cum Russis, de parte Suitergail, occubuit. Ferunt, peracto
 prælio

prælio, viginti millia iumentorum in manus venisse victoris, non de agris, sed ad arma
 natis iumentis. Magister fratrum sublimis in Prussia, vbi lugubrem nuncium de interi-
 tu magistri de Liuonia & fratrum accepit, ne quid ea prouincia acciperet detrimenti,
 creatum ex fratribus à se magistrum, cum ducentis misit in Liuoniam fratribus, ne de-
 ferta videretur terra. Sed qui superfuere ex Liuonia fratres, non passi suo iure fraudari,
 marscallum terræ magistrum elegerunt: eumque multis precibus & muneribus à sublimi
 magistro confirmatum acceperunt.

POLONIAM per ea tempora, quod sub rege puero ageret, & Vngariam, quod eius
 rex longè abesset (implicitus negociis Romani Imperij, & Basiliensis concilij, quod tum
 cum Eugenio pontifice de potestate luctaretur) Turci transgressi constitutos limites,
 infestauere. Imperator autem in Vngariam, quod ipse adesse non posset, pro se misit
 generum suum, Albertum Austriae ducem, cum expeditis copiis, quas augetet in Vn-
 garia. Progressus ille magno in hostes animo, magnoque agmine: sed tamen numero &
 viribus par esse non potuit, qui aliquot centenis millibus solent in campum prodire. Ag-
 gressus autem prælium, gregarij militis peditumque virtute satis sceleriter in hostes pu-
 gnans, multisque millibus stratis, equites Turci subiere. Iam milites Christiani penè e-
 rant in pedites Turcos defatigati, quum equitatus adueniret recedentibus viribus. Pugna-
 tum est tamen in eos fortiter: sed facile fuit & numero & viribus minores superare. Ita-
 que signa militaria ducis Christiani venere sub pedes. Iam ad eandem & fugam Chri-
 stianorum omnia videbantur spectare. Tum vir vnus (quod incredibile dictu sit) præ-
 lium restituit. Erat ex peditibus Christianis vir procerus corpore, & animi pariter viri-
 bus inuictus. Is securim ita distrinxit in obuios Turcos, ut deiceret sine numero plu-
 res, viamque fecit sequentibus se Vngaris, ut signa iam conculcata, denuo recepta surrige-
 rent, recrearentque animos militis Christiani. Itaque velut misso cælitus præsidio re-
 deunt in hostes, & victoriam, quæ iam penè hostium erat, extorquent de manibus: ma-
 gnæque cæde peracta, hostes in fugam vertunt. Cæsa sunt eo die octo & decem Turco-
 rum millia, quum Christiani etiam magnam suorum partem desiderarent. Celebris vul-
 gatur fama viri fortissimi, qui cruentissima cæde in hostes peracta, viam fecit recupe-
 randis signis. Et ad Sigismundum perlata, quum omnium conformi testimonio fulci-
 retur, euocatum hominem auratum militem fecit, datis illi prædiis & possessionibus ad
 eum modum, ut honorem illum pro dignitate tueretur: res & principe & milite digna
 fortissimo.

PER id tempus erat Prussis & Liuoniae mercatoribus, iusta in Anglos querimonia
 & Flandrenses. Quorum Angli pridem navigatione in Liuoniam instituta, quum in
 mari quod Rigense vocant profundum, tranquillo serenoque aere fruerentur sine ven-
 tis, obuiosque viderent de Liuonia mercatores onustis nauibus occiduas petere par-
 tes, amica salutatione de nauis iubent propius assistere: inuitantque (per maris quie-
 tem stantes ad anchoram) suas in naues ad epulas. Nihil illi veriti fraudis, quod omnia
 essent pacata ad illos, descendere in eorum naues. Illi boni viri acceptos, nihil mora-
 ti, in mare proturbant: captisque cum onere nauibus, in Angliam redeunt. Atrocissi-
 mæ fraudes, dolosissimæ technæ. Prussos quoque iidem Anglici non bene habuere,
 quod tum crebris in Franciam navigationibus Anglici diuturnum bellum continuerunt:
 obuiosque in mari mercatores vnà interceptere. His de rebus, atque de nonnullis aliis,
 de violatione veterum in regno immunitatum, querela erat orientalibus urbibus in
 Anglos atque Flandrenses. Misere oratores Calisiam ad Anglos: oppidum est in late-
 re Flandriae, quod iam dudum Anglici tenuerunt. Peruentumque eò fuit, ut rex Henri-
 cus literas daret de aliquantis millibus nabulorum exoluendis: quæ etiam literæ nunc
 extant, quod necdum pecunia est exoluta. Quum verò apud Flandrenses in oppido
 Bruggis agerent oratores urbium orientalium, lugubre facinus in oppido Slusa ad ma-
 ris ostia patrabatur. Rixati inuicem, alter ex orientalibus, ex Flandrensis alter, ad
 verbera peruenerunt: occidit orientalis Flandrensem: mox à ciuibus ad arma concla-
 matur. Quousque, inquit, detestabile hominum genus orientalium ferimus, vno
 omnes excidio perdendos? Mox armis correptis, occidunt omne obuium ex mercato-
 ribus nauisq; nostræ nationis. Alij quadraginta numero, alij supra centum ferunt per-
 iisse orientalium: quum nonnulli per fugam elapsi, nauibus suis inuecti seruantur. Eam

CAP. 36.

Turci in Polo-
niam & Vn-
gariam.Vir vnus præ-
lium restituit,
qui premio po-
stea afficitur.

CAP. 37.

Angli Liua-
nos mercato-
res perfidiosè
necant.Legati à Flan-
dra violati.

rem indignissime (vt debuerant) tulere orientalium oratores: questi concilio publico Bruggensi, quod in eorū quarta de Flandria Slusenses fortirentur. Non minus & illi doluerunt atrocē nationis iniuriam. Sed princeps super atrocissimo facinore erat interpellandus: qui magno Franciæ bello implicitus, quum minus attenderet nauticorū hominum rixam, sciensq; quod Bruggenses maligno essent in Slusenses animo, dissimulauit. Bruggenses verò, & orientalium iniuriæ & propriæ indignationi seruietes, eduxere in ostienses suos Slusenses, & magno illos affecere incommodo. Consulares oppidi, quod iustitiam non fecerint, proscrispere: reos atrocibus suppliciis perdidērunt.

CAP. 38. Eo tempore Matthias Axkow miles, pro paruulis curator terræ Magnopolensis, de prædiis ecclesiæ Lubicensis duos ecclesiæ colonos abduxit: & velut suos obedientia-
Militis temerarium factum atrociter vindicatum.
 rios, carcere maceratos, omni penè facultate emunxit. Indoluere canonici iniuriam, & apud terræ dominam literis & nunciis rem querebantur. Minus audiebantur, quod factum administratoris inter militares nō improbaretur. Volebat idē miles, vel ex voto, vel ex deuotione, adire locum in montanis Zuitensium: ad sanctum vocant Theobaldum, vbi singularis etiam colitur memoria Dei genitricis. Pertransiuit ille peregrinatus Basileam, vbi iam diu concilium agebatur. Aderat dominus Iohannes episcopus, & dominus Nicolaus Sachow, decanus Lubicensis: non ignorauere quid miles ecclesiæ suæ irrogasset. Effecere vt captus in Rynfelde carceraretur, nec laxaretur priusquam se sacramento constringeret, infra certum terminum ecclesiæ Lubicensi satisfacere: quo non impleto rediret in locum ab illis constituendum. Ibat votum persoluere: redibat.
 Compositionem intentauit: nec processit. Iubetur captiui loco Luneburgum introire, nec nisi eorum abire voluntate: sic enim se iuramento constrinxit. Cogitabat interim cum amicis deliberans, vt (militari more) captus, alio captiuo compensatus, laxaretur. Obseruauere si quem ex canonicis alterna vice caperent, cuius redemptione compensata, miles laxaretur. Erat eiusdem ecclesiæ præposito, viro præcipuo, domino Bertoldo Diuiti (sic enim cognominatus est) non nihil in Holsatia negotij: cōstituerat quibusdam militaribus de Bockwolde, in diem Magdalenæ, ad locum in Holsatia præfinitum occurrere. Id rescuerant Magnopolenses: vt semper par parem fouet ac prouehit. Exhibat duobus itineribus intercipere virum, alij per urbem Lubicensem (nemine quicquam tale suspicante) alij per oppidum Raceburg. Et obseruato egressi præpositi itinere, non longe à Swartow primi intercipiunt virum: & transuadato infra urbem flumine Trauena (vt habuere rem paratam) captum deduxere in arcem Zuaen, turri carcere mancipantes. Sed erat vir grandæuus: in humido loco vltra mensem insuetus, cibario pane pascitur, incluso aere, & accessere incommoda vinculorū. Itaq; febre contracta diem suum obiit, vix quinque septimanis à die captionis expletis. Si quid vltra ea sit adiectū incommodi, vt mors appropere, ipsi qui contrectauere, nouerint. Facile tamen coniectura quisq; assequitur, si non aliud quàm vt miles laxaretur, prætenderant, opus fuisse illis magis viuo quàm mortuo. Audierant patres in concilio manentes, quid de suo præposito esset actum: perfecērunt ob facti atrocitatem, per omnem terram sacris interdici. Ea res perfecit, vt & de prima iniuria, & nunc adacta per capturam & mortē præpositi, quum sacramenta exhiberet miles & ipsa terrarum domina, quod neq; consilio neq; iussu neq; ratificatione rem probassent, satisfactione impleta, & sacra terræ redderentur, & miles captiuitate laxaretur. Extrat capella ad orientem in maiori ecclesia: in qua, institutis sacerdotibus (quibus stipendia prouiderentur) vt Marię laudes inibi perennent, in memoriam defuncti in captiuitate præpositi exædificata.

CAP. 39. Hoc verò anno per autumnum tantæ fuerunt tempestates, quibus nulla hominum memoria similes vnquam vidisset. Deiecta per nemora ingentia arborum robora, intumescere cuncta flumina, rupti sunt aggeres: infinita hominum iumentorumq; multitudo intercepta periit. Ab Albim, Visurgum, Rhenum deinde cecidereniuies profundissimæ, vt per aliquot dies inuia essent itinera. Sequutum gelu incompertum, vt multi per itinera perierint viatores: durauitq; in mediam quadragesimam. Quo tempore nouissimus Wandaliæ princeps Wilhelmus clausit diem extremum, sola post se filia relicta. Peruenit ille principatus ad duces Magnopolenses & Stargardiæ, non tam successione hæreditaria quàm placito inter se principum, accedente proculdubio Imperiali confirmatione ac placito: de cuius præiudicio agi videbatur in euacuatione feudi.

Firma-

Firmauerunt inter se literis principes memorati, quod dum principatus aliquis ex tribus sine masculino hærede manserit, ad alios deuoluatur. Inq; eam rem iussere dominum trium principatū, suos quisq; militares singulis principibus suū præstare homagium. Qua etiam ratione (quod suo loco dicemus) principatus Stargardiæ peruenit ad duces memoratos nostra memoria. Hoc ergo præcipuè tempore duces Magnopolenses, Henricus & Iohannes, iam ex ephebis euadentes, administrationem terræ suæ ipsi facere cœperunt. Duxit autem Henricus senior coniugem dominam Dorotheam, filiā Frederici marchionis de Brandeburgo, germanam Iohannis: incertum an eandem, quæ impubes desponsata erat patrueli eius Alberto. Ea genuit Henrico Albertum, Iohannem, Magnum, atq; Baltasar: quorum postremi duo nunc rerum potiuntur, fratribus antè defunctis.

LIBRI VNDECIMI FINIS.

ALBERTI KRANTZII WANDALIÆ LIB. XII.

CAP. I.
Hussite renouat regi sacramentum.
 20 **B**OHEMIAM suam Sigismundus post Imperiale susceptum diadema, longo post tempore inuisere constituit. Iam enim magna pars procerum ad sanam mentem rediit. Audita ergo Taboritarum Orphanorumq; insigni cæde, quam supra commemorauimus, legatos in Bohemiam mittit: multos fieri iubet conuentus: quibus perfidi fidelibus immixti, multis rationibus suasi, iam etiam pro magna parte persuasi videbantur: renouatis regi suo sacramentis, quod in reliquum ecclesiæ & regno ad iusta quæq; parerent. Dum hæc agerentur, persensit Imperator, in vrbe Praga reuiuiscere plantaria mala, quæ extirpare contendit: quum nonnulli, vel sibi timentes, vel quibus tranquillitas grauis videretur, in regem coniurauere, statuētē illum tollere de medio. Id vbi rescisset, proinde constituit, ne magno tumultu coniurationis capita tenerētur. Capti sunt quatuor & viginti per summam (vt poterat) quietem: qui publico iudicio condemnati, gladium senserunt vltorem. Sed non erat ex fide, quæ videbatur, omnium procerum consensio. Pro maxima causa fuit occupatio rerū ecclesiasticarū per tēpora belli. Tot subuersa collegia, tot monasteria, solo tenus deiecta, multis ea & magnis prædiis in opulentissimo regno abundabant. Ea iam erant in manibus laicæ nobilitatis: & pleraq; iam à patribus accepta, per hæreditariam successionem, difficillimè dimittebantur: quæ vsq; hodie res detinet multos in perfidia, malentes errare in opulentia, quàm pœnitentes egere: maligno ad salutem consilio. Sed
 40 tum Sigismundus apud Ratisponam agebat, vbi eum multi procerum conueniunt, suumq; regem consalutant. Exinde poscentibus Vngaris, nauibus per Danubium defluēs, Budam petiit. Vbi reformato rerum statu, vocatis ad se Bohemiæ proceribus, in Alba regali sexaginta millia numūm inter eos distribuit, dicta die qua vellet Bohemiā ingredi. Nec moratus Iglauiam venit: vbi consilio cum Bohemis habito, legatorum in Bohemiam gesta comprobauit. His compositis, Sigismundus Imperator anno sexto & trigesimo supra millesimum & quadringentesimū ab ortu saluatoris Pragam venit: qui paulo antè hostis censebatur, extremis honoribus est exceptus. Barones ac ciuitatum primarij iurauerunt, & magistratus quos ipse constituit, acceperunt. Redierunt tunc mendicantes, & monasteriorum abbates. Iamq; reges ei populiq; Christiani de recuperato regno congratulabantur. Eugenius quoque pontifex maximus auream rosam, indicem suæ lætitiæ, ad eum misit. Sedit rex in foro Pragensi pro tribunali: adesse iussus est Iohannes Rockifana, qui tum primatum visus est gerere in nouo schismate: quiq; legatus ibat in Egram & Basileam, trecentis equitibus comitatus. Is tum cū quatuor presbyteris nomine totius cleri Pragensis, præstitit ecclesiæ Romanæ obedientiam, quum adessent duo ad eam rem cōmissarij, qui illos ab sacrilegio & reliquis irregularitatibus

Aaa

absoluerent & censuris. Sed non fuit sincera conuersio: quia necdum abibant legati, quum idem Rockifana laicum sub vtraq; specie communicaret. Idq; malum postea re-
crudit, nunc sub oculis Sigismundi aliter dissimulatum.

CAP. 2. MERQATORES Hanſæ Teuthonicæ (quos vocât in occiduis orientales) anno pro-
ximo, qui fuit septimus trigessimus post mille quadringentos à Christo nato, in An-
glia vsu priuilegiorum & immunitatum fraudati: quum nouis adinventionibus graua-
rētur in regno, questi per literas & nuncios ciuitatibus Wandalicis & Prussix (quarum
est crebrior in eo regno diuersatio) vt de remedio cogitarent: alioqui in eo regno dura-
re non possent. Ciuitates autem Wandaliæ sublimem in Prussia magistrū ordinis Teu-
thonicorum (quem pridem caput ac tutorem eius communionis, ad tutanda mercatu-
ræ priuilegia delegarunt) inuitauere, vt literis & nunciis eam rem perageret apud An-
glorum regem. Nec moratus deputauit ille ex ordinis sui fratribus quendam decreto-
rum doctorem, qui cum proconsule Gdanense eius legatione fungeretur ad regē. Ve-
nere Lubicam oratores memorati, & adiuncti sunt illis ex vrbibus Lubica, Hamburgo,
singuli procōsules, cum illis profecturi. Instructiq; ad causam, descenderūt in Hambur-
gum, inde nauigaturi ex Albi in Angliam. Peruenere incolumes in regnū, Londonias,
regi suam insinuantes præsentiam, audientiamq; postulantes. Diu rex dissimulauit, aut
iuuenili consilio non magnificiens vrbium oratores, vel ex dignitate sua esse arbitra-
tus, non mox in præsentiam admittere peregrinos. Amant enim reges qualicunq; con-
silio plurimum sibi deferri. Crebrius interpellantes, impetrauere post multos dies, vt
proceres sublimis concilij participes, agerent cum oratoribus memoratis, curarentq; vt
regni honor, regnicolarum commoda nihil fumerent detrimenti. Exposuere mandata
oratores, detexere suorum querimonias. Multa obtenderūt de indultis ab olim immu-
nitatibus, quum in regnum mercatores inuitarentur. Accepere responsa, quibus osten-
derent Anglici sine causa mercatores queri: id in alieno petentes, quod minimè ipsi in
suo permittant alienis. Replicatum est de vtrorumq; causa, & qualitate locorū. Osten-
sum non noua nunc peti, sed vetera permitti. Multa obtenduntur ab Anglicis: multi in
disputatione vana dies pereunt: plures in otio, quòd inter eos nihil ageretur: causis vn-
decunq; prætenſis, quòd maiora illis incumberent agenda, quòd abessent nonnulli ad
rem necessarij. Oratores patienter toletāt, & in ea expectatione æstatem triuere totam.
Sæpe interpellant: non audiuntur: aliquando reddita ratione differuntur. Viderat eam
procrastinationem ac inanem dilationē vit in concilio regis primarius, Cardinalis Ro-
manus, nomine Henricus: & vehementer motus ait consortibus concilij, Non rectè,
inquit, agimus in exteros illos oratores, quos sine causa differimus, procrastinantes, &
obtendentes, quæ quisq; nostrum (si æqui ad causam esse velimus iudices) videt non il-
lis faciendâ. Meminerimus oratoris officia non nisi ad mandata porrigi: ipsi estimemus
quàm grata nobis esset in alieno talis dilatio: æquis & hoc intueamur oculis, quid à no-
bis exigatur. Certè hoc quod nostra sponte præstare debuimus. Vetera illi deponunt,
nos vicissim ab illis noua. Intendite quid cuiq; nostrū sua præscribat intelligentia. Quo-
circa descendentes in æquū, finem aliquando rebus demus. Satis magno ad Franciam
labore implicamur: non etiam orientales in nos prouocemus. Huius viri flexi sermone
consiliarij inclinabant postulatis: perfectumq; est vt regiis literis vetera firmarentur in-
dulta, vt vicissim Anglicis ea permittantur in terris orientalibus, quæ ab olim feruntur
tenuisse. In ea tum vtrinq; placita disceditur: oratores in sua quisq; redierunt. Remansit
autem Gdanensis procōsul in regno, priuatis suis rebus intentus, quòd mercator esset,
& res suas cum sociis iam præsens complanare statuisset. Postea terrestri rediens itinere,
captus ab hoste in Cloppenburg ære multatur.

CAP. 3. LVBICENSES cum Hamburgensibus hoc tempore Thietmarfos, intestino bello
inuicem debacchantes, ad concordiam reducere sunt conuisi. Erant diuisiones ibi fa-
miliarum sub duobus capitaneis. Cruento sæpe bello concurrentes, multos perdidere:
& creuit in immensum tumultuatio. Nec vllus erat finis, priusquam alterius partis capi-
taneus, aduersa factione insidiante, de medio tolleretur. Fuere tamen postea nonnullæ
conflictationes, imò crebra inter eos latrocinia. Sed interuenientibus præfatarū vrbium
consularibus, mansueta ratione in quietē rediguntur. Ostenderant illis, quàm ab omni
humanitate aliena, quàm diuinę legi contraria, quā omnibus execranda essent homici-
dia: ora-

dia: orabant, vt pro communi omnium conditore, pro sua tranquillitate, pro Christia-
na pietate, abolerent odia, paterenturq; vt certis constitutionibus audacia multorū fræ-
naretur. Iam maiores terræ pertæsi laborum, persuaso populo, constituendi super ea re
arbitrium oratoribus vrbium permisere. Illi non vsuros responderunt ea facultate, nisi
ea de beneplacito omnis prouinciæ constituta firmarentur. Constituere aut vt ex hoc
die homicidium quodlibet centum marcarū multa puniretur: insuper infamis & pro-
scriptus, sine spe reditus in perpetuum homicida haberetur. Placuit cōstitutio, & totius
terræ consensu, literis desuper confectis, approbatur populi siue prouincialium omnium
publico sigillo. Hoc etiam tempore, quum duritia ciuium Rostock censū, nullis rebus
emollita, quotidie in malum increſceret, magistrorū, doctorum & scholarium vniuersi-
tas, literis concilij de participatione interdicta iam commonita, cessit loco, & in vrbem
Gripeswaldensem sese collocabat, magno suo malo. Ita malè remuneratur obediētia,
quum interim cōtumacia transeat impunita. Sed poterat videri iustum illis latibulum,
si appellatione interposita, & ad summum pontificem prosequuta, sub illius protectio-
ne (qui tum à concilio dissidebat) latuissent. Erat autem tricesimus septimus post mille
quadringentos annus, quum loco cederent.

NON cessauit interim Sigismundus Imperator compacare Bohemiam suam, cre-
brius euocatis quorum fidem duxit suspectiorem. Magna mansuetudine perfecit vt
multorum rigidas ceruices, ad obedientiam reuocaret. Vnus erat omnium pertinacis-
simus Iacubicus, qui nec vocatus venire, nec à pertinacia sua desistere volebat. Con-
stituere volebat in illo Imperator exemplum pœnæ, quo alij terrentur. Auxerat ani-
mos improbo viro, arcis suæ munitio, quam putabat inexpugnabilem. Colligens ergo
milites ad defensionem plures, com meatibus & armis arcem impleuit: vt obsidionem
& oppugnationem Imperatoris, diu se fideret posse tolerare. Imperator rem seridè ag-
gressus, obsedit pertinacem: oppugnauitq; vehementer arcem, fitus nihil esse inuium
virtuti. Erexit furcas, vt supplicium in oculis haberent victi contumaces. Mouit ea res
quàm plurimos ex obsessis: ducenti ex his exiere ad Imperatorem, gratiæ eius se sub-
mittentes. Dedit veniam Imperator ad cor reuersis. Remanentes acrius impugnavit:
effecitque perseverans oppugnatio, vt semper nouis accedentibus viribus, fatigaren-
tur obsessi. Ad extremum arx capitur: ipse Iacubicus, cum ducentis sexaginta appensus
in furcis, exemplum fuit pertinacibus Christo, ecclesiæ, Imperatori, & regi suo. Dein-
de quum quieta omnia viderentur, suspectam tamen duxit Imperator fidem aliquan-
torum: quos faciliè ad rebellionem redituros præuidebat. Et iam assiduum illi bellum
erat in Vngaria aduersus Turcos. Delegit illos ad militiam Turcanā, quos regno deesse
Bohemix fatius putabat: iniungens illis vt in compensationem malorum quæ Christianis
irrogassent, ea in Turcos per operam bonam purgarēt, compensarentq;. Collectam
perinde non paruam manum misit in Vngariam, suppetias laturam in Turcos. Qua Vu-
gari manu aucti, alacres ducunt in Turcos: magnamq; in eos stragem peregerūt. Multi
tamen ex Bohemis ibi perierunt, bono Imperatoris instituto: vt vel vincentes, vel cæsi
prodesſent. Sed nimium profundas egit hoc malum radices, vt stirpitis non faciliè pos-
set eradicari.

MAGNOPOLENSIVM interea iuuenum principum (qui tum primū terrę guber-
nacula apprehenderūt) prima opera fuit exterminare latrocinia, quæ ex marchia Bran-
denburgensi crebra tum fuissent in Magnopolensem Stargardiæque principatus.
Quocirca apparatus belli secum è suis vrbibus duxere, Wismaria, Gultrow, Parchim,
Sterneberg: duxeruntque in arcem, quam nouam dixere domum, insigne prædonum
habitaculum. Aberat arcis dominus cum omnibus ferè qui militiæ seruebant, solitum
agitans quæstum, vt rusticam plebem exacturus. Nō enim præuiderat, neque formida-
bat, tantos sibi venturos hospites. Primo igitur mane oppugnationi institerāt. Pauci re-
lictæ arcis custodes, quum quid apprehenderent illi prorsus ignorarent, eis exercitatio-
nibus non satis assueti. Itaque non difficilè tantis viribus arx indefensa capitur: ca-
ptam verò direptamque iniecto igne concremarunt, vt solo æquaretur. Reuersus arcis
dominus vidit quid factum esset: tacitusq; (vt erat profundi sensus) cogitabat quonam
modo se de hostibus vindicaret. Nouerat qui in ea expeditione militassent. Multam au-
tem, ex frequenti militiæ commercio, vndiq; cum multis inibat familiaritatem, quòd

effet largus distributor in prædæ partitione. Quosdam in arce Stauenow cum militari-
bus, qui tenebant, agentes, ministros habuit obæratos, peregritq; apud illos, vt constituto
die veniens parata omnia inueniret. Callebat ille quibus horis pons in arcem ducens
demitteretur: obseruanq; tempora, quum primo mane primus ab arce descēderet, ille
de latibulo prodiit, & cum suis ingressus arcem apprehendit. Tres qui inerāt militares,
acceptis (de more) dextris, suos fecit captiuos, & abire quò vellent iussis, ipse arcem sibi
retinuit: in æquo constituens, dolo an virtute hostibus suis quid adimeret. Quo tempo-
re Brandenburgensis marchio, quū extantibus causis aduersaretur duci Saxonix Ber-
nardo (qui Erico fratri iam defuncto successit) ad arma conuertitur. Iohannem credi-
derim, Friderici senioris filium, dominæ Dorotheæ (quæ fuit regina Danorum, Chri-
stophori & Christierni regum coniunx) patrem. Ordinavitq; expeditionem, dicā ma-
gis excursionem, in eam ducit terram quæ vltra Albim est: & omnibus peruastatis, in-
gentiq; præda inde abacta, oppidum Erteneburg immisso igne fecit conflagrare, vt ex
eo die nunquam respirarit: paucis casellis, non in oppidi, sed in villæ formā remanenti-
bus. Quæ res effecit, vt Bernardus dux ad vicinas vrbes se inclinaret, cumque illis inti-
mam iniret intelligentiam & confœderationem: de qualiter extant, satis vtrinque affe-
ctuosè coniungentes inuicem partes.

CAP. 6. SIGISMUNDVS Romanorum Imperator, gratificatus per ea tempora archiepisco-
po Colonienfi, germano illius fratri Walramo, à quibusdam extorribus canonicis per
temeritatem ad ecclesiam Traiectensem electo, dedit regalia: renitente summo ponti-
fice Eugenio, qui Rodolphum de Depholt (quem dixere postulat) iam æmulo eius
Zuedero per mortem subtracto, cōfirmavit. Et pro ea re papa scripsit Imperatori, quid
ita se opponeret eius ordinationi, qui omnia curasset, Rodolphumq; confirmasset, vt
terra frueretur optata pace, iam ex multis annis ventilata diuturna perturbatione, pro-
pter duos in differentia electos: sed præualuit apud Imperatorem respectus archiepi-
scopi Colonienfis. Vtriusq; tamen de episcopatu contendentis miserandam sortem,
quòd Rodolphus à duobus sibi succedentibus æmulis iactaretur: Walramus aut perin-
de infaustus, quòd de hoc & deinde de Monasterienfi contēdens episcopatu, neutrum
assequeretur, fratre Theoderico ad omnia intentissimo. Per quæ tempora de concilio
Basiliensi multum contendebatur, quod Eugenius in Italiam trahere volebat, & præla-
ti in eo congregati non cederent voluntati pōtificis. Misere vtrique ad noui Imperatoris
electionem. Nam Sigismundus Imperator tum viuendi finem fecit, exaugefcēte mor-
bo, qui accefferat senectutis incommodo. Barbara autem Imperatrix, de retinēdo Im-
perio sollicita, nobiliores ad se vocat: mulier iam anus, nouum coniugium animo com-
plexa, filiam (cui omnia pararentur) ex animo dimouet. Non latuerunt egrotantem Im-
peratorem furentis fœminæ conatus. In Morauiam se vehi iussit, visurus filiam, ante-
quam vita excederet: nam ibi habitabat tum Albertus, quum illam illi prouinciam Im-
perator attribuisset. Filia cum Alberto marito ad eum venit in vrbe[m] quam Zuoimam
vocant. Albertum ille successorem suum nominat: Vngariæ & Bohemiæ primores ro-
gat, vt supremam eius voluntatem exequantur. Regna quibus præfuerat, genero quasi
per testamentum reliquit, dicens beatum esse regnum cui Albertus imperauerit. Su-
premis iam, vt conceperat, ordinatis, inter amicorum manus defecit. Corpus eius in
Varadino (vt vltima voluntate constituerat) tumulatum est. Reginam morte Impera-
toris insolescentē, quum iam nouū maritū quæreret, cui regna sociaret, proceres vin-
ciri iubent. Vnā ipsa captiua, & Imperatoris cadauer deuehuntur. Miserabile spectaculo-
rum, & humanarum rerum singulare documentum. Occurrunt lugubres Vngari, nec
tenere lachrymas in tanta rerum nouitate possunt. Hinc defuncti regis desyderium
lachrymas excutit, inde reginæ vincula excitant commiserationem. Libera deinde in
Bohemiā se recepit apud Grecium regina, ibiq; inter greges exoletorum consenuit.
Nobilis genere, maior coniugio, sed infamis vita mulier, futuræ vitæ parum credula:
quæ stultas vocitauit omnes fœminas, quæ voluptatibus non inferuierēt. Hanc tam sce-
leratam fœminam, in domicilio hæreticorum ex peste apud Grecium defunctam, ea
digni sacerdotes Hussitæ Pragæ intulerunt, & intra sacra regum tumulo condiderunt,
digniore[m] porcorum sterquilinio. Sed (vt dicere cœpimus) morte Imperatoris, quum
de successore deligendo principes conuenissent, tam pontifex quàm cōcilium misere
orato-

Arx Stauen-
nouu à prædo
ne capitur.

Discordia su-
per ecclesia
Traiectensi.

Sigismundus
Imp. obiit.

Imperatrix
parum pu-
dica.

oratores Francfordiam, studiis partium suarum inseruituros: sed principes protestati,
inierunt neutralitatem. Interim quas pro Græcorum receptione, promulgatis per pro-
uincias indulgentijs, collectas pecunias cognouerant, pro se pontifex, & è diuerso con-
cilium, sibi attraxere. Præualuit in ea pontifex, missis galeis quibus Græci adueherētur:
primūq; veniētes Ferrariam ad pontificem, inde Florentiam propter pestem se con-
tulerunt.

OPERÆPRECIVM est agnoscere, qui ex Græcia venerint patres & principes, pro
quibus tantus est impensus conatus. Ipse dominus Iohannes Imperator Constantino-
politanus aduenerat, dominus Demetrius despotes illustrissimus, dicti regis germa-
nus, quisque suis cum proceribus. Patriarcha Constantinopolitanus, cum infra scriptis
archiepiscopis, episcopis, abbatibus & officialibus curiarum: Archiepiscopus Trape-
zuntinus, Ephesinus (qui locum tenuit patriarchæ Alexandrini) Chifitenfis, Hetaclien-
fis, Monembussiensis, Sardenfis, Nicenus (qui locum teneret Hierosolymitani patriar-
chæ) Nicomediensis, Tornobensis, Lacedæmonienfis, Mitylenensis, Noldebacensis,
Rhodiensis, Amantescensis, Suranensis, Nelaufenensis, Dronienfis, Antralenfis, Athe-
nienfis, Distrinensis, Charisensis, Corinthius, Seruiensis, Ripæ magne, cum multis aliis
de sua prouincia: Vngioblachienfis, Iohannensis: omnes archiepiscopi, cum multis si-
ne nomine episcopis. Officiales patriarchatus Constantinopolitani, qui Græcè Stauo-
phori appellantur, & interpretatur cruciferi, magnus Scacelarius, magnus Chartophy-
lax, magnus ecclesiarcha, Protodicus, Nemerophylax cum quinquaginta clericis: Ab-
bates, Magnus protosyncelus: abbas Gerontinus Pantocratoris, abbas Athanasius Pe-
riulopti, abbas Nathanael sancti Theodori: pater pœnitentiæ Imperatoris, qui locum
tenuit patriarchæ Antiocheni: pater pœnitentiæ patriarchæ Constantinopolitani, Ma-
carius dictus, cum aliis multis abbatibus. Ambasiatores dominiorū & prouinciarum,
ambasiator Imperatoris Trapezuntini, vir nobilis: ambasiator Imperatoris Hyberix, &
cum eo archiepiscopus Ditræ regionis, & alij episcopi, ambasiator magni principis Wa-
lachix, ambasiator domini Zechorum, & totius Migroliæ: ambasiator domini Gotho-
rum Michaelis. Hi omnes principes ecclesiastici & seculares traxere in comitiua & mi-
nisterio octingentas personas: in quibus multos nobiles de Græcia & Armenia, viros
annosos, barbatos, ipsa canicie venerabiles. De partibus Russiæ venerat per Liuoniam,
& inde per mare, Lubicam, inde per Germaniam, dominus Isidorus metropolitanus
de Kiua, & domini totius Russiæ cōsanguineus, Imperatoris Græcorum: dominus Ab-
raham, archiepiscopus de Muscouia: dominus Parcanus, præpositus Muscouienfis:
Gregorius archidiaconus totius Russiæ, dominus Fona dux de lothferia, & plures alij
præpositi, & doctores, & abbates, cum ferè ducentis equis. Prædictus autem archiepi-
scopus Isidorus priuauit in ipso itinere archiepiscopum Nougardensem administra-
tione archiepiscopatus, & abbatia satis vberè, pro eo quòd detrectaret ire cum illo ad
concilium. Hæc idcirco recensuimus per catalogum, vt intelligamus rem summo di-
gnam apparatu, ad suscipiendam tantam orientis ecclesiarum, & seculi dignitatem pa-
riter & nobilitatem: simul vt dolentes videamus, quid quantumve in capta Constanti-
nopoli amiserit Christianismus, vt summo dolore prosequamur tãtam iacturam Chri-
stianitatis. Excepti sunt hi permagnificè Ferrariam, & in præsentia summi pontificis di-
gnanter consalutati. Erant in eis nonnulli, qui linguam callerent Latinam, erant tamen
plures ex Latinis, qui Græcè nossent. Itaque cœptis tractatibus, scire cœpit in eo loco
pestis epidemiæ: quæ ratio fuit transferendi concilij Florentiam, ibique cœpta Ferra-
riæ sunt continuata. Diuque disputatum super articulis & punctis discrepantiæ Latino-
rum Græcorumque, de processione Spiritus sancti, deq; symboli Niceni, quod Græci
queruntur mutatum. Ostensum liquidissimis rationibus, discrepantiam esse magis in
verbo quàm sensu. Cuius erat Florentinus, Nicolaus Euboicus, vtriusq; linguæ peritissi-
mus: qui multis assistentibus, vtriusque linguæ gnatis testibus, accepta Latine, reddidit
Græcè: & rursus Græcè accepta, reddidit Latinis Latine, summā apud omnes laudem
meritus. Aderat Ambrosius Camaldulensis Abbas, itidem in vtraque lingua disertus,
summam & ille in ea disputatione gloriam consequutus. Itaq; tum Græci Romanis ad-
unantur, fitq; vna orientalium & occidentalium ecclesia: quæ vtinam mansisset. Sed
Græci semper leues, quàm faciliè susceperunt, tam faciliè dimiserunt vnitatis professio-

CAP. 7.
Qui ex Græ-
cia ad conciliū
venerint.

Secundum
magna

nem: quod ante etiam quàm frequenter fecere. Pœnasq; dederunt nimium acerbas: nam sub Turco immanissimo gemunt damna feruitutis.

CAP. 8. ALBERTVS Austriae dux, gener vnicus Sigismundi, iam antè proceribus vtriusque regni ab illo commēdatus, quum viueret Sigismundus, Vngariae, deinde Bohemiae regnum, non tamen sine labore, assequitur: quum essent qui non æquum in eum gererent animum. Erat tum xxxviii. post mille quadringentos annus. Sex erant in medio menses inter Sigismundi obitum, & dum Albertus gener primùm Vngariae, inde Bohemiae, postea etiam Romanorum regnū prosperis successibus est consequutus: princeps longiori dignus vita, & in quo spes erat recuperandorum de Imperio iurium perditorum. Nihil ille pro multitudine rerum quæ humeris eius incubuere, proq; vitæ in regno breuitate, potuit de Bohemia constituere. Geminas ille ex Sigismundi filia cōiuge reliquit filias, & paruulum Ladislaum, in vtero posthumum suum. Maiorem natu filiarum Wilhelmus dux Saxoniae accepit vxorem, minorem Casimirus rex Poloniae, Bolislai regis filius. Ex prima procreatur domina Anna, quam duxit Iohannes marchio Brandenburgensis, elector princeps. Ex altera autem Alberti filia nati sunt qui hodie tribus regnis præsumt, Vladislaus, qui Vngariae & Bohemiae, Iohannes Albertus, qui Poloniae regnat, & Alexander, qui Letuaniã regit, nihilo fratribus principatu minor, & qui Gneznensem tenet ecclesiam metropolitam cardinalis. Sed ad Albertum Romanorum regem reuertamur, qui qua celeritate ascendit, eadem descendit. Peponibus enim (vt ferunt) in Vngaria delectatus, dysenteriam incidit: ex qua secundo anno regnorum suorum mortuus, apud socerum Sigismundum tumulatur, relicta vxore, filia Sigismundi, prægnante. Quum autem de morte Alberti iam fama volitaret, agebatur conuentus principum procerumq; tam in Vngaria quàm in Bohemia: electioni regum factum esse locum autumant. Relicta Alberti, missis oratoribus postulat expectari diem partus: posse donari regnis legitimum hæredem. Nato autem puero nomen dedit Ladislao, quò Vngaris memoriam renouaret sancti quondam regis eorum Ladislai. Tum renouari iubet legationem: mittit oratum, non contemni hæredis legitimi infantiam: misereantur pupilli, abstineant iniuria: regem se iam habere: quid de alio contendant? electioni nullum esse locum, vbi Deus illis regem dederit. Illi contrà, magnum esse tempus in medio antequam adolescat, vir sit: regnum nunc deponere virum, in quo vigeat cum consilio robur: inde Turcos sæuire, inde tumultuari Bohemos: quis inter ista puero locus? Igitur Bohemi, reiecta regine legatione, eligunt sibi regem Albertum ducem Bauariae. Sed ille præmonitus ab Romanorum nouo rege iam Friderico III. gratias agit regni proceribus, quòd se illo dignentur honore, memorem se semper futurum delati ab illis muneris: se pupillo locum dare. Vngari statim accipiunt paruulum, regemq; consalutant. Iam verò mater paruulum suum Friderico Romanorum regi mittit tutandum.

CAP. 9. FRIDERICVS eius nominis III. dux Austriae xxv. aut circiter agens annum, natus, (vt ex inscriptione sigilli apparet) sexto decimo post mille quadringentos anno, Romanorum rex post Albertū designatur, princeps quietus, & qui maturus iam in adolescentia agebat: moribus grauis, & rebus magnis gerendis apparebat idoneus. Apud quem Bohemi instant, vt eorum etiam regnū (quòd apud illum educaretur paruulus eorum rex Ladislaus) susciperet tutadum. Recusat legitimis ex causis, homo quieti promptus: quod sua tempora minimè voluerunt. Suggestūt vt sibi suoq; nomine desumat regnum: idq; Bohemi propensius orant. Iniuriam se non facturum legitimo hæredi responderet. Igitur Bohemi à Bauaro & iam Australi contempti, proceres ex corpore regni eligunt administratores, donec rex ipse maturescat. Itaq; Ladislaus in potestate manet Friderici: cumq; eo iam annum agens duodecimum, Romam proficiscitur. Redit: reposcitur ab Vngaris atq; Bohemis certatim regem suum enixeq; poscentibus. Imperator causas necit ex causis. Vnà è tribus partibus vnus poscitur Ladislaus: nam Vngari, Bohemi, 50 Australes, principem suum volunt intra prouinciam educari. Imperator timens puero, apud se retinet. Australes etiam bella cient, suum exhiberi principem requirentes. Imperator illis aliquandiu opponit arma. Confligunt acri prælio: vincitur pars Friderici. Sed interuentu principum puer in manus comitis Ciliae datur, donec de tutela eius plenius transigatur. Sed hæc postea. Rostockenses per ea tempora, quum multum diuq; suis

suis proconsulibus (quos proscribere) repugnarent, domiti vtriusq; gladij strictura (q; & interdictum illis esset vbiq; diuinis, & nihilominus banno Imperiali subiacerent) anno nono & trigésimo post mille quadringentos, interuentu vicinarum urbium, pactis conditionibus eos in urbem recepere, inq; sedes consulares reposuere. Sed cum illis in administratione mansere, qui per diuturnam eorum absentiam rebus præfuerunt. Tum verò ecclesiastico in vrbe sublato interdicto, festinauere doctores & magistri, qui publicum in eo loco fouerent palladium: iamq; per proximos annos, mandatis concilij parentes, in Griepswaldum concesserant, redire in locum suum. Prudentius & ex re sua fecissent commodius, si non ipsi reditum tanta postulassent instantia. Facile enim futurum erat, vt ciues magno eorum desiderio flagrantes, orarent vt redirent: tum pristinis libertatibus, & stipendiis receptis, & non aliter, reditum pollicerentur. Nunc verò cœlum & terram pro reditu sollicitates, cogebantur reb. suis carere, stipendiis & ecclesijs, quæ pridem tenuissent in dotem. Præerant autem rebus literariis quidam ex ciuibus eius loci, qui eo diutius carere non paterentur, magno eius gymnasij detrimēto. Inuitati enim ipsi dixissent legem & condiciones: sollicitantes autem ardēter, cogebantur suscipere quas illi voluere condiciones. Sed hæc sunt in præterito.

VENERAT per eandem ætatem, statim post paschalia, Lubicam Christophorus dux Bauariae, natus germana sorore regis Danorum Erici: qui iam multis affectus laboribus regno cessit, multisq; affectus incommodis, quæ illi obiicerentur alia super alia, ex eo die quo primùm est ingressus regna. Nam diuturno cū ducibus Sleswici & Wandalicis urbibus bello, successit in Suecia noua perturbatio, quum ibi proceres nouum sibi gubernatorem constituissent. Itaq; regnis ille cessit, patriæ regionis angulum diligens ad quietem: proceribus iam inclinātib; in Christophorū, quem illi successorem delegerant: quod in Dania diximus. Qui ex paschalibus in diem vq; visitationis Mariæ Lubicæ commoratus, in regna perducitur: electus rex consecratur, & regnorum mox trium administrationem accepit. Tum Adolphus dux Sleswici, suscepit ab Christophoro beneficium sui ducatus, homagium præstans & fidelitatis iuramentum: redditaq; que sunt illi omnia quæ antiquo iure ad ducatum pertinerent, quæq; diuturno bello à Margareta primùm regina, & deinde Erico rege, eius adoptato filio, erāt adempta, per 30 annos supra triginta durante bello: omnia recepit ad pontem vsque in Koldingen, qui est limes ducatus. Proximo deinde anno, in marchia Brandenburgensi (quam nouam dixere) ciues Berlinenses in suum sunt tumultuati senatum, magno urbis incommodo. Dum enim illi mutuis & intestinis armis fouent dissidium, Fridericus marchio interueniens vtriusque, imposuit vrbi arcē, frænū antiquæ libertatis. Sensere tum in commune omnes, quantum sit malū intestino bello laborare: fit enim vt (quod Veneti scribunt in titulo sancti Marci in locis subiectis) graue sit non sapientibus, non habere restorem. Quem interea Berlinenses suscipere, dum libertati suæ nullum modum posuere: exemplo futuri comparibus urbicis, ne per licentiam insolescāt. Nihil enim magis expedit communitatibus urbium quàm æquabiliter viuere, agnoscere quemq; sui ordinis gradum. Ea dum in obliuionem transeunt, vt vel gubernatores permissa abutantur potestate, vel minores lasciuiant nimia libertate, venit rerum arbiter aliūde. Ad hoc enim est potestas omnis à Deo constituta, portans gladium ad pœnam malorum, laudem verò bonorum.

POLONIAM & Vngariam ea tempestate vexauere Turci, quòd regem habere non viderentur qui timeretur. Ladislaus enim, Alberti regis filius, puer erat, cui proceres Vngariae parebant. Sed erat alius Ladislaus, aliquanto ætate maior, Bolislai Polonorum regis filius, Casimiri frater: qui & ipse contenderat de Vngariae regno. Hunc multi procerum regem volebant, hoc connitentes efficere, vt relictam Alberti regis coniugem, Sigismundi filiam, haberet vxorem: inq; eam rem multa fiebant. Hic autem Ladislaus, 50 frater Casimiri regis Poloniae, magno exercitu in Turcos ducens, consortē habuit expeditionis Iulianum cardinalem, qui diu in concilio præsedisset Basiliensi: qui aliquot præliis in Turcum foeliciter gestis, magnam hostibus stragem intulere. Hellepontum iussu sunt seruare Veneti, ne ex Asia maiores copiae prioribus accederent: idq; vt nonnulli ferunt, non ex fide agentes, vt ipsi aiunt, impedire non potentes, dum Turci acrius instant quàm possent ipsi resistere: exercitus fidelium medius inter duo agmina,

Christianorum strages. hostium includitur, cui alius à fronte, alius (qui mare tráserat) exercitus imminet à tergo. Ibi cum multis millibus cecidit rex Ladislaus. Cardinalis & ipse dū se fuga proripit ab hostibus, intercipitur ab Vngaris sparſis de prælio: qui dum iumentum aquaret, aggressi hominem, quem putarent auro refertum, occidunt. Ferunt hosti relatum in pertica caput regis, diu fuisse ludibrio. Hic erat exitus infelicis pugnae: in qua Ladislao puero regnū Vngariae, quod cognominis eius alius Ladislaus in quæstionē vocauerat, sine controversia redditur. Quo etiam tempore Delphinus Franciæ Ludouicus, non ignorante (vt ferebatur) Friderico Romanorum rege, magno agmine vastabat Elzatiā: disturbaturus conciliū Basiliense, ad portas penē vr̄bis adequitabat. Nam patres qui tum reliqui fuere, pertinaciter tum commanere putabatur, quādo omnes principes, & im-
10 primis Fridericus rex, neutralitate sublata à natione Germanica, pareret pontifici. Armiacenses Galliarū populū tum Ludouicus Delphinus in arma ductabat, crudelem, vt tum habebatur. Quod genus hominum etiā ad Suzatum Westphaliæ pugnabat pro Archiepiscopo Colonienſi: quod in Saxonia attigimus.

CAP. 12. LVNEBURGVM præclarum inter Saxoniarū vr̄bes oppidū, Wandalicis vr̄bibus pro multo rerum commercio connumeratur. Ea tempeſtate cum cæteris, timore Bohemorum, magnō impendio cœpit communiti. Parauere tum viam, qui præfuerant, salinam (quæ in eo oppido, largiente Deo, vsq; hodie largiſſimè fluit) aliquāto vberiores quàm antè oppido fructus facere: inq; eam rem apostolica vsū autoritate, archidiaconatum qui inibi erat, sub titulo Modestorpe, in ruralem præposituram cōuertit curauere: eiuf-
20 que loci ius patronatus perpetuo sibi coniungi curauerūt. Quo iactō fundamēto, paulatim cœpere semina ferere, ad præscindendos vberes ecclesiarum & monasteriorum fructus, quos de salina iure dominij capiunt. Perfeceruntq; vt magna & diuturna lite, quæ inde surrexit, excitata, & qualitercunq; terminata, nūc iam ad eius oppidi vsus bonam acceperunt de salina portionem. Inde multos in circuitu honores & legalem in omnes curialitatem monstrant, plurimo multorū fauore prouecti. Rem tum ferunt non longè Lubica calamitosam, in villa Quale miserabiliter obuēnisse. Erant rusticanae ibi nuptiæ, ad quas (vt fieri solet) apriçadi causa matronæ ac virgines honesto virorū comitatu de Lubica venerant. Ignis à camino grandior quàm ferebat vsus, excitatus, tectum rusticum ex calamis apprehendit. Id serius ad vesperam, quū resoluti omnes in lætitiā
30 essent, nemo attendit. Sedebant cōuiuantes, aut circuire choreas (ex more rusticano) ducentes: alij variis distenti cachinnis incuriosi ibant. Cecidit supernè tectū, iam igne totum comprehensum: & mox fumo complente omnia, fores inuenire nemo potuit, alio aliū in tumultu & pressura impediēte. Igitur inuoluti fumo & igne, miserabili confusione perierunt, viri ac mulieres, senes, pueri, iuuenes, puellæ, numero centū octuaginta. Sponsus & sponsa in triclinio, per angustam nudi vix euasere fenestram. Postera luce euerſis omnibus, illæsa ab igne corpora multa repererunt: quæ solus fumus interemisset, quum respiraculum nullū haberēt. Miser, & sine exemplo calamitosus nuptiarum exitus, villam diu insigniuit: vt nuptias Qualenses appellaret, quoties infortunium aut grauem per metaphoram casum designare voluissent.

CAP. 13. VETEREM quæstum difficile fuit intermittere Prignissæ habitatoribus, Wandalarum veræ propagini: qua de re, siue causam prætenderent, siue nullam habentes, ad depredationem publicorum itinerum (quem illi propè iustum habent quæstum) semper sunt expediti. Eo tempore cxx. equites venere in Magnopolim, ducē præferentes tanti equitatus Henricum, quem dixere Pinguem: cuius in nominis umbra latuerunt, illo ditiores & hereditate pinguiores. Nemo enim paulo honestior in latrocinij nomē suū commodat: sed hominem rusticani generis præficiunt, quē sine nomine sequuntur nominatissimi. Aliam tum proculdubio in animo expeditionē habuere: quæ dum ex sententia compleri non poterat, fecere quod poterāt. Euectiones curruū incutiebant inter Lubicam & Wismaria: mercatores cum mercibus vnà euexere. Interpellatus Hen-
40 ricus dux Magnopolensis, quod in ditione illius, per districtum eius incedentes & redeuntes, latrocinium illud cōmississent: ille plurimum sibi displicere rem improbam ostendit: nō se tamen satellitio mercatorum militare. Si in manus eius incidissent, vel adhuc inciderent, cernerent omnes quos esset in latrones animo: ipsum se in suo nō parua ab illis incommoda accepisse: Mittuntur in eam causam inuicem literæ: pares redeunt.

Capti

Capti tamen & abducti mercatores laxantur: sed de rebus adeptis nihil. Multa per ea tempora sunt innouata in regnis Daniæ Sueciæq; Wandalicis vr̄bibus & earum mercatoribus aduersa. Christophorus enim nouus rex, liuenti semper oculo Lubicam fertur aspexisse. Multū vndecunq; thesaurum congeſſit: quem quum in suspicionem adduceretur paulatim præmittere, ex cōmodo sequuturus: quod Ericum eius præcessorem & auunculum factitasse meminerant. Sed ille iam perueniēs ad extrema (nec enim diutius quàm annis nouem præfuit) iussit adesse ex primoribus procerum. En, inquit, ego morior. Thesaurum, quem me composuisse arbitrabamini vt emitterem, habetis eo loco. Eum mihi impendere semper in animo fuit ad recuperandam regno vr̄bem Lubicensē: quæ (vt audio) Danici iuris aliquando fuit.

POTERAT Adolphus Sleswici dux, comes Holsatiæ, qui diuturnū cum Danis bellum gerebat, ad coronam trium regnorum tum peruenisse. Erant ex Daniæ proceribus qui animum eius super ea re pertentarent, ne facta iam de illo electione (si recusaret) cōtemptum rependeret pro honore. Sed ille nouerat vicinos suos, quibus esset tātō tempore conflictatus: pariter cernens viduæ reginæ consulendum, vt vnum eundemq; & illa maritum, & prouinciæ regem acciperent. Misit eos ad nepotē ex sorore, Christiernum de Oldenborg comitem, nobilitate, forma, moribus præstantem: qui ea regna cū coniuge mox est assequutus. Aliquis tamen illi labor incessit in Sueciam: quod in ea diximus. Quo etiam tempore Brandenburgensis Marchio Albertus, cuius frater Fridericus, princeps elector, nouæ præerat Marchiæ, & alius Fridericus cognomento pinguis, veterem tenebat: ipse interim Albertus Burggrauis Nurenbergæ, illum dominatum pro suo gubernabat. Erat illi tum difficillimum bellum cum oppido Nurenbergensi, quum nescio quid iuris prætenderet, quod imperialis illa vr̄bs pernegaret. Fridericus Romanorum rex ad omnia quietus permanebat, luctari sinens vtrosq;. Magnis vtrique contractis viribus aliquot præliis conflixere: multi Alberto principes & nobiles tulere suppetias: multi quoq; comites, barones, milites, in aduersis castris militauere. Contulerunt aliquando totis viribus manus, semel experturi fortunam, quā vergeret. Inclinauit acies marchionis: cæsi captiq; sunt plurimi, vt iā omnis penē fortuna eius esset in desperatione. Sed ille in vltimis penē malis erectum tenuit animum. Celerrimè contra omnium opinionem, vndecunq; viribus reparatis, victoribus iam imminebat: iterumq;
30 confligens cum hostibus (qui iam penē contemptum eius induerant) claram de illis victoriam, & quæ pristinis incommodis maior erat, reportauit. Igitur aleam fortunæ feliciter versans & repetēs, recuperauit (imò exuperauit) victor, quod victus amisit. Is solus inter fratres (quod dicemus) masculam prolem reliquit, perueniens ipse fratrum morte ad dignitatem Imperialis electuræ: quod magnum hodie habent, etiam si non sit magnus à quo illi magni volunt videri.

HENRICVS dominus Stargardiæ, qui se quoq; (ex pacto inter se principum) Magnopolensem ducem in titulo præferebat, princeps ad arma industrius, & qui in armis plurimum esset versatus: tantum experimenti de labore cōtraxit, vt noctibus quàm frequenter in ambulans, stellarum situm & ordinem annotabat, vt tempora cum horis discerneret: cæterum ad res civiles tam imperitus, vt currentē monetam non discerneret. Nihil enim tā angusti animi reputabat, quàm amare diuitias. Sederat aliquādo dispensator rerū eius, & iactiles nummos ex cupro ad numerum leui comparatos, longo ante se ordine calculans habuit. Dux ipse iam æris indigus, quum putaret aureos, acruat in vnum. Hos, inquit, interim meis vsibus desumo: tu alios require. Mouit astantibus risum: quum dispensator diceret non esse illos vsui ad comparandum, sed solūm calculandum, proiciens abiit. Is tum in Lubicenses contraxit non nihil irarū. Mouit in septa eorum per Magnopolim: præſidiū, quod Vredeborg vocant, in flammam vertit. Duxere illum duo ex iis qui pridē stipendia Lubicæ fecissent, sed per culpam eiectioni ministerio, nūc hosti se applicuere: ostendētes quæ prædia pinguiora, vnde exitus. Itaq; prædis vndiq; coaceruatis abierunt. Comitabatur illum (quod sciebatur) ex non longinquis, Magnopolensis militiæ vires. Lubicenses duo præfecti, ex ipsa vr̄be alter, alter ex Molne, iunctis copiis, ex intervallo ingressi eorum prædia qui interfuere, parē egere prædam: māsiones multorū subuerterūt. Sed ipsi domini, ptinus elabūtur, ne in manus veniret: frequēter ita cōparatis habitaculis, vt quoties timor ingruit, in saltus aut nemora aut in

ἀπιστον τὰς πολιτικὰς ἢ τυραννίδας. Demosthen.

CAP. 14.

Christiernus vocatur ad tria aquilonū regna.

Nurenbergenses bellum ciuili tandem infelix.

CAP. 15.

Sydera lustrans, interrens caecit.

Lubicenses hosti se adorto par referunt.

profundas paludes sic promptus elapsus. Solent enim inuicem se militares crebris vrgere capturis. Deprehensus ea tempestate Lubicæ quidam falsator monetæ, qui longè extra prouinciam, etiam vltra Rhenû, falsum curauit excudi numisma, quod in Prussiam deueheret. Erat enim Gdanensis, vir boni nominis, & de quo nemo suspicaretur malè. Hoc in Vngarico auro, hoc in argento deprehensum. Atroci ille periit publicè supplicio, bullienti in foco caldarie immissus.

CAP. 16.

I 4 5 2.

Fridericus III. in Italiâ.

ANNVS deinde erat à Christo nato quinquagesimus secundus, quum Fridericus Romanorum rex, anno regni sui duodecimo, Italiam peteret, Romam aditurus pro Imperij corona. Venerat ille pacificus, & ideo non metuendus: primus nostrorum regum, qui pacatus ibat per prouincias Romano Imperio subductas. Vsq; ad illum omnes conati sunt aliquid ad recuperandum: ille primus spem posuit. Copias quas pacatas habuit, etiam dimisit: alios preire, alios iussit subsequi, ne vlli grauis aut formidabilis videretur. Albertus dux Austriæ, frater germanus, euntem deduxit. Aderat vnà Ladislaus puer egregius, & inter nobiles ipse nobilissimus, ipsa ætate graciosus: duodecimum agebat annum. Leonorâ regis Portugalie filiam, Fridericus ante sibi despondit, & in vrbe Senesi exceptam secum perduxit Romam. Accepta autem consecratione transiit Neapolim: ibiq; peractis regio paratâ nuptiis, conthoralem accepit: quæ illi peperit suo tempore Maximilianum filium, nunc regem Romanorum: & filiam, quam despoderat Alberto Bauariæ duci de Monaco. Inq; Germaniam redeuntem Fridericum excepit bellum, quod Austrij pro suo principe Ladislao, quæ (vt supra ostendimus) petiere, intentabant. Multiq; laboribus vix eò peruentum est, vt comes Ciliæ adulescētulum exciperet, donec de illius tutela inter principes conueniret. Qua ex re vir ille excelso animo comes ita cœpit insolescere, quod in potestate haberet tantum futurum regem, vt ferre nemo posset comitis superbiâ. Eò res deducitur, vt destituto comite, alteri ex principib. puer commendetur. Comes idē quum in Vngaria se insolentius gereret, à nobilissimo adulescente, Iohannis Cuniad Waiuodæ filio (qui multa præclara facinora gesserat) meritiſſimi de Vngaria, obruncatur: q; similes insidias adulescentis patri, memorato Iohanni, comes sæpe diceretur intentasse. Omnes ilico proceres, indignū facinus rati, tantū cecidisse virū, perfecerunt vt publico iudicio damnatus idem nobilissimus adulescēs, gladio feriretur. Frater is erat Matthiæ, postea per Vngariâ diu fœliciter regnantis: qui etiam tunc, ne vindex fraternæ necis (quod minari videbatur) fieret, captus & asseruatus est, donec mortuo Ladislao ad coronam vocaretur.

CAP. 17.

Teuthonicorū iugum multū excutere conantur.

PRUSSIA per ea tempora, quum pacem foris haberet à Polonis & Letuanis, intus cœpit domestico & intestino bello perniciosissimè laborare. Nam militares terræ cum ciuitatibus, arbitrati se ab ordine Teuthonicorum grauius in diem oppressum iri, inita confederatione aduersus ordinem, literis inuicem datis, fœdus firmare. Non potuit ea res, quæ inter multos ageretur, diu regi silētio: peruenit ad magistrum & fratres Teuthonici ordinis. Cœperunt rem improbare, quod cōspiratio esset in iustos dominos: aduersus quos inire ligam, quid aliud videri posset quàm in caput domini cōiurare: iubeant in scindi illicita fœdera: recusabāt. Perlata causa est ad Imperatorem Fridericum: omnia enim prius iure quàm armis experiri statuerunt. Iustificata est ibi pars ordinis, irritumq; fœdus pronunciatum. Ordo ipse literas sibi tradi poscit: non paretur. Aggrauatur deinde manus ordinis in rebelles, & multiplicatæ sunt iniuriæ. Querelæ ad Romanam curiâ peruenerunt: ibi quoq; superior ordo fuit in causa. Creuerat perinde animi dominorum in subditos, q; vbiq; causa eorū iustificaretur. Immiscuere se (vt fieri solet) iuribus iniuriæ: crebrescunt odia in partibus. Orant deinde ciuitates cum militaribus, vt in antiquam quietem res perueniat: abstineant iniuriis, & moderato examine iustitiam foueant in subiectos. Semel exasperati domini fratres, acrius atq; acrius in bellum exardescunt: quotidie minæ, quotidie iniuriæ. Miserunt vrbium & militariū cœtus viros religiosos abbates: qui pedibus prouoluti magistri & commendatorum, gratiam & quietem postularunt, & per viscera misericordie Dei, magnū (quod impendere videbatur) malum auerti obsecrabant. Stetit sententia, non nisi literis exhibitis, & aliis (quas indixere) conditionibus impletis, pacis esse vllam spem. Iam secretò inuicem militares cum vrbibus condixere. Vbi omnia quæ ad petendam pacem pertinerēt, frustra fuere, nihil tale formidantibus fratribus (quum non tam paratam ad bellum partem alteram arbitren-

Teuthonici nihil de imperio volunt remittere.

bitrarentur) vno pariter die tot arces cum oppidis amittere: quæ magno impetu inuasa à militaribus & vrbicis, in potestatem accipiuntur. Ilico exardescit cruentissimū bellum in multos annos protelatum: infinita cædes hominum, vastationes agrorū, euerſiones arcium, concremationes oppidorum, ac mala sine fine, quæ bellum vehit. Euocauere fratres multos ad auxilia principes: venere militares & stipendiarij sine numero. Cœpit res fieri grauior, quā vt à militaribus & vrbibus Prussie posset sustineri. Inuocauere Casimirum regem Poloniam, illiq; se subiecere ad defensionē, vt ab illo iam legitimo domino protegerentur. Multiplex interim bellum varia fortuna gerebatur: nunc victi, vicissim victores. Incredibile est memoratu quo ardore animorū, quibus odiis, sæpe sit præliatum. Ambarum aliquando partium duces cecidere: multi consumpti mortales, multi terra profugi: præsertim rustica plebs, amissis rebus, sparsa per orbem, vastos agros reliquere: quæ suis temporibus (quia diuturnum est bellum) exequemur.

Hic annus quinquagesimus tertius, fatalis, & Christianismo grauissimus putari debet, & infaustus: in quo tantum vulnus accepit, quantum vno anno antea nunquā. Mahumetes magnus tyrannus Turcorum, quum diu multumq; pulsasset latera orientalis Imperij, cuius Imperator Cōstantinus Palæologus, iam patri eius Amurati, Turcorum Imperatori, factus est tributarius. Fœlices Græci, si ibi res cōstitisset. Indictō recens bello idem Mahumetes, Constantinopolim vrbem, diu florentissimā, & in qua orbis Christiani caput alterum poterat videri, obsedit terra mariq; duriusq; oppugnauit. Sensit enim Græcanicorū effœminatam mollitiem. Tum demum auxilia poposcit Græculus Imperator ab ecclesia, serò reuersus ad cor. Nicolaus summus pontifex, missis ad illum literis, primū exprobrabat discessum ab vnione catholice ecclesie, quam Florentie Græci, Armeni, Indi excepissent: inde pollicitus est auxilia. Sed dum ille molitur & apparat, iam actum erat de rebus. Genuensium classis præfectus, quum esset in vrbe iam obfessa, ab ipso Imperatore præficitur murorum custodia. Sed dum Turcus neq; dies neq; noctes intermittit oppugnationem, semperq; nouis manibus adortus fatigat defensores, quum crebris ictibus bombardarum muri quaterentur, vehementius vrgent oppugnantes, quàm est à propugnantibus restitum. Cessit vulneratus statione sua præfectus muris: quum in antemuralibus cum ipso Imperatore pugnasset, portam referari impetrat clausam. Dum ille ingreditur, sequutus est eum Imperator, iâ hostibus terga nudans. Tanta est in portis fugientium pressura, quum hostes à tergo imminerent, Imperator vt ipse premeretur ad mortem. Sequuti mox Turci per eandem portam, capiunt vrbem. Tum infinita cædes debacchantium in capta vrbe Turcorum: profanata sacra omnia, irrisus & consputus in imagine crucis Christus Dominus: incensæ ecclesie, occisi sacerdotes cum monachis, stupratæ virgines sacre à spurcissimis canibus, omnia sacra contaminata: matronæ cum puellis ludibrio fuere impurissimis latronibus. Defectum Imperatoris mortui caput, hasta suffixum in castris circumfertur. Et vt omnē protinus nobilitatem extinguat, iubet præconis voce nunciari, quisquis se nobilis ære perſoluto volet redimere, in prompto permittere victorem. Erupere de latibus miseri, sperantes libertatem: detecti principes ciuitatum, suo produntur indicio. Mox omnes gladio iubet feriri. In Christi sacerdotes crudelius defœuiens, plebem iussit in Asiam venundari, fœminas & puellas vt mancipia distrahi. Sacra templa contaminans, in prædâ (vt cætera) permisit: imagines omnes exuri præcepit: nobile ac sanctissimum æternæ Sapientie dedicatum templum spurcicia Mahumetana contaminat. Continuo in Perâ Genuensium coloniam, Constantinopoli vicinam, delatus, tam horrenda cōmisit, quæ ne literis debet commendari. Potitus Græciæ capite, omnia facilius membra in suam redegit potestatem. Nam & Peloponnesum (quæ & Moræa) postmodum omnem armis deuicit, & populum in ea captum in seruitutē redegit. Idem in Achaia, Acarnania, Epiro, & maiori Macedonia parte fecit. Bulgariam quoq; totam, quæ iam annis octingentis à Bulgariis, tanquā limitaneis militibus, excubitoribusq; Christianorū, aduersum cæterâ barbaricè infessa fuerat, mox Christianis abstulit: & Rasciâ, Seruiâ, & quicquid ab Andronopoli vsq; ad amnē Danubiū interiacet, inuasit. Walachia præterea paulo post, timore concussa, p magna parte ad ipsum defecit. Lesbos (quæ & Mitylene) nobilē Genuensium insulam, maxima cum humani sanguinis effusione cepit, eiulq; infœlices animas in Asiam omnes trāsportauit. Nec facile cōmemorari posset virorū nobiliū ac sacerdotum

Quicquid delirant reges, plebs elumitur Achivi.

CAP. 18.

I 4 5 3.

Christiani principes sensim omnes, Turco vel tributarij vel fœderati.

Constantinopolis expugnatur.

Turcæ victorū dolus contra barbaries.

Reliqua Græcia bello subigitur.

multitudo, quos ubiq; cruentissima cæde capi fecit: senes, iuuenes, viros, ac mulieres in plateis (vt oues) vidit trucidari, nullum matronis, nullum virginibus seruans honorẽ. In Raschia principibus illis quos despotas vocant, oculos erui iussit, multaq; inaudita alia & dictu horrida commisit.

CAP. 19.

Lunenburgensis clerus non patitur suas opes minui.

Senatores Lunenburgenses abdicantur.

Populus malo suo doctus senatores reuocat.

Pontifex summus: mirum inquit dicitur in tempore reseruit.

CAP. 20.

PER idem tempus, in oppido Luneburgo, senatus instituto impensarum grauissimarum calculo, quum videret æs alienum grande conflatum, idq; ad tutelam vr̄bis, & ad conseruationem salinæ (quæ vel sola sustinet eius oppidi salutem) cœpere de prouentibus prelatorum, ecclesiarum & monasteriorũ in eadem, facere falcidiam sine modo grandem. Id quum indignè ferrèt quibus detraheretur, instituta lis est in Romana curia: conuicti, cõdemnati, vt soluant quod debebant. Quum prætenderent qualescunq; iustificandarum suarum rerum causas) induruerunt, & censuras tulerunt diu contumaciter. Demum literis in eam rem impetratis, communitas requiritur, vt senatum suum commonefaciant reddere quod ecclesiasticis deberetur: & vbi vel nolent vel non possent, administratione destituant, aliosq; qui id impleant, surrogent in eorum locũ. Iam sciebant huius rei promotores, quid in communitate sentirent nonnulli honoris cupidi, qui per ambitionem ad vr̄bis gubernacula contenderant. Requisita communitas arripuit diu quæsitam occasionem: senatum destituunt. Iam enim quid ageretur gnari, veriti popularem tumultum, sibi fuga pro magna parte patres consuluerunt. Fuere tamen in eis, qui cedere vel pro ætate, vel corporis imbecillitate, nec vellent nec possent. Erat ex proconsulibus quidã, qui pro animi magnitudine & constantia etiã nollet (quum potuisset) cedere, quod sibi nihil malè conscius erat in omni causa, paratus etiã pro iustitia, ne periclitetur) occumbere. Cæteri qui remãtere, mulctantur ære: vnus ille omni honore & vita longiore dignissimus, carceri includitur. Seruat turris ea nomen tũ primum inclusi, quod noua necdum alium seruasset carceratum. Is tamẽ vel carceris duritie, vel aeris inclusi intemperie, vel (quod multi suspicantur) de manu medici dato veneno, vitã amisit in carcere. Itaq; nouũ eius vr̄bis creauere conciliũ, viros nihilominus sexaginta deputãtes, qui publica negotia vnã & nossent & gererēt, visuri nequid res publica caperet detrimenti. Homines rerũ imperiti multa incuriosè tractauerunt. Principiũ administrationis suæ, vt principibus redderent magno ære impignoratas arces suas, quod illos sibi fauentes asciscerent. In summa æris inopia magnoq; ære alieno tantam facere largitionẽ, quæ prudentia fuerit, omnes iuxtã intelligunt. Sed indignere noui homines plurimo fauore foris, vt rem suo arbitratu gerant. Piscatum intelligimus aureo reti, & id ipsum nihil capiens hæsisse in profundo. Multæ in omnem partem factæ sunt impensæ in Romana curia, & apud Imperatorem, apud nonnullos principes electores. Quæ æs alienum, antea grande, tum fecere ingens ac grandissimũ, ipsos profundius, qui emergere cupiebant, immergens. Interim nouum conciliũ quadã in vertigine voluebatur, nesciens quò exiret: septi erant difficultate, quam resolvere non poterant. Multi de vicinis principibus intrabant vr̄bem & exhibant, cum eisdem agentes. Id conspicata communitas cœpit rebus suis diffidere, verita ne ante expectatũ vr̄bs in alienas collata manus, lueret damna seruitutis. Igitur colloquentes multa deliberauerunt: nisi in vr̄bẽ reuocaretur vetus (quod erat pulsum) conciliũ, esse actum de libertate. Idq; placuit communitati, pulsos reuocare cõsulares. Rediere vocati: & assistente communitate, facilè fuit eiicere qui antè se eiicissent: videbant enim rebus pacem non dari, nisi illis abactis. Effugabantur: sed quidam ex his modestiores retinebantur. De sexaginta quoq; viris actum est similiter. Peregrinantur tum illi, vt antè priores, sed sine spe reditus. Inualuere tamen censuræ ecclesiasticæ: processum in participantes. Id verò tumultum cõciuit in vicinis vr̄bibus, Lubica & Hamburgo: quum pars censuris parendum, pars etiã aliud sentiret. Fiunt in illis vr̄bibus ciuium concursiones: nec satis constabat inter senatus & communitates. Valuit diu illa diuersitas: quum interim principes non longinqui, manus iniicerent rebus eorum qui participarēt excommunicatis & anathematizatis. In quibus Fredericus & Wilhelmus pater, duces Brunswickenses.

BELLYM interim trahebatur cruentum in Prussia, quum varia sæpe fortuna præliarentur. Vr̄bis & militaribus rex Poloniae præfuit, quod pater eius (vt diximus) aliquando totam penè Prussiam bello occupasset. Misit ille copias, quæ ordini manus confere-rẽt: multi princeps misere suppetias fratribus. Sed multo maior erat manus, quæ vtrif- que

que stipendio conducta militabat. Vnde factum est vt grande æs alienũ ordo, propter stipendia militum, contraheret. Erãt ex Suxuis, Bauaris, Francis, qui equites peditesq; æra mererent: & quum expromptum æs omne iam esset, distraxere ex auro argentoq; quæq; preciosa. Sed neq; ibi finis. Auclta sunt in eum modum stipendia, vt iam prompto ære exolui non possent. Ipsam arcem primariam ordinis (Mariæburgum vocant) incõparabili robore & pulchritudine insignem, & quæ parem in multis prouinciis creditur non habere, sedem magni magistri, satellites hypothecã pro stipendiis cumulatis accepere: egresso magistro cum fratribus, quũ fluerent omnibus per ora lachrymæ. Aliquãdiu seruauere ordini, si fortè soluendæ pecuniæ viam inueniret. Vbi omnis expectatio vana fuit, hosti exhibuere luendam hypothecã. Rex, quum esset æris cumulati summa maxima (quadringẽta triginta millia Vngaricorum aureorum ferebantur) remisit illos ad Prussiam vr̄bes. Ciues Gdanenses rati finem esse bello, si primam arcem pars sua teneret ab hostibus, pacti sunt cũ militibus, vt in tribus terminis ea pecunia solueretur. Sed adiecere milites conditionẽ, nisi secundus & tertius terminus in suo puncto seruaretur, amissis quæ prius dedissent, irrita pacta essent. Tum verò in vr̄bibus, præcipuè Gdano, corrasa est pecunia omniquaq; & inde tertiam in primo termino persoluerunt. Ad secundum terminum accepere mutuam pecuniam, pignora dantes: vtcunq; poterant, eam quoq; summam perfecere. Iam penè consumpta erat spes omnis vltioris pecuniæ, quum tertius propinquaret dilationis terminus: & amissio priorum timebatur, nisi ille impleretur. Singulis tum ciuibus perquisitis, dantur quoq; de publico literæ, vt vix summa difficultate æs corrogaretur. Tam erat propinquus terminus, vt iam lætarentur sperantes milites se priorem lucratos pecuniam: quũ ecce restans summa numeratur. Iam arx, regis imposito præsidio, extra manus erat ordinis: quæ res summo omnes affecit dolore. Amisere antè plurimas arces cum oppidis, periere multi ex fratribus viri incomparabiles: nulla magis affecit iactura, quàm eius arcis amissio. Qui pecuniam accepere, ommissa militia patriam reuisunt: sed ferunt ita inter alios vixisse contemptos, vt Ethnici perfidiq; haberentur. Multos ex his malo ferunt exitu periisse, quod rem Deo & hominibus ingrati peregissent. Continuato deinde bello, ordo ipse magnis viribus oppidum ante arcem recuperauit, & aliquandiu tenuit: vnde etiam spes non defuit, aliquando arcem ad se redituram. Sed inexpugnabilis illa fuit, triplici muro, magnis fossatis, & ipso flumine (Agaton vocant) circumfluente. Crebra tamẽ oppugnatione intentata, quum omnis labor in ventum exisset, oppidum quoq; sine arce infructuosum, iterum amisere, non multum de illo contententes. Erat autem annus LVI.

MAGNITUDO ipsa rei, alioqui instituto nostro peregrinæ, non patitur vt silentio prætereamus quod tum in omni mundo celebre fuit factum. Calixtus pontifex tũ non desit concitare principes in Turcum, missis prædicatoribus qui commouerent populum, datisq; indulgẽtiis, vt per vr̄bes signo ter in die facto, precibus iuuarentur fidelium, qui in perfidum hostem Turcum pugnarent. Misit quoq; patriarcham Aquileiensem, qui classe sedecim triremium, cum auxilio Vngarorum & Wandalorum, Turcũ triennio vexaret. Bellogradum vocant vr̄bem Christianam, quam tum oppugnabat ille hostis. Iohannes Cuniad Waiuoda, pater Matthiæ regis Vngarorũ, inerat cum valido præsidio. Aderat quoq; Iohannes Capistranus, ordine minor, in theologia magister, qui fidelem populum incredibiliter animauit in hostes. Exhibant in pugnam obseffi, acriter præliabantur: stabat ille in muris clamans, *O Iesu respice: ades populo tuo pro te laboranti. Vbi sunt misericordie tue antiquæ? Veni, protege populum: nequando dicant gentes, Vbi est Deus eorum?* His ille vocibus intonabat: pugnãtes sensere auxilium de cœlo. Profligata est longè maior manus hostium à paucioribus: cæsa multa Turcorum millia. Omnia impedimenta oppugnationis capta: fugere superstites, & ipse imprimis Imperator trepidus se contulit Constantinopolim. Ferunt hostem ea tum de strage consternatum, adeò vt si fideles adauclti numero victoriam essent prosequuti, facile Græciam & omne tum Constantinopolitanum Imperium fuisset hosti extorquere de manibus. Sed torpuere tum Christiani principes, nec satis acri iudicio perpenderunt nominis detrimenta Christiani. Huius cladis memoriam crebrius repetisse nunquam sine lachrymis ferunt Turcorum Imperatorem, quum barbam mulceret, suspiriis testatus dolorem. Philippus dux Burgundiæ fertur in eam militiam dedisse nomen, quod meminisset genitorẽ suum

1456.

CAP. 21.

Calixtus in Turcũ indulgentias largitur.

Turci ad Bellogradum cæsifugiunt.

Iohannem, fortiter aliquando cum Francis ingentem pugnasse, etiam diu captum suo se ære redemisse. Sed euanuit sanctum propositum. Habuissent tum Christiani principes supra auxilium de cælo speratum, magnum illum regem Vsoncaßon præsidio: qui de suo latere pollicitus est pontifici & Venetis se inuasurum amborum hostem Turcum: vt interceptus duob. agminibus, facillè superaretur. Fecit ille quod promisit, oppugnans & magnis viribus frangens Turcum. Sed de Christianorum parte quies illi interim fuit. Vnde factum est, vt tæderet eiusdem Mahumetæ legis principem, sui consortis regnum eneruare. Composita perinde pace cum illo, etiam affinitate illi cœpit esse propior, in perniciem Christianismi.

CAP. 22. **L V B I C Æ** per id tempus, quum ad annum **L I X.** Barbaræ virginis die, debitum carnis soluisset Adolphus, dux Sleswici, comes Holfatiæ, sine prole, conuentum egere Holfati super deligendo (vt ipsi vocabant) principe. Nectamen electioni eorum locus erat, vacante feudo ducatus regi Danorum, vt vel coronæ adunaret (quod diu reges cõtenderant) vel alium de illo ducem inuestiret. Holfatiæ autem comitatus suos habere videbatur hæredes, quod comites de Scowenborg, ex mascula linea, aliquot gradibus contingerent defunctum Adolphum. Rex autem Daniæ Christiernus, ex fœmineo latere filius erat sororis defuncti, nisi feudi natura repugnaret, longè propior comitibus memoratis. Sed tum Holfati militares, suum esse arbitrium rati deligere quem vellēt, super ea re consultauere. Instabat Otto comes senior, qui tum octo filiis præditus esset. Sed ista tractatus tum sine fine fuit. **D** de super eadem re in Todeßlo non longè post conueniunt: ibiq; tum præfente Arnolde Lubicensi episcopo (qui feudi dominus esset) ad Holfatiæ comitatum consensere comites memorati (quando aliud non sperabatur) vt accepta pecunia trium & quadraginta millium aureorum, iuri suo cederent, in personam domini regis memorati, transfuso. Ferunt nonnullos tum ex militaribus, satis à rege muneratos, datis literis, quod inclinarent in eam partem. Erat ea res paci accommodata: videbatur enim non quieturus rex, sed armis ius suum prosequuturus, præsertim renouato bello de ducatu memorato. Itum est per compendia, quum rex iam prole beatus, speraretur ex filiis suis vnū ducatum præfecisse. Sed aliter id euenit: quod suo loco commemorabitur. Nunc id insinuasse hoc loco sit satis.

CAP. 23. **D V R A B A T** bellum acerrimum inter ordinem Teuthonicorum & vrbes in Prussia, quod tum terra marisq; gerebatur. Nam fratres volentes maris usum intercipere hostibus Gdanensibus, misere de Monte regio naues in mare armatas: ea enim vrbs adhuc ordini parebat, sicut & modò, sed fouens magni magistri. Aduersus quos misere Gdanenses alios leuis armaturæ satellites, vt clauum clauo retunderent. Sed illi aliquandiu fecere imperata, hostibus obnixi: vbi verò nihil iam lucri interuenit præter simplex militandi stipendium ac donatiuum, respexere ad mercatores transeuntes, arbitrati sperantesq; quod incertum maneret cuius partis satellites incurrisent. Lubicenses verò, quod sui mercatores crebrius quererentur de irrogatis in mari de prædationibus, nec satis dicerent à quibus essent inuasi, armabant nauim valida militum manu: & ad præstandam suis incolumem nauigationem, in mare miserunt. Aderant Gdanensium stipendiarij ad solitum quæstum: congressi Lubicensium militibus superantur: & cæsis aliquot in ipsa pugna, quinq; & triginta capiuntur: & Lubicam perduci, gladio sunt ultore prostrati. Eodem anno quum bellum hoc in Prussia longius traheretur, grauissimus imminebat hostibus commendator de Elbingen, vir bello industrius, qui multis stratagematibus hostes sefellit & superauit: vir luscus, sed qui vnus oculi iacturam, pectoris prouidentia compensabat: vt olim Philippus Macedoniæ rex, pater Magni Alexandri: vt Hannibal Carthaginensium, vt Sertorius Hispanorum, ex Romanis duces. Hi enim omnes luscèdinem capitis, acrimonia pectoris compensauerunt. Hic tum commendator expedita suorum manu ad Gdanum properabat, si fortè ad pugnam ciues pellicere posset. Diu se continuere, scientes vasrum belli ducem. Obstrauit hominem, qui urbem ingressus diceret, Si finem bello quaeritis, ecce cõmendator de Elbingen parua manu vicino loco conspectus est. Sciebant ciues quantum belli momentum esset in eo viro: spontanei, sed sparsi egrediuntur in hostem. Ille venientes prælio excipit, vel cædens acrius repugnantes, vel bello capiēs: magnumq; expleuit numerum captiuorum. Laborauerunt interea intus Gdanenses domestico dissidio: nam communitas malè parens senatui,

pro

pro suo arbitratu multa sibi volebat licere. Inter arma enim filiet leges. Eminebat cæteris vnus ferocior, qui maximè popularis haberetur, & cuius ductum plebs inconcinna sequebatur. Eum ablegare conantur sub honoris specie, vt eo facilius absente, vteretur plebe ad opportuna rebus negotia. Arcem vnā tenuere, quam ex ciuibus præfecto industrio viro dicerent indigere: rogant hominem, velintne pro vtilitate publica hanc vrbi operam cõmodare, vt custos eat eius arcis per aliquot dies, q; viro fortissimo & prudentissimo opus esset. Homo ambitiosus, honori suo delatum munus cupidè amplectitur. Vadit, arcem conscendit, custos eius factus, vt interim abesset: ne tumultum in populo conciret. Statuerunt sub capitis periculo, quod interim sciebant hominem pro solita temeritate non impleturum. Ille iam arcis custos, maiori vsus licentia, cõstituta lege se minus teneri arbitratus, cõmisit in eam. Ea fuit, ne quis literas ab ordine allatas aperiret, sed senatui clausas perferret. Ille quum accepisset literas, aperuit, nihil veritus, quod sciebat authoritatem suam in plebe vel maximam esse: & iam satis longè abesse vrbi, ne quam formidaret legum vindictam. Vbi iam publico documento constabat illum præuaricatum in legem capitalem, literas concilij mittit: hominem magnæ rei gratia euocant: adesse non moretur, opus esse illius præsentia: rem esse magnam, quam eo præsentate facilius, sine illo nequaquam possent transigere. Iterum ille honori suo delatum arbitratu, homo cupidus honoris. Venit accelerans, nihil attendens quod legis vinculis teneretur. Vbi venit, mox vinciri iubent, accusant capitaliter. In promptu fuere testimonia, quæ recusare non poterat. Illico damnatus capitis, priusquam rescirent populares, gladio ultore pœnas dedit. Exinde obsequentiorem habuere patres plebem, subducto homine tumultuoso, qui multitudini præstaret audaciam.

P E R ea tempora Nicolaus de Cusa cardinalis, Teuthonicus (quod est monstrum coruarius albo) vir doctissimus, legatione fungitur summi pontificis per Germaniam: quod Pius pontifex Germanis, quam à multa memoria vllus pontifex, affectior esset: q; Germaniam ille Germanicus nosset, diu versatus in eius prouinciis. Multa vir religiosissimus legatus constituit in prouinciis, quæ apud metropoles seruantur. Peruenit Magdeburgum, & vsq; Hildensem: citra descendere non potuit, quod concitus in Italiam reuocaretur. Quum venisset ad ecclesiam suam Brixinensem in Alpibus, deq; illa disponere voluisset, pro veteri pontificum iure: non est passus Sigismundus dux Austriæ, vt ea in Germaniam tenderetur consuetudo, quod Romani cardinales ecclesias Germaniæ haberent in commendis, quo modo abbatias & monasteria Italiæ, Galliarum, Hispaniæ, Angliæ: quæ vna causa est in eis prouinciis creari cardinales, non in Germania. Graue oritur dissidium inter cardinalem & ducem: vterq; suum gladium distingit in alterutrum. Captus cardinalis, custodiæ micipatur. Pontifex execratione & maledictis infectatur ducem. Mittit ille in urbem pro se oratorem, qui pontifici reddat sui facti rationem. Erat homo quidem doctus, sed pertinax, qui venerat orator, & qui pontificem in minoribus se minorem cognouisset: audentius tuetur causam commendatam. Vbi non profecit, appellationem interponit, quæ extat: eamq; in vrbe publicat. Interim Papa & ducem & nunciū eius execrationibus duris insequitur. Fugit Gregorius (hoc enim illi nomen erat) in Bohemiam: ibi ducta vxore contemnit pontificis execrationes. Interim omnis ducatus parens Sigismundo, ecclesiastico supponitur interdico, vetitis omnibus vllam habere communionem cum incolis: neq; terram illam pertransire fas sit peregrinis. Sed facillè principi cum principe conuenit, vbi Chrysoßtomus venit in medium.

I D E M verò pontifex Pius totum se contulit ad curam reipublicæ Christianæ, conuentum indicens Mantuanum: in quo magnus conuenerat nobilitatis cœtus, maior oratorum multitudo. Nulla enim natio, nulla gens fuit, quæ non aut principes aut eorum loco miserit legatos. Actum est in illo celeberrimo cõuentu, vt bellum communi omnium decreto Turcis indiceretur. Dictæ sententiæ, qua id ratione geri possit: propositum periculum, quod ceruicibus Christianorum ab illo hoste immineret. Motæ sunt omnibus lachrymæ Pio dicente, quum eorum calamitates exponeret, qui à barbaris in grauissimam seruitutem quotidie abducerentur. Incensi animi, quum ostenderet Turcos, occupata Græcia & Illyrico, interiorem Europam penetraturos. Nihil ab eo fuit prætermisum, quod ad mouēdos cunctorum animos pertineret: sed id frustra fuit. Nam principes omisso externo summè necessario, intestinis se bellis confodiebant. Interea pontifi-

Bbb ij

Cū impio fœ-
dus inire, ad
alterum im-
pium delen-
dum, pium sci
licet est.

Adolpho mor-
tuo, de eius di-
tione conten-
ditur.

Bellū in Pruf-
sia diuturnū.

Luscus vir
strenuus.

Gdani intesti-
num malum.

Homotumul-
tuosus pruden-
ter circūue-
nitur.

CAP. 24.
N. de Cusa le-
gatus in Ger-
maniam.

Germania
cardinalibus
caret.

Chrysoßtomus
in Bohemiam
venit in medium.

Bellū in Tur-
cos frustra
iudatur.

ce ex Mantuanis Romam redeunte, ad eum illum oratores Hyberorum (quos Georgianos vocamus) praesidium implorantes: qui & ipsi tum Christum, quamvis procul ab apostolica sede veritatis magistra, ac barbaris circumfusi gentibus, colebant. Misere & Trapezuntij legatum, auxilium in Turcos orantem. Sed postea compertum est, quod Ismael Sinopensium dominus, qui diu restiterat, non expectato Mahumeti Turci impetu, sese suaque omnia illi permisisset, & Trapezuntinus Imperator, vni ex Turcorum principibus filiam suam despondisset. Quae res fidem eius non synceram monstrabat: nisi optima intentione speraret puellam blandimentis virum ad sacra Christianae fidei pellicere. Multa metus & regnandi cupido indigna admittunt. Sed non est caelesti regno idoneus, qui pro terreno caelestem regem contemnit. Quia tamen longum est Christianos non modo armare, sed consulturos de sumendis armis congregare: non mirum si apud obsesum Ismaelem Sinopicum ducem, plus instans metus, quam spes dubia & longinqua potuerit. Quo etiam tempore Vancassani principis oratores, quos ad Calixtum destinauerat, ad Pium pontificem venire: quos cum admiratione, ob interualla locorum vnde venerant, aut propter insolitum habitum, Romani inspexere cupidius. Feruntque Vancassanum scripsisse ad pontificem, se quidem victoriam ex hoste reportasse, adiutum precibus illius ad Deum: eiusque beneficij, diuini potius quam humani, se aliquando memorem futurum. Sed nos in Wandaliā nostram reuertamur.

CAP. 26. HAMBURGVM, vetus & honoratum oppidum, quod comitibus Holsatiae ab olim paruit, regi Danorum, tum Holsatiam tenenti, homagium praestare deposcitur. Ostendere ciues indulta ab olim sua, & obseruationem supra hominum memoriam longam, quod subiectionem suam fidelibus verbis, non sacramentis firmare consueverunt. Urgebat diu rex, asserens non esse homagium sine iuramento: & quomodo possent esse sine homagio subditi? Illi per modestum reddidere, homagium esse fidelitatis exhibitionem, siue iuramento, siue verbis constantibus & fide bona praeretur: orare ne urgeantur a suis discedere consuetudinibus honestis, rationabilibus, & praescriptis legitime. Rex, alias princeps humanissimus, placatus acquieuit. Quo tempore per Quadragesimam, quum Ioannes Verdenensis episcopus, qui Luneburgensium causam inhæreret, cum eis excommunicationi implicitus, ab rege Danorum (quem in eadem causa interpellabat) de monasterio Reineuelde veniens Hamburgum pertransisset, & eius praesentia diuinum officium interturbaretur, seruato propter eum diuturno interdicto: nonnulli leues homines, cum pueris, currum abeuntis feruntur luto foedasse iniecto, lapillisque turbasse. Quam ille rem nescio quibus imputans, postea armis vindicauit carnalibus, missis satellitibus, qui ad Albim fluuium, in eius diocesi, Hamburgensium colonos sub praesidio Morborch deprædarentur. Questus est Danorum regi, quod in securitate ab illo praestita, in oppido illi parente, affectus esset ea contumelia. Tum verò iacta sunt fundamenta eius compositionis, quae postero anno est impleta in eadem Luneburgensium causam.

CAP. 27. TRAHEBATUR interim bellum in Prussia, inter ordinem & ciuitates illi pridem parentes. Venerat anno primo & sexagesimo rex ipse Poloniae, magno suorum stipatus agmine: iam penè omnia quae volebat, ei subdita fuere, praeter postremam ad Liuoniam & Letuaniam terram: in qua aduersi nihil habitatores terrae pertulere. Ne tamen frustra venisse videretur, misso haraldo praerium fratribus, vbi vellent, paratum exhibuit. Illi praerium nil nisi vulnera & neces & captiones cernentes posse referre, praerium tum abstinere, remandantes, non se vti solere hostium ad praeria consilio. Rex illas copias suas reduxit in regnum. Sed in vrbe Gdano ab improbis ciuibus nulla quies. Immisit Dominus vertiginem bellantibus, quum interim leges silere putarentur. Compertum habuere, multa ex vrbe illa suis hostibus consilia rerum gerendarum innotescere: vt omnia eorum incepta prius manarent ad hostes, quam in opus perueniret. Deprehensus est quidam ex scribis publicis, quem de familiaritate ad quosdam de ordine habuere suspectum. Ideo obseruatis gressibus & nutibus ex eo omnibus, in ipso conatu hominem deprehendunt, literis in manibus eius compertis. Prodidit ille consilij conscios: qui tum publico iudicio condemnati perierunt, gladio caesi. Saepè deinde congressi ciues hostibus, varia dimicauere fortuna, nunc victi, nunc victores. Capti aliquando ciues non pauci de Monte regio, & de oppidis caeteris ordini parentibus. Supra mille

mille hoc anno perierunt vno praerio, quum victoria ciuium esset Gdanensium. Interea lis quae pendebat in Romana curia inter praeratos & Luneburgense concilium, de salina, facta in regem Daniae, Zwerinensem ac Lubicensem episcopos compromissa, per laudum ore regis promulgatum sopita est, vtriusque partis (vt fieri solet) magno, sed ecclesiasticorum maiori detrimeto. Sed ea fuit poena vallatum, vt non liceret sine maiori discrimine inde discedere. Multa tamen accessere senatui & publicis oppidi vrbibus, quae ante fuerant praeratorum. Certa quota permessa est detrahi fructibus ad certos annos, in supplementum impensarum & aeris alieni: quod multis ante litem annis, & in ipsa lite, per Luneburgenses impensum diceretur. Duodecim erant anni deputati. Sed illis ad finem deuolutis, noua quaestio, quum nec dum impletum esset aer alienum. Nam sua tum authoritate consulares aliam fecere falcidiam ad sequentes annos, nisi mallent certa impensa pecunia (& ea non parua) redemptionem suam iterare: hoc est, quod suum iam erat, tertio comparare: nulla facta in exolutione aeris alieni contributione, ex magnis oppidi prouentibus, pridem detrahit summam rerum. Tenuere patres in eodem oppido plures in carcere ex iis qui se vrbe dudum eiecissent: & iam sine facto de tota causa, etiam cum victis transigere voluerunt. Dederunt arbitrium & optionem duorum, domibus se suis semper continere, aut in perpetuum exire cum rebus exilium. Elegit pars maior abire. Itaque impositi euecturis, in oppidum Vlsen perducuntur. Sciebant minus se esse gratos vicinis Lubicae & Hamburgi ciuibus: ideo delegerunt interiorē petere Saxoniam. Idque tum factum est.

CAP. 28. IN oppido Gripwaldensi ducatus Wolgastensis (quem alij dixerunt Bardensem) per eam aetatem floruit vir integerrimus, literis instructissimus, eius oppidi proconsul, veteri familia ortus, legum doctor accuratissimus. Is quum multa ei oppido comoda comparasset, priuilegiatum ibi publicumque gymnasium constitui procuras, idque curans quam diligenter, vt stipendiis & prouisionibus doctores fulcirentur: non potuit euadere inuidiam virtus, quod esset iusti tenax, non permittens quae multorum ferret libido. Primum principi terrae, cui fuit antea pro virtute charissimus, coepit exosus haberi. Quod quum in oppido collegae eius in proconsulatu compertum habuissent, aut procurarunt, aut diffimularunt, vt sceleratissimi duo latrones ad eum in publico officij loco cum collega sedentem ingrediantur: paucis verbis intentatis, ferro caput atrociter cadunt, humique mortuum deiecerunt. Qui affederat collega, vir innoxius, obstupescit viso scelere. Sed quid faceret vnus inermis, armatis duobus? Non satis tum vnde res prodiret intellexit. Sciebant duo alij amborum collegae quid ageretur, non ignorantes quam esset caesus pro sua virtute, ciuibus charus: metuentes si prodiret occultum consilium, ipsi luerent. Quod ita demonstrauit exitus. Tamen vt impunitatem sibi concirent, effecere vt dux Ericus valida manu vrbe introiret, homagium deposceret (quod nec dum praestiterunt) & tumultum omnem sub capitis periculo grauissime interdiceret. Voluisse tum principem ferunt vrbe eiecisse omnem cognationem occisi, suggestionem duorum proconsulum necis consciorum: sed obiecit se pars caetera concilij, non passuros se testati, quoniam nisi legitimis causis proscribi. Quid enim illis imputari, qui atrocem in propinquo suo tulissent iniuriam? Conquieuit princeps, & iam (vt putabatur) omnia fuere tranquilla. Sed antequam aetas ipsa decurreret, inuenere necis innoxiae fautores aut (si quid amplius) etiam curatores mercedem suam. Tanta autem creuit audacia improbis hominibus, vt atrocissimis parricidis, qui manu rem peregerant, quique optimum virum in publico sedentem officio peremissent, securitatem in vrbe reddere iam constituissent. Ingemuere omnes boni, vbi intellexerant. Sed quatuordecim viri de cognatione caesi adierunt senatum, postulantes ne impiu facinus (quod iam rumor dispersisset) de publica securitate latronum, villo modo sinerent impleri: ne obuerrari quotidie ante oculos cernerent, qui non solum familiae suae, sed vniuersae reipublicae patronum optimum sustulissent. Intumuere duo illi consilij necis proconsules, indignati, etiam comminantes iis qui legem senatui praescribere contenderent. Sed communitas, vbi intellexit quid ageretur, quum improbitatem proconsulum comperta haberet, sumptis armis vtrunque suis in aedibus contrucidarunt. Adiecerunt, vt iam mortui, publico tamen iudicio condemnati, rotis imponeretur, velut vrbis proditores, coruis exededi. Ita sanguis boni viri exquisitus est, iusta ultione sequuta.

Hoc etiam tempore in vrbe Prussiae Gdano tristis regnabat erinnys. Improbi ciues

conspirarunt opprimere senatum, quòd haberēt nescio quid in eos, nec illos rectè administrare rempublicam calumniarentur. Incertum an cupidine dominandi exorta in ciuibus, aut certè perpenso in ordinem Teuthonicorū fauore ea molirentur, siue quòd eos belli tam diuturni pertæderet: res enim obscura est. Quū tale inter ciues cōsiliū diu volueretur, peruenit ad quendam ex ciuibus, qui vrbis interitum inde prospiceret. Igitur prodidit quod comperit. Deprehēsa sunt capita eius coniurationis viri sexaginta: sed erant eius consilij participes plures (vt ferebatur) quadringentis. Confessi sunt enim, quū tenerentur, iam quadriennio in eo laborasse, vt res aliis viis decurreret, occiso senatu, qui illis videretur ad iustas condiciones minus inclinatus. In confessos vltimum supplicium decernitur: gladio illi pereunt. Ceteris per edictum innotescit, abeant vrbe in æternum exiliū malè sibi conscij, qui viuere malint: alioqui ex hora constituta re-
 10
 20
 30
 40
 50
 60
 70
 80
 90
 100
 110
 120
 130
 140
 150
 160
 170
 180
 190
 200
 210
 220
 230
 240
 250
 260
 270
 280
 290
 300
 310
 320
 330
 340
 350
 360
 370
 380
 390
 400
 410
 420
 430
 440
 450
 460
 470
 480
 490
 500
 510
 520
 530
 540
 550
 560
 570
 580
 590
 600
 610
 620
 630
 640
 650
 660
 670
 680
 690
 700
 710
 720
 730
 740
 750
 760
 770
 780
 790
 800
 810
 820
 830
 840
 850
 860
 870
 880
 890
 900
 910
 920
 930
 940
 950
 960
 970
 980
 990
 1000

LX. viri in Gdano ob con-
 spirationem
 mitam cadun-
 tur.

I 462.
 Kolbergape-
 ne occupatur.

CAP. 30.

I 464.

ANNVS erat sexagesimus quartus, quum in quadagesima nuncius apostolicus cum mandatis veniret in ciuitates Wandalicas, vt exciret populum in expeditionem quam papa Pius instituerat, belli societate inita cū duce Burgundiæ Philippo, & Venetorum principatu, in perfidissimum hostem Turcum. Episcopus erat Cretensis, qui mandata apostolica circumferret. Sed magno & inconsulto feruore publicantium multi in casum instituere profectioem, sine comœatu, sine armis: quum ignoraret homo Italicus, linguæ non gnarus, quid clamatores ad populum tulissent. Ridiculum vulgus ex omni ordine concurrat. Stabant ad ædes sacras, stipem publicam petentes: hoc comœatu grande iter, longinquam & diuturnam expeditionem inire volentes. Nō erat ea culpa apostolici nuncij: sed imprudentia fuit clamantium, & quid denunciarent ignorantium. Feruebant in eam rem omnes: nemo passus est auerti. Sacrilegiū ducebant, si quis verbo interposito conaretur quenquam auertere, minus expeditioni profuturum. Ipsi sibi somnia finxerunt, monitos se per visionem dicebant crucem sumere: alius in vestibus, alij etiam in cutem impressam crucem se reperisse, sunt emētiti. Fabula per omnes vrbes celeberrima. Mira colluies hominum ad id iter festinantium. Nōnulli ex ditioribus equites ibant armati, portantesq; in zonis vnde viuerent: sed longè maior pars erat eorum qui sine armis, sine comœatu mendicantes abirent: quasi in terram ituri, vbi obuia illis omnia fierent ad nutum. Omnes vtriusq; ordinis, qui desperatione meliorum rerum tenerentur, eò contenderunt, quasi aut locupletandi in terris, aut vbi id non fieret, mox cœlo collocandi. Peruenere in vrbe Romam sine numero multi. Miratur
 10
 20
 30
 40
 50
 60
 70
 80
 90
 100
 110
 120
 130
 140
 150
 160
 170
 180
 190
 200
 210
 220
 230
 240
 250
 260
 270
 280
 290
 300
 310
 320
 330
 340
 350
 360
 370
 380
 390
 400
 410
 420
 430
 440
 450
 460
 470
 480
 490
 500
 510
 520
 530
 540
 550
 560
 570
 580
 590
 600
 610
 620
 630
 640
 650
 660
 670
 680
 690
 700
 710
 720
 730
 740
 750
 760
 770
 780
 790
 800
 810
 820
 830
 840
 850
 860
 870
 880
 890
 900
 910
 920
 930
 940
 950
 960
 970
 980
 990
 1000

Miratur
 quum
 papa
 colluuiem
 inermium
 pauperum,
 ridebat
 inscitiam
 &
 simplicitatem:
 &
 vt
 vrbe
 exoneret,
 permittit
 illis
 remissionem
 peccatorum.
 Venerant
 alij
 Anconam,
 quò
 iam
 se
 papa
 deferrī
 curauit
 ægrotantem,
 quum
 expectaret
 venturum
 ducem
 Venetorū.
 Nam
 Philippum
 Burgūdiæ
 iam
 senescentem,
 &
 laboris
 fastidio
 recusantem,
 frustra
 expecta-
 bat.
 Venientes
 peregrinos,
 armatos
 inermesq;
 iussit
 benedictione
 collata
 redire.
 Ipse
 papa

papa biduo antè vidit in portu nauigantem ducem Venetorum: & iam febre exanimatus, quieuit in pace, reductus Romam, tumulatus à nepote Senensi cardinale. Sumptus autem, quos in eam rem composuisse ferebatur, partim duci Venetorum permitti, partim ad regem Vngariæ mitti mandauit. Ita magno molimine cœpta expeditio cessit in vacuum. Alemani imprudentes ridiculi fuere (vt solent) Italis. Pannosi, inermes, pauperes, Turcum expugnare statuerunt.

AD componendas deinde res in Prussia, diuturno bello labefactatas, rogatu senatus Lubicensis, dominus Arnoldus, eiusdem episcopus ecclesiæ, duobus assumptis canonicis, viris probatissimis, vnà cum deputatis ex concilio senatus, nauigauere, & felici cursu peruenere. Turriacum oppidum præclarum mediterraneum petiere. Iam antè literis apud regem Poloniæ, & magnum magistrum ordinis (capita partium) pertentatū, si paterentur in causa tractari. Quumq; non refragarentur, venere solennes vtriusq; partis nuncij cum mandatis. Multum diuq; tractatum, variæ exquisitæ viæ rerū componendarum gratia. Sed dum altera pars restituendis ordini rebus immoratur, altera non dimitteret quæ iure belli cepisset, laboratū est in contradictoriis. Concepta fuere nonnulla puncta, eaq; disputando diu ventilata. Sed dum non conuenit, multo per singularem diligentiam tempore consumpto, abierunt itinere quo venerant. Anno tamen qui proximè sequebatur, quum iam secum maturius partes deliberassent, in easdem condiciones rebus compositis, longū bellum est terminatum, cum detrimento maximo ordinis memorati. Sæuierat tum pestis grauissima per Wandalicas vrbes, cui ab hominum memoria nulla par erat lues: nullis ea remediis potuit placari, refugerat omnem opem medicam. Potuere ex ipsius beneficio naturæ pauci superare vim veneni. Sed vbi manus medentis accessit, ilico furens venenum atrocius, in omnem partem corporis sauebat. Profuit abstinere medicamentis: opem ferre non potuit vlla cura. Multa hominum centena millia breui periere hoc malo.

OTTO dux Stetinsis, eadē lue peremptus, sine prole decessit: creditumq; est feudum ad Imperatorem rediisse. Quo prætextu Fridericus Brandenburgensis marchio, princeps elector, ab Imperatore de illo ducatu inuestitus, in ditionem suā capere contendit. Restitere illi duces Pomeraniæ & Wolgastensis, fratres, legitimā à sanguine successione præferentes. Res ad arma peruenit. Magno venit armorum apparatu marchio prouinciam occupare: non minore animo duces, qui tenere, contendunt defendere. Obsessæ arces, & oppugnata: pauca quædam venere in potestatem marchionis. Vrbem Stetinsensem, prouinciæ caput, oppugnare institit: & nisi fornicibus testudinibusq; desuper ductis ab alto clausa esset, potiunda ea cōfidebat. Volebat ab militaribus terræ sacramenta fidelitatis. Illi interdictum sibi ab ducibus, ne facerent, prætenderāt. Et erant propensiores omnes in suæ gentis principes Wandalicę originis, quàm subesse exteris Francis. Diu vario labore res in longum ducitur. Interim ciues Sundenses cum suis proconsulibus rem in differentia habuere. Neq; foris satis pacata illis erat prouincia, quòd princeps eorum Werlaus ciuium insolentiam molestè ferret. Tumultuati enim ciues destituere proconsules, viros ætate graues, & qui laboribus (vt ipsi ferebant) impares essent: nouos instituere, qui armati prodiret in hostes. Durauit in eum diem, ex antiquo contracta cum militaribus controuersia: de qua superius aliquot locis commemorimus. Exhibant ergo armati ciues hostibus occursum: iungebāt agmina bello socij Gripeswaldenses. Duxere in arcem Torgelow: eiecerunt hostes, & solo æquarunt munitionem. Multa præterea latibula, vt illi vocauerunt, latronum: vt alij, hostium, euerterant. Et rebus ex sententia gestis, cum præda reduxere copias.

REX Poloniæ ea tempestate non satis æquo ferebat animo, quòd Marinus de Fre-
 10
 20
 30
 40
 50
 60
 70
 80
 90
 100
 110
 120
 130
 140
 150
 160
 170
 180
 190
 200
 210
 220
 230
 240
 250
 260
 270
 280
 290
 300
 310
 320
 330
 340
 350
 360
 370
 380
 390
 400
 410
 420
 430
 440
 450
 460
 470
 480
 490
 500
 510
 520
 530
 540
 550
 560
 570
 580
 590
 600
 610
 620
 630
 640
 650
 660
 670
 680
 690
 700
 710
 720
 730
 740
 750
 760
 770
 780
 790
 800
 810
 820
 830
 840
 850
 860
 870
 880
 890
 900
 910
 920
 930
 940
 950
 960
 970
 980
 990
 1000

vt fidelis esset Romanæ ecclesiæ. Nam & ille manus iniecit eisdē rebus. Sed Marinus, vt erat multarum rerum iam sciens, prouidusq; futuri, elusit manus omnium. Reges tamen (vt credo) memorati, de tonsis ouibus lanæ bonam tulere partem. Collegit idē ex Dania libros, quos à memoria Gothorum ibi diceretur reperisse. Poterat quidem reperisse libros: non abnuo. Sed Gothos intulisse illos Daniæ, negauerim: quod Gothi, qui Italiam spoliauerant sub Honorio, neq; de Gothia recēns prodierant (vt patriæ meminissent) neq; vnquam redierunt in patriam. Iam enim ante duo annorum millia (quod in Suecia ostēdimus) ante illa vastatæ Italiæ tempora exhibant patriam: diffusiq; per Gallias & Hispaniam, ne memores quidem fuere antiquæ patriæ, vt in eam vel cogitatione respicerēt, minimè verò redirent. Sed hoc magis crediderim, Danos ex littoribus Galliarum, quæ Normandia est, quum spoliarent monasteria & ecclesias, tum codices illos cum cæteris preciosis rebus prouincia extulisse: quod in nostra Norwagia docuimus, tempora ibi signantes.

CAP. 34. LV BICENSES tum Anglicis oratoribus in Hamburgo multa tractantes, quum non satis de rebus conueniret, sine fine discesserunt ab eis. Erat autem controuersia de libertatibus mercandi, vt nostris in Anglia, ita Anglicis in vrbibus oriētis & districtibus earum. Nec volunt intelligere Anglici, nostros in Angliā inuitatos immunitatibus promissis & præstitis, quæ iam transierunt in naturam contractus. Anglici nullis apud nos promissionibus, vt veniāt, sunt inuitati: venerint, nō venerint, in æquo nostris est: quū malint tamen non venire. Quo tempore Lubicenses, morte iam subtrahō strenuo milite Clamero de Busch, Mauricium comitem de Pirmont fortem ad arma virum, equitem, suorum suscipere præfectum, speciosum in iumento sessorem, quum armis ornaretur. Amavit vir nobilis in vrbe versari. De reliquiis Fræcorum is erat, quos per Saxoniam (quæ nunc est Westphalia) sparsisse memoratur rex Karolus, cognomento Magnus. Testatur nomen Gallicum Pirmont, quasi mons igneus. Naturales filios duos habuit in ministerio: quorum alter cognomen paternæ ditionis præferbat, in linguā nostram translatus, vt Fuerberg diceretur. Redibat tamen ille comes post aliquot annos in patriam, amans patrio condidit sepulchro, in oppido suo Luden: & arma tumulata cum illo, quod posteritatem non relinqueret, quæ admitteretur ad successionē. Quamquam Itala gens aliud in simili casu sentiat: quæ vt antiquas referat perennetq; familias, non refugit bastardis deferre successionem. Ni faceret, iam plures antiquæ domus, quæ extant, dudum corruissent.

CAP. 35. IN SIGNE per ea tempora latrocinium & incurfus militaris facta est in merces, quæ magno precio & numero de Francordia Lubicam petiere, in Roseborg, non longè ab oppido Molne. Magnitudo æstimatæ mercis inuitauit ad prædam, coralli, margaritæ, fericum, piper, & his conformia, sine pondere distrahebantur celeri mercatu. Suboleuere qui illum quæstum amabant, ex Prignissa Magnopoliq; viri militiam sequentes armatam: distincta partitaq; præda abierunt. Non potuit inligne facinus latere. Compertum est in eo fuisse consortio, qui non putaretur, etiam de domo principis, ipso proculdubio nihil sentiente. Nam qui talem ineunt quæstum, vesperi se aspectibus principum offerunt, noctibus totis inambulant: mane primo negociantur, & in vesperum iterum astant principibus. Constituere Lubicenses educere suorum agmen, & perquirere mansiones participum ac consciorum. Quum resciret hoc princeps, nō est passus ad iniuriam suam illos grassari, sine discrimine, in noxios pariter & innoxios: effecit vt res in tractatus coniceretur. Conuenere in villam Slukup, mille in Magnopolim passibus à Lubica. Ostenderat ibi princeps, multū sibi displicere quod actum à quibuslibet perperam diceretur. Quumq; res nimis esset in propatulo, nec tergiuersatione celari poterat quod sol testis ipse vidisset: eò deuentum est, vt quæ ex rebus indistracta manerēt, redderentur in oppidum Scouenberg: cætera pro suo valore soluerētur, datis etiam ad causam fideiussoribus. Ita mercatores etsi non totam, magnam tamen rerum suarū partem recuperarunt. Magnopolensibus ex illo die fama inhæsit, vt diu Piperarij dicerentur. Ita visum est mansueto principi, tum de rebus transigere. Quo tempore senatus Lubicensis coemit arcem Ritzerow cum pertinentiis suis, ab duobus fratribus, qui de tertio impubere, tanquam legitimi tutores curabant, vt pro illo quoq; quod ageretur ratum esset. Sed non ibi res constitit. Nam idem vbi adultam contigit ætatem, reclamauit vendi-

venditioni, postulans (quod iure potuit) infra quadrienniū in integrū restitui. Sed si coram iudice legitimis hoc viis postulasset, iustiorē causam habuisset. Semel ac iterū literis egit, & vbi non successit res votis suis, ad prædam & latrocinia publicarum viarum peruenit, pessimo suorum consilio: vt itinerantes innoxios viatores in locum statueret sibi (vt putabat) debentiū. Potuit impetere fratres, qui partem illius acceperant in ære: sed maluit Lubicenses ad soluendū locupletiores. Hac occasione illa vada & itinera quū perquisisset occulta, multi sunt facti cum illo & post illum prædones. Illi verò quæstui multi se immiscuere de familia vicinorum principum: qui quū peruia nossent saltuum itinera (quæ venantes transissent) multa diu impune fecerūt latrocinia. Sed magna pars condignam reportauit de quæstu mercedem, gladio publico in vrbibus cæsa.

CAP. 36. IN regno Bohemiæ iam dudum Ladislaus, Alberti regis filius, Romanorum, Vngariæ & Bohemiæ ipse iam rex, in vrbe regia Praga fedebat, annum agens ætatis decimum octauum, iam plenam attingens pubertatem: vt de nuptiis eius cogitarent. Misisti sunt in eam rem ad regem Franciæ Ludouicum solennes oratores, qui germanam illius regi suo sponsam deposcerent. Non grauatè illi permisit nobilissimo adulescenti puellam æquè nobilem, coniugio sociam. Parantur iam omnia ad eam deducendam itinere suo sponsam in Bohemiam: nam circa regem Ladislaum, iam omnia ad nuptias parata constabant. Vix ingressi sunt iter puellam deducere, & ecce nuncius alius venit obtuiam, funus denuncians pro nuptiis. Nam Ladislaus rex paulo antè infirmitate (incertum vnde correptus) diem suum obiit. Medici quum non auderent, secretò, quamdiu in Bohemia essent, veneni signa dati in corpore deprehendisse ferebant: vbi in tuto fuere, apertè prædicabant, rapas Bohemicas, quas ille cupidè esitabat, toxico fuisse infectas. Ita in hoc funere multiplex spes intercidit. Quale enim fuisset, Francorum vires tribus illius magnis principatibus accessisse? quantus in Turcos futurus malleus? quantus Christianismi propugnator? Sed illius morte res Bohemis secundabant, multoq; magis Polonis. Nam rex Casimirus eius germanam tenebat coniugem: vnde nati filij, regna nunc tenent Vngariæ Bohemiæque, quæ auunculus habuit Ladislaus. Eius morte Fridericus Imperator, proximus virili genere hæres, regnum Vngariæ petiuit: nam Bohemiam, quæ illi (vt diximus) in morte Alberti offerebatur, non magnopere desyderauit, propter perniciem regnicolarum. Vngariam etiam armis vindicare constituit: sed interuenere qui rem pactis conditionibus distinerent. Titulum Fridericus desumpsit, regem ex illo die se scribens Vngariæ. Sed Matthias, Iohannis Cuniadis Waiuodæ, fortissimi viri filius, merito paternæ probitatis proceribus conciliatus, regnum vix carcere laxatus apprehendit, ac tenuit: rediturum ad Fridericum & eius posteritatem, si sine virili prole decederet Matthias: cuius perinde spem fecit, quod cælibatum polliceretur. Bohemiam verò Georgius Pogibracius (quem Ieriscum dixerunt) hæreticorum defensor, voluntate procerum accepit: verumque monstrauit quod in Bohemia sua concludens Æneas dicit, regna & imperia, non legibus, sed armis quæri defendique. Sed non ealege natus erat Fridericus, vt dimicaret: pacis ille consilia probauit, cum magno suo & Romani Imperij detrimento. Georgius Bohemiam possedit, Matthias Vngariam, noui homines, non alta nobilitate prodeuntes. Sed Matthias rex, strenuè pugnans in Turcos, paterna insequutus vestigia, non degenerem se magnis documentis ostendit. Georgius verò rem malam fecit in regno deteriorē. Iam enim hæreticos sub Sigismundo procerum voluntate satis edomitos, erigere fecit caput. Sed Paulus summus pontifex, publico consistorio Georgium declarauit hæreticum, regnoq; destituit per solennem sententiam: exequutorem autem sententiæ non inuenit.

CAP. 37. VENERAT per id tempus Lubicam Fridericus marchio Brandenburgensis, princeps elector, cum genero suo Iohanne duce Saxonie, Bernardi filio, vt videret literas, quas à maioribus illius, Saxonie ducibus, senatus Lubicensis teneret in oppidum Molne cum attinentiis suis: quas idem Iohannes dux antè poposcisset exhiberi, cum episcopo Raceburgensi, nec impetrasset. Ostensa sunt literæ marchioni, quū hoc deposceret. Agnouit magnum æs, quo esset illa ditio obligata: & contulit fructum forti: nec vlla de parte reperit genero suo profuturam, etiā si promptam numerare posset pecuniā, qua obligatū cum attinentiis oppidū diceretur. Accessit enim forti principali, ex iustis causis,

Potius Pierre mont quasi mōs lapideus.

Nobilitatū Italica pars ex non legitimis constat.

Principes in seij aulicos habent latrones.

Præda ablata pars mercatoribus restituitur.

Hæreditate priuatus ad la- ty gerina se co- sicut - - - - -

Bohemis cōm- giā imiturus mo. itur.

Vngaria & Bohemia regū linea mater- na.

Si violandū ius est, etc. hodieq; vsur- patur.

non contemnenda pecunia: vnde penè impreciable factū potest videri hoc oppidum, quod fructu non magnum sit. Ea tamen tum fuit verborum alterna communio, vt non sine causa de diligentiori munitione curarent & oppidi & arcis Bergerdorpe. Multa per id tempus anni septimi & sexagesimi instituit pontifex Paulus, vt atrocissimo Christianorum hosti Turco occurratur, crebris literis agens apud Imperatorem Fridericum, vt expeditio bellica ex viribus Germaniæ fieret in hostem. Sed surdo narrabat fabulam, quòd nec ille armis delectaretur, nec neruos belli ex Italia Germaniaq; teneret. Quòd enim volitaret implumis aquila: Italiam papa cum principibus aliquot & communitatibus tenet. In Germania verò patrimonium Imperij, principes occupant electores. Indixit tamen Imperator conuentū principum in Nurenbergam, ad diui Iacobi diem, in quem misit papa cardinalem cum potestate de latere. Et quoniam frequentes tum non conuenerant principes, renouata est in diem trium regum proximè tūc venturū. Multa quidem instituuntur tractatibus: sed sine fructu semper est exitus. Bene promittebant multi: sed ea fuit grauitate & maturitate Imperator, vt omnia ex certa prouidentia in suum differret diem. Erat autem vana promissio multorum, & inanis expectatio.

CAP. 38. WANDALICÆ vrbes quatuor, Lubica, Hamburgum, Luneburgum, Wismaria, quæ vno pondere à longa memoria monetā habuere, anno octauo & sexagesimo, paulisper leuato malleo (quod auri noua pondera deposcebant) nouum instituunt cudere numisma, grossos (nostri solidos vocant) ad differētiā minoris numismatis, quod Cauum dicitur. Sed non poterant occurrere malis quæ præuenire cupiebant: nam minoris semper fuere in vicinis prouinciis argentei numi. Vnde factum est vt improbi mercatores (peculatores dicam) de numismate mercem facerent, deuehentes, vbi in conflatorio ipsi sua lucra cum publico detrimēto facerēt. Res proculdubio magni momenti, si bene pēsetur. Nam ille solidus numus, quanto ante annos centū fuerit quàm nunc melior, incredibile est memoratu: vt intelligant quid amiserint, qui annuos census vel principes in tributis, vel priuati haberent in reddito: sic semper rebus comparatis, vt cū numismate & omnis mercatura & successus in quæstu singulorum decreserēt, inuisibiliter euanescentibus de manu quæ antè tenebantur. Res proculdubio magna, de moneta constituere foeliciter, & quæ iam tum Romanos rerum dominos fatigauit. Mercatoribus ea tempestate Wandalicarum urbium, & quæ suæ sunt cōmunionis ciuitatum, magno prouenerat incommodo, quòd rex Daniæ Christiernus, circa festum Iohannis Baptistæ, quatuor Anglicorum naues, de Prussia nauigantes cum rebus non paucis, in suo iussit districtu teneri & diripi: quòd proximo anno Anglici in Islandia regis præfectum occidissent. Id factum Anglici detorquere conati in mercatores orientales, magnis clamoribus apud regem suum Eduardum instabant, vt quomodo Anglici generaliter pro Anglis aliis tenerentur ab rege Danorum, orientales omnes pro orientalibus, & ipso Danorum rege, tenerentur: adiiciētes, nostros occulta cum rege Danorum machinatione id procurasse, vt Anglicæ naues caperentur. Nec poterat prodesse, quòd aliena erat mercatoribus nostris causa pro qua tenerentur, alienus princeps qui teneret. Effecere per importunitatem, vt nostri mercatores in Anglia corpore & rebus capti tenerentur. Tum verò egregia fide Colonienſes, in prosperis consortes, in aduersis se fecere nostris alienos: curantes vt tum ipsi, nostris captis, immunes essent captiuitatis. In eam rem multi scripsere principes regi Angliæ, seculares & ecclesiastici, vt immunes essent laxatiq; mercatores. Nihil omnia profuerunt: donec intentatis & frustratis viis omnibus, in apertum bellum res exiret. Tum prospera nostris in mari fuere omnia: facile in mari pugnantibus cum Anglicis transfugerunt. Ea perfecit res vt aliquando in æquas cōditiones Anglicum nostris descenderent, passi rem æqualiter terminari: quod dicemus.

CAP. 39. BOHEMI quoq; regem habentes, quum ab Imperatore monerentur vt legitimum se regni successorem agnoscerent, & ecclesiæ Romanæ parerent, terrorem renouarunt, expeditione facta in Austriam. Imperator autem, qui iam cum Matthia Vngariæ rege vnum sentiret, pacatus ad illum, eoque in societatem belli aduocato, expediuit XIII. millia, vt Bohemis occurreret. Sed illi apparatus belli agnoscentes, retro dixerunt in Bohemiam. Et insequutus est illos rex Vngariæ, inq; ipso comprehensus itinere ad prælium coegit. Conseruere manus, & diu certarunt: multiq; in fine ex Bohemis desiderati sunt: quos in acie ipsa mars communis consumpsit. Profugerant in monasterium

Arma dabunt cui iura negant.

Bohemii in Austriam.

nasterium quoddam Bohemi, quod firmis sepsere præsiidiis. Rex obsedit: consumpsissetq; vniuersos, nisi interuentu principum res in alias detorta vias abisset. Albertus dux Saxonie filiam tenebat Iersici regis: erant & alij qui pacem rebus dandam putauerunt, quòd communibus omnium hostibus Turcis fortius occurreretur. Durauit etiam hoc tempore bellum, quod Fridericus marchio Brandenburgensis in duces Pomeraniæ pro ducatu Stetinenſi commouisset. Habebat autem belli socium Henricum ducem Magnopolensem, qui germanam eius sororem teneret coniugem: qui etiā sua de parte pollicitus est affini suo bellum vrgere. Aggressi sunt vnà rem. Marchio in arcē Quatuor rotarum ducens, armis illam capit, itemq; Torgelow & oppidum cum arce Gartz. Iam factò ingressu in ducatum, multa cœperūt marchioni esse prospera. Henricus autem dux de sua parte oppugnauit oppidum Trepetow, magnis conatibus insistēs vt caperet. Sed prospicientes id duces ex aduerso fratres, Ericus atq; Werzlaus, validum imposuere militum præsidium. Diu fortiter res geritur: sed iniecto igne, pastorales casæ & iuncea tecta igne concepto conflagarunt, ita vt qui inerant, cogerentur abire ac cedere flammis. Capto dux imposuit, quod satis esse putauit tutando, militum suorum præsidium. Superuenere hostiles copix: & qua facilitate est amissum, nunc recipitur. Redit igitur in potestatem dominorum, quum pro magna parte ipso in certamine cæsi essent, qui tutādum acceperunt. Sed tamen priusquā reciperent, stratagemate vsi sunt non incognito. Currum præire iusserunt, scœnū aut stramina, aut in his fruges inuehentes. In ipsa porta (vt erat constitutum) excidit rota, plaustrum subsedit: hostes sequuti occupauere aditum, & oppidum hoc ingenio tum receperunt.

CAP. 40. PERICLITATVR eo tempore naus oneraria mercibus onusta, in faucibus scopulorum Sueciæ ac Phinnix, quæ de Lubica Reualiam peteret: vectabat innumerum in mercibus thesaurum, sed maiorem in mercatoribus & filiis honestorū Lubicæ ciuium. Adulescentes, scœminæ, virgines, mercatores, nautæ, numero ducēti mortales, lachrymabiliter perierunt, magno suorum luctu. Inde constitutū est, vt post Martini festa nulla naus in Liuoniam soluat ex portu Lubicensi. Quo etiam tempore Thietmars, palustris populus, & frænorū impatiens, quum ab rege Danorum (quòd militares quosdam Holstia ad sua confinia oppressissent) sibi timerent, misere triginta viros Lubicam, qui scœdera sancirent in decem annos cum ciuibus & cōmunitate. Placidè excepti sunt, & hospitaliter habitati: responsumq; reportauere pro eo tempore, quo & illi cōquieuerent, & ciuitas non grauatè ferret. Et (vt incidentia tempori contingamus) hic est ille annus LXVII. quo Karolus dux Burgundiæ in Leodienſes mouit, adiutore fretus rege Franciæ. Et incredibilem stragem fecit in acie, miserabilius verò sæuiuit in capta vrbe. Multa millia dorso colligata misit in profluentem, pro eo quòd episcopum suum, de Burbon ducem, consobrinum Karoli, dominum suum, indignè habuissent.

LIBRI DVODECIMI FINIS.

40

ALBERTI KRANTZII WANDALIÆ LIB. XIII.

CAP. I. IDIT hoc tempore per mediam brumam Roma peregrinum quem non expectabat, qui deuotionis gratia urbem inuiseret, exoluturus vota quibus teneretur. Fridericus Romanorum Imperator is erat: qui paruo comitatu ingressus Italiam, contendit ad urbem, nemini formidabilis, paucis etiam (credo) venerabilis. Exceptit illum Paulus pontifex perbenignè, multa gratificans, nec minus multa cum illo conferens de reipublicæ Christianæ (cuius erāt illi gemini præfides) salute. Peregrinum Romipetā pro suo tumore Itali transire sinebant, si non irridebant. Meminisse poterant ex annalibus, non ita consueſse ex Germania Romanorum Imperatores descēdere, sed cum magnis armatorum copiis, vt dignitatem Romani Imperij



50

tuerentur, cogentq; contumaces Italos imperata facere. Viuere tūm cernebat Fridericum, quod antea difficulter credidere: qui nulla insigni edita opera se viuere declararet. Solebant enim per cōtemptum ex Germanis Itali requirere, viuerētne an mortuus esset Imperator, quem nullis suis iniuriis, nullis reipublicæ Christianæ detrimentis, cōmouentem se audissent. Sed effecit matura principis prudentia, vt omnia certo consilio in suum diem reposita crederentur. Ea tamen euauit expectatio. Promulgari tum iussit Paulus pontifex plenarias indulgētiās in subsidium aduersus perfidos Bohemos. Peruenere nunciij Lubicam. Cōstituta est, quæ fidelium in ecclesia caperet & seruaret eleemosynas, cistella: sed erant qui noctibus piscarentur bituminatis virgulis, vt parum aut nihil eo in loco permaneret. Rex tamen Vngariæ Matthias acri studio persequitur hostes ecclesiæ, magnam regni partem Slesiam suæ faciens ditionis. Crediderim vrbes cum militia sua parum reluctatas, maluisse subesse Vngaro Christiano, quàm hæretico Bohemo. Interiora tamen regni ab illo intacta mansere.

CAP. 2. TRAXIT etiam tum Fridericus marchio bellum in duces Pomeranię: magnisq; copiis obsidere constituit arcem Vkerunde, vbi riuus Vker influit Oderam: quod ciuibus Stetinesibus aditum maris intercluderet, faciliusq; capta arce, per illam edomaret urbem. Prospexere rebus duces memorati, validum præsidium militum ei imponentes arci: sed à fame periculum fuit. Igitur currus per opportunitatem emisere l. x. qui vitualibus importatis, arcem consolarentur, deq; fame proximè formidata redimerent. Intercepti sunt illi ab hostibus, cæsis aut captis qui præsidio essent euectionibus. Nam & Magnopolensis dux in eam expeditionem renouatam suas quoq; copias eduxerat, quas ex omni militia eq; vrbibus suæ contraxerat ditionis. Variè oppugnatio est intentata. Inerat arci bombardarum magister, habitu religiosus: de quo mira ferebant, quod certus esset ferire quicquid peteret. Hoc compertum est, magno sæpe damno illum affecisse obsidentes. Sed bello in longum tracto, rex Poloniæ misit oratores qui rem omnem interciperent, pollicitos regis sui nomine, omnem operã rebus ex vtriusq; partis æquitate dare finem. In eas condiciones tum Fridericus marchio copias reduxit. Sed ille tum fuit rerum cursus, vt idem marchio princeps illustris, infirmitatem incideret, quæ etiam illum non diu post consumpsit. Ferebant hostes melancholia vexatū, quod bello nō prosperè res cessissent, ad extrema peruenisse. Vt cunq; fuerit, ille fato suo functus est. Albertus eius frater, & ditione & honore electuræ successit fratri, quod Fridericus filium nullum reliquisset. Ille verò (quod suo loco dicemus) in ducatum memoratum arma protulit: sed permansit ducatus in manibus hæredum: peruenitq; ad Erici filium Bugslam, qui tenet in hodiernum.

CAP. 3. LUBICENSES tum se interposuere controuersia quæ erat inter regem Daniæ Christianum & proceres regni Sueciæ: egeruntq; literis, vt quoniam in regnis fieri, propter odia partium, non potuit, ambæ partes eligerent Lubicam conuenire, & tractatus super omnium differentia, quæ erat inter medios, inire. Ad cōstitutum terminum venit prior rex ipse cum aliquot episcopis & Gerardo fratre: & longanimitè per dies octo præstolatus, quum non comparerent Sueci, parauit abire. Medio tempore egerunt Lubicenses apud regem de multis incommodis ac damnis, quæ in mari mercatoribus suis per satellites regis irrogata dicerentur. Et quū esset humanissimus ille princeps, passus est superari rationalibus querimoniis: cessitq; vt in compensationem daret aliquot millia damnificatis. Sed non erat aurum quod expromptum numeraretur. Conuenit vt Lubicenses aliquot millia persoluerent de publico, militari, qui tum arcem Kyl cum oppido teneret: reliquam summã, quam essent accepturi, ciues paterentur in eo pignore, quoad lueretur, permanere. Ita factum est, vt ciues accepto in ditionem suam oppido memorato cum arce, sacramenta susciperent ab inhabitantibus, præsentè rege, oppidanis, vt illis parerent, donec pignus lueretur: & mercatores certam spem habere, illo exitu sua recipere. Quum autem rex iam accinctus esset ad abeundum, venere Sueci proceres, morã suam purgantes de aduersantibus aut non auxiliantibus ventis. Intentata fuit compositio, vt reconcilientur. Sed quum iam haberent Sueci regem suum quem delegissent, nec ab eo vt discederent, omnino flecti poterant: abiire inuicem sine fine. Quo tempore fratres minores de obseruantia in oppido Todeslo erexere tuguria, vt in reliquum ex paruis initiis ad maiora peruenirent. Sed rex non interpellatus ea

de re,

de re, non patitur in oppido: permisit autem in monte ad oppidi vicina. Sed neque hoc satis processit. Intentauere non longè ab Hamburgo iacere fundamenta: sed id fratres in vrbe concitatis amicis, auerterunt. Ita ministerium Christo in sacra religione debitū impeditur: imò ipse Christus in iis qui propter se pauperes sunt, contemnitur, præsentia qualicunq; honestatis specie.

VENERANT anno proximo, qui fuit lxx. duo comites de Heneberg Lubicam: quorum alter iam ex aliquot annis fuit & est archiepiscopus Moguntinus. Tum literas Imperiales prætulere ad causam propinquæ suæ, dominæ Dorothee, Adolphi quondã ducis relictae, super donatione propter nuptias, quæ illi cōstituta fuit in oppido & arce Rendesborg. Sed quū Gerhardus comes de Aldēburgo, regis Christierni germanus frater, per ea tempora rebus in Holsatia præfesset, non respōdebatur iuribus eiusdē dominæ. In quã causam ad liquidum terminandã, memorati comites in Lubicam euocauere Gerhardū antedictū. Aderat euocatus: sed literis Imperialibus tardiores aures videbatur habere. Regina autē Daniæ quū non pateretur nobilem dominã, de re bene meritã, queri diutius, cōuentione facta accepit dotalia memorata: & expromisit de suo mccc. aureos pro retardatis: cōstituitq; se soluturã annuos octingentos. Ita cōpositione peracta, redierunt in sua comites. Dictu mirū est, quibus tunc modis per Holsatiam Gerhardus regis frater, egerit, vt fratrem ditione excluderet, lecit eius rei fundamenta apud Phrisios & palustres Wilstrię, in quibus robur & vim esse cognouisset. Vniuersam vbiq; plebem rusticam sibi cōciliabat, militares sibi aduersantes cōtempnit. Sed tum euocatus à fratre in Zegeberg, aliquãdiu pro capto asseruatus ibi permansit: actumq; est cum illo, vt dimissa prouincia protinus rediret in suū comitatum. Phrisones autem, qui se Gerardo constrinxere, renouatis regi sacramentis, in gratiã rediere. Euocauit idem Gerhardus comes postea Lubicensiū & Hamburgensium consulares nuncios, vt cū eo Bremam in colloquiū venire non grauarētur: esse rem tanti, vt eius magnitudine faciliè tanti labor itineris cōpensaretur. Non recusauere occurrere vocanti, Bremam adētes. Quò quū peruenissent, causatus nō tam se Bremensibus tum fidere, vt mœnia eorū subiret: quando tantū itineris superassent, nō grauantur ire ad designatū extra mœnia locum, inuisereq; occurrentem. Nō bene certi fuere nuncii illi, quid sibi vellet loci in literis designati cōmutatio: ne tamen suspicione sinistra fidem nobilis viri contaminarent, prætenderāt, se à maioribus vt temporis, ita loci præfinitū habere mandatū. Si dignetur inuisere locū à se in literis constitutum, illos expectaturos: si minus, redituros breui in sua. Ita nullo facto conuentu, tantum itineris in vanum permensi, in sua redierunt. Non deerant qui subesse aliquid suspicarentur ex Gerharianis machinationibus.

PAVLVS interim summus pontifex non destitit agere omnia ad rem Christianam (quæ tum à Turcis laboraret) fulciendam. Instituit, & ipse obiuit, in vrbe solennes stationes, & precarias, vt Deus offensus hominum sceleribus placaretur. Commonitum crebrius per literas Imperatorem, ad hoc cōsilius est perducere, vt principibus regni in cœtum euocatis, Turco bellum indiceret. lxxi. anno in Ratisponam, vbi tum conuentus agebatur Imperii, misit cardinalē Senensem, Franciscū de Piccolominibus, Pii pontificis nepotem, qui diu literis in Vienna indulgens, linguam calleret Germanorū: quò cum principibus ipse etiã sua voce ageret in eo conuentu. Duxit ille in comitatu Iohannem Antonium, Campanū episcopum: cuius in eo conuentu habita extat oratio, plena laudibus Germanorū, plena antiquitatibus, vnde acceptis, incertū. Sed idem fuit exitus in eo conuentu, qui inter Germanos solet. Audire principes summi pōtificis sanctum propositū: audiuerunt Christianismi multiplices ab Turcis pressuras & calamitates, quoties ille hostis excursionibus millia multa de prouinciis Imperatoris abduxerit. Sed lethargum consoporatorum nulla vis potuit excutere. Conuenere vtriusq; ordinis principes, vt decima per omnes prouincias in eam rem solueretur. In quam impositionem archiepiscopi Rhenenses tum non fatiserant volūtarij, quò annatam papa acciperet, ingenti Germaniæ emundatione, vt habeant cardinales vnde alant bestias suas. Itaque in eo nodo res tum resedit, vt non vltra procederetur. Quo tempore duo perierunt principes inferioris Germaniæ, ætate & virtute & potestate non impares, æquè digni vita, Otto Luneburgensis dux, & Vlricus Stargardiæ dominus, dux Magnopolensis: florentes annis, moribus graues, robore viri: quorum maturitas plurima terris suis commoda

Ccc

Fratres fratribus inuident.

CAP. 4. I 47 c. Dania regina æqui obseruatissima.

Gerhardi Holsati conatus in fringuntur.

CAP. 5. Bellum Turcicum, hortante licet papa, non suscipitur. I 47 r.

vifa est polliceri. *Stat sua cuique dies.* Sed Otto in eo foelicior, quod filium relinqueret paruulum, hodie patri succedentem. Vlricus autem masculam prolem non habuit, sed geminas filias: quarum altera monialis consecratur in Rhene, altera nupsit Euerwino comiti de Benthem. Dux autem Magnopolensis Henricus principatum accepit, ex patris antè dudù initis, quod militares vtriusque ditionis in eum casum vtrique principi iam dudum sacramenta præstitissent. Quo etiam tempore in Bohemia, mortuo Ierfico hæretico, successit Wladislaus primogenitus regis Poloniae, natus sorore Ladislai, nouissimi ante Ierficum regis, qui perinde auum maternum haberet Albertum Imperatorem. Sed eam rem indignissimè tulit Matthias rex Vngariae, qui magnis rebus in Turcum gestis, à Pontifice & Imperatore spem factam gereret eius regni consequèdi. Nec ab re Christianissimo principi & fortissimo regi ea prouincia fuisset commendata, vt perfidos in regno hæreticos ad iuga Christi (quod ille vel solus posse videbatur) coegisset. Sed tum (quod solet læsa potentia) concitauit arma Matthias in nouum regem, qui nihil magnum pro regio nomine faceret: sed omnia, velut à pædagogo puer, filius rex ab rege patre deposceret. Bohemia enim fiscum non habet: quum imminet expeditio, viritum congerunt. Vix habet mensa regalis, quod minori ægrè satis esset. Ita cum rege agitur, ageturque, donec virum assequatur id regnum, in quo viuida virtus aliud deposcat cogatque.

Matthias catholicus alienum regnum inuadit.

CAP. 6. IOHANNES Alberti filius hoc tempore Brandenburgensem Marchiam, pro patruo Friderico in Franconia egrotate, administravit. Venit pater Albertus, princeps armis innutritus: & armis instituit post fratrem vendicare ducatum Stetinensem. Sed tum interuentu magnatum arma conquievere: conuentumque est inter principes, in eam formam quæ non displiceret dissidètibus. Fama diu volitauit ita rem esse compositam, vt duces Pomeraniae pro Stetino feudum recognoscerent de manu marchionis. Ea fama dum multos post annos penetrasset ad regis Romanorum curiam, oratores domini Bugslai ducis, tum in regis curia versati, malè inde audiebant, quod dominus eorum, qui se principi citra regem subiecisset, regni princeps iure non censeretur. Eam rem quum ad suum principem retulissent, motus indignitate rei, impetrauit ab rege commissarium, qui testes factæ compositionis, ad perpetuam rei memoriam audiret. Iserat Lubicensis episcopus. Testes citabantur: imprimis Magnus dux Magnopolis, multi milites, & militares euocati aderant, qui compositioni interfuissent. Repertum est nihil de feudo innouatum. Tantum hoc in forma comprehensum, vt meliora de marchionibus & sentirent, & pro viribus curarent duces Stetineses. Extulere improbi homines per ea tempora carmen famosum, quod in Albertum per summum sacrilegium esset compositum: quum assimilarent Dominicæ passionis seriem, Christo clerum, & principem Pilato subscribentes. Non erat id leue crimen in contemptum Dominicæ tragediæ, quæ vertebatur in risum: nec principis ibi mediocris erat iniuria. Hyeme verò quæ proxima fuit, ad ingredientem annum LXXII. terribilis cometes apparuit, diu celum occupans: nec erant vulgaria quæ portenderet: nam sequentes anni satis explicue-
re quæ ille portendisset. Quo tempore etiam Luneburgenses, iam in exitum prope decursis annis qui in laudo permitti essent ad falcidiam, ostenderunt nullo se pacto ad constitutum posse peruenire, nisi nouo etiam nunc remedio immoerentur. Prælati vicinis maioribus iam in suam sententiam pertractis, effecerunt vt noua iterum fieret fructibus detractio, aut in locum eius iterata redemptio: vt quæ iam dudum fuissent cuiusque, nouo iterum precio mercarentur. Quid facerent tenues, vbi iam inclinatos flexosque cernerent maiores? Ad nutum habuere vrbici quos aut creauere prælatos, aut aliis ex causis obstructos habuerunt. Vnde factum est, vt alii sequerentur etiam non volentes. Hac in re prosperati, necdum exaturati, instituere (quod indultum ab Imperatore ferebant) grauissimum vectigal, de omnibus mercibus quæ oppidum pertransirent, quæ non pauca fuere. Non repugnauere principes, quod aut nescirent, aut quod nihil illis deperiret. Sed vicinæ vrbes pro suis mercatoribus, Lubica & Hamburgum (quibus grauissimum id erat detrimentum) se opposuere: nec poterant euincere, nisi remisso sale, quod per eas vrbes distraheretur. Vnde factum est, vt magno principum favore emercatum vectigal deperiret euanesceretque.

CAP. 7. FLAGRAVERAT tunc maritimū bellum inter Anglos & orientales vrbes. Multa An-

Examinati testes ad perpetuam rei memoriam.

Cometa terribilis.

Luneburgi grauissimum vectigal.

ta Angliis adempta à nostris, multa irrogata incommoda. Nauigabant nostri multo satelite in mare misso: sed & Anglici suas naues perarmabant. Hoc igitur anno, quum merces suas Lubicenses per mare mitterent in Flandriam: nam terrestre iter (quo nunc plurimum vtuntur) tum erat impacatum per Gerhardum de Aldenburgo comitem: tres insignes ad pugnam instructas naues milite complent, vt & securitatem suis præberet, & in hostes (si qua fors esset) pugnarent. Præfecti nauibus, ignaui homines, dum in portibus terram ingressi desident, naues suas liquere incustoditas. Superuenere Anglici in portum: & maiore ex tribus, quam abducere non poterant, incensa, duas secum captas in Angliam perduxere. Onerariæ verò iam dudum earum præsidio peruenerant quò volebāt. Ita præfectorum incuria, & contumelia & damnificatio Lubicensibus irrogatur. Venere per illam ætatem ab Imperatore literæ ad concilium Lubicense, super decima ad bellum in perfidos Turcos ab laico populo persoluenda. Difficile fuit insolitam rem ibi primū intentare. Quievere autem, secundam expectantes iussionem, interim explorantes quid apud alios in ea re ageretur. Ab ecclesiis autem quo minus tum exigeretur obstitere archiepiscopi ad Rhenum, etiam appellationis obiectu parati occurrere. Hoc etiam tempore publicatum est per ducem Magnopolensem nouum vectigal in Greuesmolen: nam hoc erat duci ab Imperatore ad comeatum concessum, dum esset in conuentu Ratisponensi. Ita de visceribus pauperum & terras perambulantiū mercatorum omnia eliciuntur: & satis spontanei essent, si perinde publica itinera secura essent. Lubicenses tamen veterum priuilegiorum obtentu, immunes transierunt. Nec finit nos silentio transire nouitas, rem alioqui institutis nostris alienam. Erphordia vrbs Turingiæ primaria, multa lignorum strue cōgesta, tum incensa horrendo igne pro magna parte conflagrauit. Beatæ Mariæ & sancti Seueri collegiatae ecclesiæ, cum ponte mercatorum, vno incendio consumuntur. Vir (vt ferebatur) militaris conduxit precio perditissimos homines ad id ministerium, quum malè vellet vrbi. Deprehensi nonnulli: in quibus religiosus ordinis Cistercii. Excruciat, exquisitis suppliciis post degradationem excarnificatur.

Angli Lubicensibus naues adimunt.

Clerus ad Turcicum bellum decimas dare recusat.

Erphordia cōflagrauit.

CAP. 8. CONSTANTINOPOLITANI Imperatoris filia, nobilis puella, tum venerat Lubicam ab vrbe Roma, à summo pontifice, ecclesiæ opibus dotata, desponsataque Iohanni Muscouiæ principi: deducta satis apparatu decenti in curribus & equitibus. Ingeniosa (vt ferebāt) mulier, magno (vt par erat) honore suscepta, & suæ nobilitatis respectu, & summi pōtificis honore, & quod speraretur mercatoribus nostris in Russia futura ad omnem gratiam & beneuolentiam propensa. Sed nihil tale experti feruntur: nec potuit fœmina illis rebus præesse. Nauigio de Lubica Reualiam deducitur, inde pedestri itinere venit Tarbatum: vbi ab Russis excepta, principi suo perducitur. Ea quoque spes fouebat pontificem Sixtum, quod inclinaret maritum puella ad suscipiendos ritus ecclesiæ Romanæ, in quibus ea fuerat educata apud sedem apostolicam. Sed concessit illa, nolens volensque, in ritus Russorū oriëntales, in quibus & pater eius viciuabat. Quæ etiam ætate iam inclinante, circa festum natiuitatis Mariæ, anni secundi & septuagesimi, Gerhardus comes de Aldenburgo, necdum posita spe recuperandæ Holsatiæ, occulta iam antè cōsilia fertur habuisse cum palustribus Wiltstriæ, & vicinis Holsatis, qui eum propemodum amarent. Venit ergo à mari nauigio Hufem, aduectis è ligno iam fortalitiis aptatis, ad oppugnationem paratis: vnde repentinam quouis in loco munitio-
nem poterat erigere. Arrexere aures per vicina loca Phrisii, & læti venientem exceperunt: venit in spem, ex eo angulo, totam in potestatem facere Holsatiam. Sed rex Daniæ, germanus eius, vbi comperit, continuo aduolauit. Et quum expeditam suorum manum non haberet, nec tempus se ad bellum comparandi Gerharo vellet permittere, loquutus cum vicinis vrbibus, repentinam ex illis expeditionem produxit: pollicitus magna, quæ post in abolitionem transierunt. Non desuerunt lachrymæ regi, querulanti perfidiam in se fratris. Per terram Lubicenses, per defluentem Albim mouere Hamburgenses. Regem penè obsederunt palustres in Itzeho: sed vbi conuenere copiæ ex vrbibus, in suas paludes retro abierunt. Sequuti, qui Gerhardum expellerent: & in oppido Hufem penè interceptissent: sed elabatur dissimulatione (vt creditur) regis, quod nō de sanguine, sed de possessione terræ dimicaretur: & longo per deuia circuitu, per oppidū Luneburgū in sua regreditur. Tum rex in capita eius factionis iussit animaduerti, permitta

Catholica ecclesiæ ritus non omnia sunt.

Gerhardū ab Holsatia occupanda frater bello auertit.

venia populo. Aufugerant ex his nonnulli, quorum sunt bona cōfiscata. Captos autem quosdam ex Phrisiis, & nonnullos ex palustribus Wiltstriæ, iussit necari. Ipse caput malorum Henneke Wulff, in Thietmarsiam celeri peruectus equo elabitur: vbi non post multos dies, dum insolentia cōsuetu vteretur, cęsus est ab incolis. Ipse Gerhardus abiit, non rediturus: rex in sua ditione Holfatiæ permanfit. Quo tempore etiam Gelria concutitur ab Karolo duce Burgundiæ, quod Adulphum ducem (qui proprium patrem teneret vinculis alligatum) ab se vocatum, captiui loco teneret in Flandria: & ducatum eius interim per arma in ditionem accepit.

C A P. 9. Eo bello quod adhuc inter Anglos & orientales duravit, quamuis iam tractatus in Traiecto super omni controuersia agerentur, nullis tamen intercedentibus treugis de Prussia naus armata mare tenebat: iam antè capta per capitaneum Gdanensium, Paulum Beneken, ab Anglicis hostibus naue, quam dixere Iohannem: cui in tantum Angli, dum tenerent, fiffi, vt omnem interdiceret nauigationem orientalibus vna illa naue posse ducerent. Sed ea tum per capitaneum memoratum capta, vtitur in hostes pro sua. Quidam tum Florentini Brugis agentes, quos Financiariorum (hoc est cāpsores) dixere, aufigaleam suo nomine, armis domini Karoli ducis Burgundiæ insignitam, signis eius per aera volantibus in mare mittere, inque ea cum propriis mercibus iungere merces Anglicorum, sub sua securitate (accepta ab Anglicis de periculo pecunia) in Angliam deportandas. Innotuit res Paulo, naus ex Prussia armata magistro: vidit nauigantem ex Zelandia in Angliam. Adortus præuia (vt fit in mari) salutatione, vnde & quò nauigaret sciscitatur. Lombardus patronus per contemptum respondit, quòd reputaret facile viribus se absorpturum, vbi intentaret, hominem cum armis. Paulus poposcit, vt quoniam Anglicas merces, & perinde hostiles, deueheret, eas volens (si videretur) traderet. Contempsit Lombardus Alemanum, & viribus suis & principis insignibus armis, quæ visabantur, fidens: nec dignatus aliter respondere, bombardam emisit. Paulus iam paratis in naui suis ad arma, iudicat esse pugnandum: admouit nauim suam, et si magnam, tamengaleæ biremi fati impari. Nexus inuicem mutuos iecere in naues, pugnaturi. Lombardus satis fidens armis & viribus, quòd numero militum & magnitudine nauis præstaret, suos in prælium hortatur. Vbi contulere manus & aliquandiu pugnassent, superiores visi Lombardi. Prussi laxatis nauibus, pro victis abiere. Exultat Lombardus victor, insultat cedentibus. Paulus grauiter inuectus suis, Hoc est, inquit, quod polliciti estis pugnam clamore poscētes, vt cum dedecore victi abcedamus? Hoc clamor, hoc alacritas repromisit? Damno iunxistis ignominiam, in reliquum hostibus contemptui futuri. Illi sublato iterum clamore precantur, iterum ducatur in hostem, purgatos primam ignominiam, aut vnà omnes morituros. Incauuisse sensit animos: noluit deesse poscentibus, quum nosset acrimoniam. Exasperati conuitio videbatur. Itaque poscentes reducit in prælium. Iterum congressi, egregiè pugnantes abolent priorem ignominiam: capiunt galeam, aliquot casis in prælio. Ducunt in Albim fluuium: securitate accepta ab archiepiscopo Bremensi, in Zuingam fluuium se contulerunt. Ibi quamuis in vrbibus Lubica & Hamburgo interdictum esset, nequis de mercibus compararet, quòd timeretur grauior exitus: inuenere tamen emptores vndecunq;. Qui in erant satellites, magno ex præda accepto donatio locupletantur. Confestim Lombardi re comperta aduolant Traiectum, vbi cum Anglicis tractabant oratores vrbium orientalium: queruntur iniuriæ & vim illatam. Illi, quòd alteram partem non audirent, respondere nihil poterat. Hoc tamen dixere, se non in iudicium, sed ad compositionem differentiarum venisse, vt cum Anglis tractent: in suis quenq; locis impeterent quos reos haberent. Misit dux Burgundiæ, ab illis imploratus, nuncium suum in Hamburgum, vt Paulum ibi diuersantem cōueniret. Nec aliud reportauit quàm quòd ex hoste, qui hostilia non redderet, sed defenderet, hostiliter inuectus prior ab illo, tulisset iustam & omni iure gentium debitam prædam. Misere Lombardi Gdanum: & id ipsum aliis fortè verbis audierunt. Intentarunt apud Karolum ducem, quòd in eius finibus, in eius securitate, sub patrocinio signorum suorum attentata diceretur captura. Importunitas Lombardorum (quorum interdum opera indigent principes, ad conficiendam paratam pecuniam) effecit, vt res mercatorum nostrorum in terris ducis diuersantium, ad firmam ponerentur. Sed vbi instructus erat princeps, ad liquidum iussit relaxari.

QVO

Q V O tempore, circa festum Michaelis, ex constituto conuenere in Treueri Imperator Romanorum Fridericus, cum principibus curiæ suæ, & dux Burgundiæ Karolus, eo splendore quo nusquam visus est princeps alius in apparatu armorum, in æstimatione vestium & omni principali magnificentia. Obuii fuere medio quodam ad vrbem itinere, quum descendens equo dux procidit Imperatori: ille leuat ad osculum assurgentem. Deducit Imperatorem dux in hospitium, longo de super habito certamine. Cessit vrbe dux Imperatori: & propter armatam, quam multam duxit militiam, foris in monasterio teterat. Conuenere crebrius ad colloquium, palam quidem de bello in Turcum gerendo, deq; rebus Franciæ colloquuti: clam verò inter eos agebantur alia, quæ vulgò sciri fas non erat. Vnum (vt fama fuit) tum erat in conceptu, vtilitate maximū, si processisset. Karolum quidam putauere Imperii creandum vicarium, vt omnia quæ trans Rhenum ab olim Imperio pertinerent, reduceret, deq; rebellibus Imperio curaret. Per intergrum mensem crebræ fuere principum colloquutiones, crebra volabant inter eos munerata: sed longè superabant quæ dux Imperatori largiretur, ditissimus & munificentissimus princeps. Verbum quoque de nuptiis inter vtriusque prolem tum factū multi autumant. Sed tamen de maioribus inter eos actis videbatur non conuenisse: ita fuit amhorum discessus, sine illa quæ in accessu patebat alacritate. Per eam verò quæ proxima fuit Brumam, Anglorum & orientalium oratores, quum ampliori ad rem cōficiendam pacemq; componendam mandato opus videretur, iterum eodem loco conuenere. Sed orientales, vt in arcum Anglos tergiuersantes compellerent, missis in Franciam nunciis, cum rege fœdus inierunt. Ferunt lætatum regem, concessisse quæ peteretur. Quo apud Anglos comperto, & ipsi ad componendam pacem æquiores fuere. Permissumque est regio mandato, vt in compensationem damni mercatoribus nostris in captiuitate sua irrogati, decem millia talentorum ex Sterlingis colligerent, de vestigalibus regi debitis: & inde compensarent suorum damna, qui passi dicerentur. Inq; formam veterum obseruantiarum res omnis est redacta. Ea fuit summa sexaginta millium aureorū de Rheno. Nam talentum Sterlingorum sex valet aureos.

Q V V M ageretur quartus & septuagesimus annus eo seculo, archiepiscopus Coloniensis Robertus, quum ciuitati ipsi malè velleret, nec satis videret quomodo aduersante sibi capitulo, & militia penè omni, se in illam vindicaret: inuitauit Karolum Burgundiæ ducem propinquum suum: qui princeps in prælia promptus, iam aliquot annis paratum habuit agmen expeditorum militum. Nec diu dubitauit inuitatus, quòd ciuitatem Coloniensem, quæ malè archiepiscopo suo pareret, Imperio (cui subest) detrahere, pro minimo duceret. Itaq; obsedit Nussiam, quæ quinq; millibus ad defluentem Rhenum in eadem ripa consistit: arbitratus, vbi illam occupasset, quæ supra erat Bunnam, facile comprehenderet: quibus vtrinque captis iam satis capta censeretur Colonia. Sed eam reperit in oppugnatione Nussia (quæ olim Nouesium dicta est) difficultatem, vt alia non pertentaret. Inerat enim validum præsidium militum, sub præfecto capitaneo Hermannno, Hassiæ Lantgrauio: qui nunc tenet archiepiscopatum, tenuitque diu à morte Roberti. Variæ fiunt oppugnationes: deiiciuntur muri, pluteis intus aggeres reparantur, turres crebris ictibus deformantur. Erumpunt aliquando obsessi, & manu collata hostibus non parua irrogant incommoda. Multa vtrinque prælia agunt vicissim inter obsesses, Angli, Lombardi, magnis agminibus. Ab Rheho & terra firmatur obsidio: fame expugnare contendit, quando vis armorum non profuit. Interim Christiernus rex Danorum, ab vrbe Roma descendens, ex ipso itinere vocauit duces, de Magnopoli Magnū, de Brunswico Fridericum (Iohannem Saxoniam ducem, ex vrbe Roma indiuisum itineris comitem habuit) Gerhardum fratrem de Aldenborg, Iacobum de Rupin comites. Et declinat cum his principibus videre castra ducis, si fortè posset rem tantam tractatibus intercipere, gratiam initurus apud ambas partes: quòd armorum fastidio, & rerum dispendio, satis motas arbitraretur esse partes. Tentatum est, sed non prosperatur opus: quòd certo certior dux esset aut deditum oppidum accipere, aut armis capere. Interea malignum vulgus omnia pro suo captu interpretatur, & eloquitur, in initum à principibus fœdus cum duce, vt veniat per Westphaliam oppugnare Wandalicas vrbes: quarum libertas oculis principum grauis diceretur. Sed illi tum abiere sine fructu, magnis in Colonia factis sumptibus. Interea Colonia, Imperialis ciuitas, implorat Im-

Ccc iij

C A P. IO.
Caroli Burgundi cum Imperatore colloquii, non val de amico exitu.

Angli eoz orientalibus controuersias dirimunt.

C A P. II.
I 4 7 4.

Coloniensis archiepiscopus gregem Burgundi viribus vexat.

Nouesium obsidetur.

Gelria in Burgundi potestatem venit.

Pauli Beneken Gdanensis res mari gestas.

Ius gentium in prædis ex hoste capiendum.

Imperator La-
boratibus Co-
loniensibus
suppetias fert.
peratorem: sciebat enim illa de imponendo sibi iugo contendere. Diu promiserat aduentum Imperator: sed, ut erat cunctator semper maximus, nec haberet in promptu, quæ ex longissimo erant arma contrahenda, diu distulit. Venerat tandem cum principibus electoribus per Rhenum defluens. Erant arma cum illo Moguntini & Treuerensis archiepiscoporum: ipse dux Saxonie Ernestus, & Albertus Brandenburgensis marchio electores, cum suis agminibus affuere: Monasteriensis episcopus, Henricus de Swartzeburgo, expeditissimas copias ductabat equites peditesque: octo millia ferebantur sub signis eius militare. Iunxerant se castris illius quingenti de Lubica expediti pedites: sed ad Imperatoris signa concedere iubebantur. Nihil motus dux oppugnabat oppidum, & paratus videbatur conferre manum Imperatori. Sed omnia consilio, priusquam armis, 10 Imperator experiri constituit. Inito tractatu treugæ fuerunt. Sed per eas insolentiores quidam leuibus præliis pugnam ciebant. Eliciti Picardi venerant equites, post se singuli peditem habentes in iumento, qui in loco pugne defiliret: urgebant præliantes, non datis signis. Albertus marchio circuibat castra, præcipiens ne quis sub pœna capitis se commoueat: temeratores treugarum si luerent pœnas temeritatis, ad rem non pertinere. Ita sub oculis agminum Imperatoris nonnulli pedites, qui per iocum concitassent prælium, aut cæsi, aut in profluentem Rhenum detrusi, pœnas luunt. Tractatus inter Imperatorem & ducem ibi finierunt, ut Maximilianus Imperatoris filius, Mariam Karoli ducis unicam filiam sponsam, inde coniugem haberet: in qua rem soluta est obsidio. Principes dimissis copiis in sua redierunt 20

CAP. 12.

Conuentus
Hanse Lubice.

COETVM habuere celebrem in Lubica vrbes communionis Hanse Teuthonicæ anno proximo. Ibi Colonenses, iam se ante ab reliquis segregantes iu Anglia, ad eam redire communionem manibus pedibusque contenderunt, alioqui non vsuri in Anglia immunitatibus ab olim indultis. Diu reluctatum est: ostensæ sunt crebræ illorum in socios communionis tergiuersationes. Scripsere pro illis Imperator & archiepiscopus Colonens. Sed quum diu illis pernegata esset reconciliatio, satisfactione præmissa, passi sunt redire in idipsum. Quo tempore inclytus princeps dux Magnopolensis, coniugem accepit filiam ducis Pomeraniæ. Nuptiarum solennitas indicta fuit in oppidum Stetinum, ad conuentum multorum principum. Paucis ante diebus idem dux quendam militaris ordinis de terra Bardensi captiuum habuit, emunxitque argento plurimum. Ille rerum suarum non immemor, obseruabat tempora quum dictus princeps iocalia sua, in auro, argento, serico, cæteraque veste, præmitteret ad locum nuptiis destinatum: & præueniens omnia interceptit (æstimatione rerum supra quatuor aureorum millia) sic compensans, quæ pridem accepit captiuus, detrimenta. Sed facile fuit principi perficere, ut ea dere sine magna quaestione satisfactionem acciperet. Eodem tempore, per negligentiam incuriosæ familiæ, Bergis emporio Norwagie perierunt incendio mercatorum casellæ. Ibi ingens multorum de Wandalicis urbibus ciuium spes intercidit, inestimabili rerum damno, dum promptuaria mercatorum cum scripturis obligationum pariter interirent. Tantum valet vnus aut paucorum capitum socors vinolentia. Cremabilis materia ex lignis cõgestæ domus, trabibus supra se collocatis: quo more & in Alpibus positæ domus rusticæ visuntur. 30 40

CAP. 13.

PER fabulam quam diffudit vanus rumor, de principibus conterminis Karolo duci fœderatis, tum prouenit ut res seria tractaretur. Nam cœpere tum vrbes attentius cõmuniri, quum circumspicerent oppugnationis vndeunque periculum. Valla iecere ex profundis fossatis, portas in morem turrium erexere: instituentes quasi impendente bello rem per arma præparare. Nisi enim in pace belli tempora cogitentur, malè res geritur: tum apparari munitiones, vbi vsus venit, seruum est. Cœptum autem tum negocium continuatur, dum etiam ab Karolo timor euauit. Nam ille bello magno in Lotharingiam in se excitato, Switenses monticolos, *durum à stirpe genus*, est expertus: & omnes qui in magno fœdere cum illis essent, sensit hostes. Tractum est aliquandiu bellum, multis præliis conflictatū, inclinante semper fortuna ducis, dum viros experiretur. Nouissimè obsederat Karolus urbem Nanseium, quod transitum illi pernegaret. Cepit aliquando: & denuo amisit. Demum oppugnans, & fame perurgens, audit contra se venire hostes cum duce Lotharingie Renato. Properabant tribus agminibus magno fœdere colligati obsidionem soluere urbis memoratæ. Signa prætulere Switenses, quibus diuam

Burgundus
ab Helueticis
conficitur.

diuam Virginem, Dei genitricem præferunt. Ea visa volitare per aera, nonnullos feruntur terruisse. Sed dux interritus, præmittit agmen suorum expeditum, quod primam pugnam distineret, dum ille cum totis copiis pararetur in ordinem. Cõfixere infeliciter præmissi Karoliani, utpote pauci in multos: & pulsi, concessere in maiora castra. Hostes sequuti incubuere, perurgebantque. Ingrauescit prælium: cædunt, cædunturque: victi victoresque: sed tamen inclinavit acies Karoli. Quod vbi rescitum est, suasere proximi duci ut fugam iniret. Diu non potuit in animum demittere fugæ consilium, dux inuictissimus. Serò intentauit: & ecce diffusi per campos hostes, omnia occupauere. Transire parantem Karolum, & transilire iumento fossatum, occupauere rustici pedites: nec discernentes quis esset, sternunt securi percussum. Pauci & penè nulli nouerunt quò Karolus perueniret, quem exitum habuerit, viueret interissetve: cæsi captique: suorum plurimi, quum ex fuga se recolligerent. Compertum est ex puero, qui assiduus ducem sequebatur, quo loco cecidisset. Nudatum corpus, & vulnere geluque tumidum, non discreuere etiam qui familiarissimi extitissent. Sed frater eius Antonius, & Philippus, secretorum corporis eius conscii, agnouere Karolum. Diu non est creditum, esse interceptum aut oppressum Karolum: viuere multi ferebant. Mercatores Hispani, Lombardi & Galli, id verterunt in quaestum, mercantes & vendentes super eius redditu.

Vari de Burgundi existimones.

WANDALICARVM urbium mercatores tum in quaestione versabant noua in regno Daniæ vectigalia. Nam rex Daniæ Christiernus, ab vrbe Roma descendens, exemplo regionum quas peregrinatus viderat, per Italiam perque superiorem Alemaniã, suam quoque prouinciã instituit. Nec opus erat indulto in eam rem Imperiali, quòd Dania Imperium supra se non recognoscit: sed tamè ab exemplo & ab æquo, quod videbatur cõstituit in suo. Excepere incolæ memoratarum urbium, prætendentes priuilegia ab olim indulta: literasque in eam partem obtenderant: promissionem etiam regis præferentes, quòd nullis nouis ab illo vectigalibus in futurum tempus grauarentur. Replicatum est quòd ex nouis superuenientibus causis, vbi euidetia facti testaretur, posse constitutum odiosum antiquari. Quis enim sibi legem dicet, à qua non liceat rationabilibus de causis discedere? Audiuerunt eam disputationem Sueciæ proceres, qui ad eum erant conuentu euocati, ad tractandum de sui quoque regni nouis grauaminibus. Quum ergo ista qua ob- 30 tenderentur mercatoribus audiret, in dubium videlicet vocari literas, scadalizati abiierunt, nunquam se regi parituros testati, qui non constanter in hæreret ne literis modò, sed verbis. In quo enim firmari in reliquum fidem conueniret, si constantia labascit cum sigillo literarum, sed recedere & abire volenti, quæuis occasio satis videri solet? Facile tamen cœpto destitit princeps semper humanissimus, & qui præter profusionem suarum rerum non haberet quod in eo carperetur. Quo etiam tempore Maximilianus duxit coniugem Mariam, unicam ducis Karoli filiam, per quam dominus factus est, imò (ut nunc cernitur) temporaneus administrator terrarum quibus Karolus præfuit. Picardiam tamen, quam de manu regis Franciæ per arma Karolus tulit, rex ipse mortuo Karolo statim sibi vendicauit. De aliis quoque prouinciis tum cœpit inter regem & ducem Maximi- 40 lianum graue & diuturnum bellum, quod varia fortuna gerebatur. De Arthesia quidem dux laborabat, sed eam defendit. Burgundia ducalis magno primùm labore defensa est: quam rex Franciæ recidisse contenderat ad coronam, posteaquam marem hæredem Karolus non reliquit. Nam scemina ducatum hæreditare non potuit. Sed de his alii. Quod verò ad nos pertinet, alio etiam tempore dicetur.

CAP. 14.

Regibus quæ noni aliquid introducunt, frustra vetus mos profertur.

Bellum in Francia & Belgia.

NOVGWARDIA metropolis Russiæ tam potens, ut in prouerbio efferrent ciues eius, *Quis potest contra Deum & magnam Nougwardiam?* Crediderim, si semper & vbique manserint hæc duo copulata, ut Deum habeat vrbs & protectorem & adiutorem. Potuit aduersus eam hoc tempore Iwanus (quem nos Ioannem dicimus) magnus princeps Musgouiæ, qui optimates urbis per speciem cõiuiui, quum nihil hostile timeretur, euocauit: egressos, quum nihil suspicaretur, abduxit in Musgouiam. Quumque paratas haberet copias, oppugnare urbem, & euertere comminatur, nisi se dedat, ciuitatem. Quid faceret populus abductis iam principibus? Territi omnes, quum non cerneret salubriorẽ exitum, se illius gratiæ permisit. Ille primores qui remanserant, iam dedita ciuitate, cum familia misit post alios in Musgouiam: inde verò trãslatis aliis, qui eius vice urbem profectuerentur. Ita ciuitas potētissima, non tam armis quam ingenio seruit hodie: nec mercatores inde

Nougwardia per speciem cõiuiui occupatur.

nostri multū prosperātur, rebus assidue in deterius prolabantibus. Nam minus ibi mercaturæ procedebant, postquam cœpit sub seruitutis iugo gemere ciuitas. Vult ante omnia liberum mercatura populū, qui non armis prematur: malè enim conuenit armis & mercaturis. Nam alterū manum militarem habet in promptu, alterum genus sola fide nititur. Habuere tempora illa ubiq; monstruosa plurima. Nam quod anno proximè supra, Florētia in Italia gerebatur, monstri esse simile quis neget, vbi archiepiscopus Pisanus strangulatur cum primoribus? Duæ potentes in ea vrbe familiæ de primatu contendebāt, de Patzis atq; Medicis: res non insueta ciuitatibus Italiæ. De Patzis instituere factionem, vt pellerent familiam de Medicis. Quocirca Iulianum in ecclesia trucidauerunt: Laurentius vix in ecclesiæ elabitur armarium. Venitur ad arma, coniuratio deprehēditur: preualuere partes de Medicis. Archiepiscopum Pisanum aduersè familię primarium virum, & rerum quæ gerebantur non modò cōscium, sed authorem, cum aliquot primoribus correptum iugulauere, ex palatio pendētes. Cardinalis sancti Georgii tum iuuenis, credebatur consiliorum particeps. Prope erat vt simili temeritate opprimeretur: sed prudentia exuperat feruorem. Papa in eos vtrunq; distinxit gladiū: sed qui abierant, non redierunt. Rebus vtcunq; pacatis, familia de Medicis tum exuperat.

Tragica in talia factio

Papa gladio utroq; vitur.

CAP. 16. Imperator cū Matthias per nuncios exposulas.

VNGARIÆ rex Matthias quum Imperatoris Friderici (qui se ferebat hæredem) permissu, quoad viueret, teneret Vngariam, nec liberis daturus operam videbatur: quū per hæc tempora coniugem accepisset filiam Ferdinandi regis Neapolitani: videbatur à pactis discedere, & hæreditario iure regnum sibi vendicare, quādo etiam de hæredibus cœpit cogitare. De quo per nuncios ab Imperatore interpellatus, hoc respondit, magno se labore & multis periculis semper obiectasse cōmunibus omnium hostibus Turcis: pro qua re datam sibi spem regni Bohemici: à qua nuper excidisset, quum Wladislao, filio regis Poloniae permitteretur. Vngariam saltem, quam tanto labore defendisset, sibi permittendam. Sed regna quia non legibus sed armis accipiuntur, intentauit Imperator bello inuadere Vngariam. Quanquam tempus tum non erat pulsandi murū illum Christianitatis, quūm satis ab latere Turcorum quateretur. Facile tamē se rex ab Imperatore defendit, sæpe prælio factus superior. Res inde in treugas, deinde in leges pacis componitur: necdum rege præferente hæredem, videbatur ante tempus Imperator queri. Per idem tempus in Liuonia ab fratribus ordinis Teuthonicorum controuersia excitatur archiepiscopo Rigēsi Syluestro, eiusdem ordinis participi. Antea quidem magistri cancellarius hic erat: nunc eius prouectione in eum gradum euectus est, vt esset caput prouinciæ. Obnoxius ordini putabatur, vt vicissim illi ad nutū obsequeretur. Sed quū honorem ecclesiæ tutatus non satis gratificaretur per omnia magistro, ille, oblitus quòd archiepiscopus sit, hoc solū, quòd frater ordinis sit, intuetur. Captum in arce propria tenuit sub custodia magister pontificem. Nam vergentem in senium, & iam decrepito proximum desipere dicebat, neq; ordinis neq; ecclesiæ res pro dignitate gerere. Interdicitur ob eam rem sacris per omnē diœcesim: nihil hoc mouit fratres: ipsi de capiēdis in potestatem ecclesiæ arcibus intenti circumferebantur. Ferunt, in arce Koggenhusen firmissima (quam ingressus magister archiepiscopum vinciri iussit) reperta ecclesiæ priuilegia, & multas literas ab ordine & ab aliis prælatis datas ecclesiæ, tum ibi per magistrū concrematas. Magno & diuturno ex hinc bello diœcesis Rigenfis cōcutitur: ciuitas ipsa pro ecclesia se opponit ordinis. Magnis animis potius quàm viribus arx ecclesiæ, quam iam tenebat magister, oppugnatur, vt ex manibus ordinis recuperetur. Sed in eo rerum turbine Syluester moritur: alius per capitulum electus surrogatur. Sed erat vir primarius & doctus in vrbe Roma, ordinis dicti procurator, qui ecclesiam ab summo pontifice impetraret, non repugnātibus vtrinq; partibus, tam ecclesiæ quàm ordinis: quòd sperarēt ambæ suum in eo prælatum inuenire. Nam habuit ecclesia nōnullos in vrbe Roma, qui auribus noui archiepiscopi rem omnem detegerēt: vt facile fiderēt qui pro ecclesia stabant, illum ecclesiæ non defuturum: & quum esset ordinis in vrbe procurator, illi quoq; commēdatus erat, vt bene de illo speraret. Vtriq; ergo visus est idoneus, qui pacem rebus daret. Erat enim iam antè minoris in Italia ecclesiæ episcopus: quam facile dimisit, quū hanc archiepiscopalem accepisset. Rectè autem ciuitas fecisset cum capitulo, si virum hunc apud sedem apostolicam manere paterēt, ibi rebus eorum vtiliorem futurum, quàm esset apud ecclesiam. Institerūt autē multis ad eum datis literis, missis quoq;

Nominis in teo Christi. non quum. Liouopolis. distineti.

non

non vulgaribus nunciis, vt veniret: pacem, vt sperabatur, allaturus. Sed lōgè aliter prouenit, quod suo tempore dicitur. Quum verò annus ageretur LXXIX. per brumam solito acrius rigentem, Russi in Liuoniam eruptione facta crudeliter defæuerunt, in omnia quoq; ordinē sæuientes. Nemo illis aciē venientibus opposuit: ordinis fratres laqueos habuerunt arces. Itaq; infantes palis infixērūt, vbera fœminis detrahere, viros atrociter necare: & prædis abactis, incendio relicto abierunt.

Russi in Liouonia grassantur.

Quo tempore bellum acrius exarsit inter Imperatorem Fridericum & Matthiam Vngariæ regem, non suo tempore excitatū, quum interim Turcus Christianas prouincias popularetur. Causa autem noui belli hæc erat: Bernardus Granensis archiepiscopus, primus in Vngariæ regno prælatus, quum cerneret Matthiam regem non ex fide pactis conuentis inter Imperatorem & se satisfacere, ducta vxore (quod diximus) filia regis Neapolitani: quum fuisset ipse archiepiscopus compositionis arbiter & opifex inter reges memoratos, insignia regni, coronam, & non contemnēdum regni thesaurū, profugiens in Austriam, detulit Imperatori: volens quod in se esset, pactis satisfacere. Matthias rex non ferens iniuriā, ea armis repetebat. Vnde diuturno bello quassata Austria, penè tota concessit in ditionem regis. En hic est Christianitatis defensor Imperator, hic est qui omnes tueri suscepit ab iniuria: patriam ditionem malè defendit ab proximo rege. Interea Mahumetes Turcorum imperator triremibus LXXXVI. Rhodum Christianam insulam petiit, urbē magna vi obsedit, & oppugnauit. Sed fortissimis Christi militibus fratrum hospitalis S. Iohannis fortiter repugnātibus, nihil profecit: cælitus enim roborati, sine intermissione pugnauere, magno facti Turcis miraculo, qd non fatigarētur. Eodem illo tempore, inter vrbes Wandalicas & Hollādinis, in Monasterio, Westphaliæ vrbe, factæ sunt iterum treugarum in annos LXXXI. prorogationes, inchoatæ anno (qui proximus tum erat) LXXX. ad initium Maii. Vetus enim cōtrouersia in eis fuit, longæ ambages, multæ querelæ. Maximilianus dux legitimus tum prouinciarum administrator (nam dominum illum dura ceruice populus noluit agnoscere) literis desuper datis, rem inter partes autoritate sua iussit conuiescere.

CAP. 17.

Hoc non erat in pactis.

Turcus Rhodum bello petiit.

I 4 8 0.

OCTVAGESIMVS agebatur annus post MCCCC. à Christo nato, quum ordinis Teuthonicorum per Liuoniam magister, dominus Bernardus de Borg, proximo supra anno acceptam ab Russis iniuriam constituens vindicare, magna vi Russiam repetiuit: armatis omnib. quos potuit, rusticam multitudinem coniunxit: xx. fuere millia, qui tū signis eius paruerunt: valida manus, si quod instituerat prosequeretur. Verūm quūm esset rigidissima tum bruma, multi, manibus pedibusq; frigore constrictis, sibi adesse nō poterant, nedum hostibus nocere. Plesgouiam urbem, quum processisset, in cōspectu habuit: eamq; fuisset tum facillimū deditam accipere. Sed voluit Reualicēsis episcopus (qui tum aderat) nescio quod antè sacrum solenniter implere officium. Dum ille cūctatur, aucti numero Russi se opposuere, qui antè ad deditonem promptissimi videbantur. Erat tum nonnullis suspicio, quòd ecclesiæ Tarbatensis plurimum ea expeditio minatur. Admonit⁹ episcopus (qui & ipse aderat) dimissa expeditione retrocessit, ditionis suę fines tutaturus. Ita expeditio illa, magnis intētata conatibus, per inutilem cūctationem euauit, ac prorsus inutilis fuit: nisi quòd Russis monstrata est Liuoniæ, quanta esse potuit, maxima potentia: quod aliquanto melius ignorassent. Venerat ea tempestate Liubicā Iohannes de Cardona comes, præceptor ordinis S. Iohannis, qui plenarias indulgentias ab Sixto IIII. summo pontifice datas, in subsidium Rhodiorum, vt Turco truculentissimo hosti (qui tum in Europa plurimum debaccharētur) resisterent. Est autem Rhodus insula in mari Ægæo, sub Lycia prouincia, in circuitu habens multas alias sibi parētes minores Cyclades, claustrū Christianismi in mari. Nisi enim ibi essent milites Christi, totum mare impacatum, iter in terram sanctam non haberet.

CAP. 18.

Teuthonici magistri inanis expeditio.

Plenarie indulgentia pro Rhodiis.

Quo tempore, quū iam antè rex Neapolitanus, fretus genero rege Vngarię, in Cyprium occupandam (quæ insula Venetis pare) respiceret, vt eam manibus eorum auferret: Veneti fœdus iniere cum Turco, quo ille in regem Siciliae incitatus, perpelleret eū Cypri obliuisci. Turcus dominādi libidine inflammatus, in Apuliam maximas tum misit copias: expugnauitq; Hydrūtum, magnam eius prouinciæ ciuitatem. Episcopum loci singulari supplicio ferūtur hostes excarnificasse, viuū (vt ferunt) excoriatum: clerū omnem equorū pedib. conculcauere, iuuenes & puellas abducūt venūdate: & imposito

CAP. 19.

Veneti cū Turco fœdus iniere.

vrbi validissimo praesidio, quieturus ibi non videbatur. Mouit ea res pontificē, vt com-
moneret omnes Christianismi principes. Sed nemo facile exaudiuit: quum taciti pra-
tenderent, haecenus aliis prouinciis hostem illum incubuisse, nec tum potentem Italiae
se commouisse: nunc, quoniam incendium ad eam peruenerit, expurgatur. ~~Vbi nunc
comes ille Hieronymus, qui magnis principibus ex barbaris fore par esse debuit, de di-
ui Perri patrimonio: Cur non ille propere accurret, restinguens incendium?~~ Rex ipse
Neapolitanus, qui aliena cogitauit inuadere regna, tum nō potuit satis tutari sua. Mira-
res, & quae stuporem ingerat cōsideranti. Vbi periculum lōgē est, fumus fortissimi: quū
propinquat, solui mur in formidinem, ne foeminis pares. Sed & illud intueamur: Quis ni-
si populus Italiae vocat Turcum hostem immanissimum in Italia? Monstra sunt haec, & 10
nullis comperta ludibria. Vngarus infestat Turcum: Imperator illum inde reuocat. Pō-
tiffex concitat principes in Turcum, ipse inter nepotes desidens. Venetus inuitabat ho-
stem in prouinciam. Lethargum patimur: non expurgiscimur nisi ingruente incendio:
quod vtinam restinguere possemus, quum propinquauerit.

Christiani a
sepsis potissi-
mum leduntur

CAP. 20.
Vngarus Bos-
nam recipit.

MATTHIAS interim rex Vngariae magnis viribus Turco colluctatur, Bosnam de
manibus eius eripiens: quam aliquandiu hostis possedit, à tempore occupati regni Cō-
stantinopolitani. In nostris quoq; finibus (vt huc tandem redeamus) tum non omnia fue-
re pacata. Nam Gerhardus de Aldenburgo comes vir malo fato natus, quiescere nō po-
tuit: Wildeshusen oppidum Bremae non longinquum, incursionibus saepe vexauit. Sed
hoc tempore expurgati, eius praesidiū vnum (Flesborg ille vocabat) occupauere: & 20
proximam ecclesiam ab illius militibus incastellatam, iniecto igne cōcremarunt. Qua-
draginta satellites, diuersis viis, incēdium fugientes, capti cēsīq; sunt. Sed non mouit il-
lum iactura tot perditorum hominum, quorum vbiq; magni exuberant greges. Non e-
rat illi homini vlla quies amica. Cetera eius praecleara facinora, quia & in Saxonia attingi-
mus, nunc breui temporum commemoratione contenti trāsīmus. Tum verò Griepes-
waldenses episcopum suum Caminensem, dominum Marinum de Fregeno, hominem
his terris per publicatas indulgentias non vsquequaq; in optimis notissimum, etiam sa-
cris in locis, affecere contumeliis, lapidibus & luto infestauere: quod mādatis alienis &
insolitis eos adoriretur. Quis autem potuit sperare Caminenses, populum ad iurgia na-
tum, cum homine omnium versutissimo pacificē agere: ~~Quomodo enim equanimiter
ferrent pontificem Italicum, qui raro sunt pacati pacatissimo?~~ Sed ille iniuriam suam vin-
dicaturus, simul quòd ad rubrum in vrbe galerum aspiraret (nam multis ecclesiam obse-
quii videbatur ornasse) Romā contendit: ibiq; dum multa molitur, diem suū obiit: satis
exiliter tumulat⁹, qui magnis splēdoribus, apostolicus nuncius, prouincias multas obibat.

Indignitas
sui populi
quum quati.

CAP. 21.
Muscouia dux
Teuthonicos
adoratur.

1481.

MAGNVS Muscouiae princeps, quem ante occupatam Nouguardiā hoc solo com-
pertum habuimus, quòd ab vrbe Roma vxorem, filiam Imperatoris Cōstantinopolita-
ni, teneret: post captam verò eam vrbe, nimis esse notus cōcepit Liouoniae. Nam post pri-
mam excursionem, quam ante duos fecit annos, proximo anno per magistrū Liouoniae
ordinis Teuthonicorum tentatam cōpensari, nunc LXXXI. anno, nimis crudeliter de-
sēuiens, in eam prouinciam reuertitur: more gentis, latē excurrēs, magnam vim homi- 40
num rusticae plebis abegit, velut pecora in extremam seruitutem protrahens. Nec e-
rat tamen multo melior eorum in patria conditio, nisi quòd nunc ab affectibus quisq;
suis disungebantur. Nam etiam ibi canibus similes habiti, vix panem surfureum esitare
sinuntur ad satietatem. Ita sudorem miserorum extorquet, sine vllō humanitatis respec-
tu, qui praesunt. Nostrī catuli tolerabilius habent, quā illius prouinciae plebs agraria.
Abducti cum ceteris nonnulli militaris generis, hoc passim cum ceteris, quod solebant in
subiectos immaniter exercere. Fertur idem Muscouiae princeps occultum inisse conci-
lium cum nonnullis Letuaniae principibus, malē Christianis: quos in regem Poloniae per
pacis simulationē trucidandum animauit inflammavitq;. Illa enim ex gente rex illē na-
tus (quod supra saepe ostēdimus) iustē illis paterna successione dominatur. Sed sine inui- 50
dia non possunt magnae res possideri. Erant ex proceribus qui se quoq; gubernandē Le-
tuaniae natos arbitrarentur, ad quos sublato rege principatus deueniret. Constitere o-
mnia prodicionis cōsilia, deputata loca & tempora parricidio, vbi rex & regina, cum ali-
quantis filiis in manus putabatur peruenturus. Prodiit tamen vndecunq; malignum cō-
siliū. Rex prudētissimē omnia circūspiciens, quum comperisset luce clariora eius in-

Polonus in cō-
iuratos ani-
mauertit.

stituti parricidii testimonia, iussos comprehendi consilii cruenti conscios, gladio vlti-
mè percussit. Ita prodicionis consilium, quod iustē debuit, intercepti malignitatis autho-
res. Princeps autem Muscouiae, vbi non processit institutum, nihil se intellexisse protin-
us simulabat.

Hoc anno Mahumeres, Turcorum Imperator, dum multa molitur in obsidionem
Rhodi, eamq; maioribus parat oppugnare viribus, simul in Italiam respiciēs (cuius iam
primum cōcepit angulum inuadere) finem viuēdi fecit, magno Christianorum commo-
do. Acerrimus ad praelia princeps, & victor per Europam & Asiam, ampla coniunxit im-
peria paternae ditioni. Tum verò filii eius duo, dum de regno & paterna successione non
idem sentiunt, vires cōepere mutuas tenuare. Nam maior natu Baiazit, festinans ad oc-
cupandam paternam successione, intermisit ab illo cōcepta bella. Interim Hydrūtum,
magnis viribus à rege Neapolitano oppugnatum, dum Turci non mittūt suis suppetias,
facta deditione recipitur ab regis filio Alphonso. Minor autem Imperatoris Turcorum
filius, dum fraterna factione vndiq; se cernit exclusum, ad magnum Rhodi magistrum
peruenit, illi se permittens, promittensque, si Christianorum ope reducatur in regnum,
Constantinopolitanum Imperium se redditurum. Magister, causatus se imparem tāto
negocio, maioribus eum commendare Christianismi principibus repromittit: mittitq;
Imperatori dedititium. Ille etsi in culmine federet imperii, magnis tamē rebus gerēdis
se non esse natum saepius ostendit. Acceptum Turci magni filium introrsus mittit Fran-
corum regi, simul vt se (pro animi sui non aequa magnitudine) tantis pro alieno principe
exoneraret impendiis. Iactatur nobilissimus adulescens inter principū manus ad modū
pilae: quibus si ad quod debuit, animus esset, magna rerum momenta praestare potuisset
ad Christianismi subleuandam, quē in ea parte iacet, dignitatem. Sed rex tam diu serua-
uit hominem, quoad regni cancellarius illum ~~summo pontifici, per dūm-
mū aliterum pro amicis rubrum galerum.~~ Per quam occasionem venit idem missus Ro-
mam, vt à pontifice Innocentio seruaretur: qui illi in palatio supra se mansionem depu-
tauit. Frater eius iam Imperator, vbi intellexit quo loco esset, aliquantis millibus annuis
expromissis (hisq; non paucis) egregiē compensauit impensas pro illo factas.

CAP. 22.
Mahumetis
Turcorum ty-
ranni mors.

Turci filius a-
pud ignanos
Christianos
peregrinatur.

Imperatorem
ca. commouit.

INTEREA Matthias Vngariae rex non quieuit, vsus temporum opportunitate,
quòd sciebat nouum Turcorum Imperatorē satis implicari domesticis rebus. Magnis
tum exercitibus mouit in ditionem Turci: eiecissetque illum faciliē proximis Christia-
nis prouinciis, si non idem vexatus ab imperatoris Romanorum copiis, huc vires con-
ferre cogere, ad propulsandum bellum ab Austria. Quid dicemus? Diaboli hāc esse
artem, ad impedienda bona, an hominum malitiam ad vindicandas iniurias? Qui de-
buit ipse gladium in hostem distingere, nec conatur vlla parte, ipse distingētem, quo
minus prosperetur, inuadit. En tempora! en mores! Non est satis per ignauiam à bono
quiescere: nisi pro viribus renitentes hosti, & in illum multa molientes impediamus. Et
quomodo potuit ignorare Romanus imperator in Austria, tum districtum & implici-
tum hosti Turco Matthiam Vngariae regem? Magis est verisimile, tum certo consilio
ab Imperatore inuadam Vngariam, quum eius regem alibi nosset bello magno implica-
ri. Tulere tamen Walachiam superiorem tum de manu Baiazit. Quo tempore apud
principes nostrarum partium cōcepit haberi solenne, capillos truncare sibi suisque. Mi-
sere inuicem sibi literas, inclusis forcipibus cum mandatis. Ita ludunt nostri, dum res
serias pro omnibus tractant, qui colluctantur infestissimo Christianis Turco hosti. Ea
tum res agebatur de capillis serio tutandis. Sed siue vigilantibus per vim & iocum, siue
dormitantibus, vt cunq; truncare studuerunt, militaribus viris ineptum arbitrati, si vt
puellae comas ornent. Galea enim decet militare caput, non rosea aut sericea corona.

CAP. 23.

Christiani cō-
munem ho-
stem mutuis
bellis fouent.

Comam ton-
dere Christia-
ni studio sibi
habent.

DEPREHENSVM ferunt eo tempore Wismariae insignem furem (quae res singu-
lari nouitate deposcit vt eam misceamus rebus magnis) ordine sacerdotem, illa facie &
honestate praetensa, vt quiduis facilius quā illum furem crederes. Quem in mentionē
cum principibus adducere iniurium videretur, nisi & ipse princeps furum extitisset. Fa-
cie & apparatu venerabili, à nemine habitus est is qui repertus. Apud ecclesiam condu-
cto manens hospitio, talem in vultu & omni gestu praeferebat honestatem, vt aliquando
vices impleret in ea vrbe sacerdotis parochialis. Vestes quotidie mutabat: iā rusticus,
iam mercator, iam sacerdos (vt erat) habitu fuit: noctibus ambulabat pro suo quaestu.

CAP. 24.
Insignis fur
presbyter.

Cingulum ferebat vncis per ordinē in circuitu pluribus, vt in eo incinctus, haberet quo plurima efferret, velut multis vltus manibus. Omnium generum supellectilem, merces omnigenas, vestes ad sartorem, necdum ad plenum perfectas, libros, & quicquid obuiū erat, congerebat. Per vicinas vrbes circuibat: omnes locupletes in singulis descriptos in ordinē, in libro præferebat. Quos iam expilauit, signo factæ veluti solutionis adhibito absoluit: cæteros pro debitoribus inscriptos habuit, nulla tamē summa designata. Nec fuit in hoc maritimo tractu ciuitas, quam non multiplici furto peruasisset. Sarcinulam nunciū Gdanensis (in qua aliquot erant florenorū millia, quæ ab occiduis mercatoribus in orientem deportaret) hic noster mercator, in habitu conspectus inter alios mercatoris, quasi suam (dum nūcius obuerso dorso staret) ad lauacrum mane extulit, multis pro ea re in suspicionem adductis. Reperit aliquando sacerdotis vestem lineam cum almuicio, & iuxta ferratam militis tunicam: vno vtranq; sed dissimilem vestem, sacco implicuit. Infinita sunt eius generis ludicra furta. Finaliter proditus est vili libro, quē vicino abstulit. Wismariz inscalatus, in Sconēberge turri mancipatur, in qua moritur. Qui documenta ptulerunt rerum suarū, sua receperūt quæ extabant: cæterum prōpta pecunia nō redibat. Poterat ille inter multas cistas discernere quæ ex omnib. pecuniā cōtineret.

CAP. 25.

Annonæ caritas.

ERAT per ea tempora in Wandalicis vrbeb. annonæ insignis caritas: quæ vtcunque fuisset tolerabilis, nisi eam vehementer auxisset grande eius precium in Hollandia & cæteris occiduis partibus. Ibi enim quum bellum esset inter Maximilianum ducem, Caroli successorem & generum, ac regnum Franciæ, portus eius regni clausi erant vicinis prouinciis, præsertim hostilibus. Vnde factū est vt Hollādia, terra populosa sine frugibus, quum multis indigeret, eas ex orientalibus expetiuit regionibus, magno illarum precio constituto, vt hinc adueherēt. Decepit auaritia ex nostratibus plurimos, vt futura famina non prospicerent. Iam tēpore desperant mercatores nonnulli principes & militaris generis homines, vbi gustarunt magni precii dulcedinem. Compertum est postea in rustica plebē, quod nisi ē vicinis vrbeb. alita fuisset, multa millia fame periissent. Ita illi quoq; accepto precio fruges dimisere. Docuitq; is euentus principes & omnes vrbiū rectores, vt talibus in futuris casibus prospiciant. Nunquam tamen tam graue precium excreuit in occiduis vrbeb. quamdiu patent Franciæ portus Hollādinis: vbi illi serantur, semper hoc malum apud nostros erit in foribus. Nec enim sperari potest vt cesset auaritia in omni ordine mortalium. Lucra enim dulcia sunt vniuersis, maximē verò mercatoribus: quod genus hominū illis rebus solet excrecere in sublime, dum furtim suo quisque instat quæstui. Vetus apud Ciceronem de his testimoniū, nihil proficere tales, nisi admodum mentiantur. Is tum rerum euentus de caritate annonæ, magna præstitit rerum momenta in vrbeb. Rostockio, Lubica ac Hamburgo, quæ inde exequemur.

CAP. 26.

Magnus dux titulis auctus.

MAGNVS dux Magnopolensis, insigni princeps & ingenio & animo, dudum mortuo patre & maiorib. natu fratrib. rem omnem in ditione gubernabat: auctior titulis quam omnes patres eius, quod Wādaliā & Stargardiam, principatus non paruos, paternæ ditioni coniunxisset. Is ad res quæ tum iminebāt agendę, ex omnibus subiectis per ditionem memoratam triformem, Magnopolim, Wandaliam & Stargardiam, iussit fieri collectam. Multis enim principum conuentibus in superiori Alemania, magnos ille sumptus fecit. Rostockenses, freti (vt ferebant) nonnullis ab olim principum suorū indultis, non tam spontaneas præbuere aures ad contributionem. Multæ in eam rem literæ, plures ibant nuncii: intentatæ erant minæ nolentibus. Summa erat rerum omnium, quamuis iidem Rostockenses, audiri postulantes, & in tractatum controuersias deducere conati, peregerunt vt conuentum princeps indiceret illis Wismariz. Aderant euocates vicinarum vrbiū consulares oratores. Sed quicquid ageretur, hic erat exitus, vt ingenti persoluta pecunia principi suo, se morigeros exhiberent. Non satis æquo fertur princeps tulisse animo, quod negociis quæ illi essent cum suis subditis, immiscerēt alieni. Tamen quia rogati venerant ab amicis, pacis componendæ erant adiutores. Per quæ tempora, quum in Prignissa, veteri Wandalorum solo non deficerent qui publicis viis insidiarentur, Iohannes Alberti filius, marchio Brandenburgēsis, mandauit Wedegoni de Gantz episcopo Hauerbergensi, vt assumpto Wilhelmo de Poppenheim milite (quem veteris Marchiæ capitaneum ob eas res creauit) curaret ea facta vindicare latrocinia, & vt prospicerent ne in reliquum fierent. Illi assumpserunt vrbes eius ditionis: & mouen-

Bellum in latrones.

mouentes in eos qui culpæ dicerentur affines, quindecim eorū mansiones igne ac ferro exciderunt: captos, quorum erant facinora iam notoria, gladio feriri iubebāt: & magnis institere conatibus, ne quid tale in futurum ageretur. Frustra autē contenditur aduersus ferream naturam. Tum quoq; quod in suos fecit Magnus dux Magnopolensis, vt ære emungeret, fecere & in Marchia & in Magdeburgensi ditione principes earum partium. Sed rei incomperta subditis nouitas, indignationem & murmura plurima in subditis excitauit. Nec tamen erat altera via, nisi vt mandatis principum pareretur. Iam enim talis erat eorum principum potentia, vt sine magno rerum dispēdio contraire illis nemo facillē posset. Nam archiepiscopus Ernestus, Ernesti ducis Saxoniz filius, principis electoris, ipso suæ familiæ stemmate erat formidandus alioqui sæpe cōtumacibus Magdeburgensibus: & Iohannes marchio magnam Franconiæ & Bauariæ partē post se trahere videbatur.

PER idem tempus erant non pauci qui Lubicensibus malè vellent, militaris generis homines, ex Magnopoli, Prignissa, & conterminis regionibus: quod Hartwicus Ritze-
row, iam ex ephebis euadens, cœpit à Lubicēsis, suæ hæreditatis emptoribus, quod suum dicebat, vendicare. Fiebant crebræ per illum & complices eius itinerū direptiones, curruū deprædationes: aliquot etiam cædes hominum immiscebantur. Iam verò facto grege, iidem astipulatores (qui vndecunq; quærūt latrocinandi occasionem (pecora Molnensis oppidi abegerunt. Id est enim principū belli, & nostri æui militaribus valentissimum militiæ genus, vnde reliqua facinora ordiuntur. Non poterat occultum esse vnde venerint, quò deuenierint, qui eam rem peregissent. Igitur Lubicenses, misso equitatu suo, quendam militem magni generis, cæterum ignauū hominem (qui ipse iam dudum in iumento non fuisset, nec regendo sufficeret) apud quem recepti fuissent prædatores, in vrbem duxerunt, vltimo supplicio hominem destinātes: quod receptatores nihilo leuius puniuntur lege, quam prædones ipsi. Magnus dux à cognatione eius viri interpellatus, se interposuit. Ea de re conuentum cum Lubicēsis opportunis locis habuit. Inculcauit eos, quod in terris suis vim intentassent, nulla facta prius coram se quæstione: non illos hoc in suo æquanimiter ferre, si quis intentaret: cur quod ipsi suam ducerent iniuriam, in alio non viderent per iniuriam fieri? Cæterū eum esse hominem in quem vim intendissent, quem omnes scirent culpæ non affinē. Illi præferunt, Imperiali se esse communitos indulto ad eam rem, quod quum longè in vltimis Imperij finibus vix hæreant, nec ab Imperiali brachio possint tam facillē defendi, suam illis vicē Imperator permiserit: vt latrones vndecunq; persequantur. Captum verò, etiam si non se ipse deprædationis improbitati aliàs miscuerit, quia tamen receptabat, eodē esse crimine inuolutum. Durius princeps reluctatur, ostendens, si quid grauius fiat in captū, se arma correpturum. Iam (vt diximus) annonæ caritas famem minitabatur inopibus: & nisi ex Magnopoli, frugifera terra, prouenisset Lubicēsis annona, inedia populus laborasset. Nam de Liuania, Prussia, Pomerania nihil tum importabatur, cunctis properantibus in Hollandiam: vbi insignis erat frugum caritas, & precium grande. Quo respectu tum quieuerunt Lubicenses, in vinculis tamen suum captiuum tenuerunt.

ALBERTVS per id tempus, frater Magni, dux & ipse Magnopolensis (sed qui principatu Wandaliz contentus, fratres suos de Magnopoli curare permisit) quum esset in sensu Hamburgensi capitulo: quæ decanus eius ecclesiæ, apostolicus exequutor, quendam ex militaribus suis, ex quadam coram eo principe pendente causa, excōmunicasset, de quæ ea re aliquoties, ad capitulum scripsisset, sed literæ in apertū non peruenierunt. Quum se princeps perinde contemptum reputaret, ad solita principibus in se vindicandis arma conuolauit. Expedita suorum valida manu, quū spontanei facillē ad prædā accurrerent Prignissē habitatores, per media pacatus deducens, mouit in prædia quæ essent eiusdem ecclesiæ Hamburgensis: quiescente ad omnia & cōniente, qui tum arcis Tritowe præfectus esset, quod excommunicatione laborasset & ille ab Hamburgensi capitulo. Itaq; omnem prædam ex prædiis ecclesiæ in pecoribus, veste, pecunia, & omni supellectili conuectantes qui longè aduenerant, in sua reduxerunt, nemine obluante, aut se quouis modo commouēte: quod facillē omnes paterentur ecclesiam damnificari. Modestus erat qui nō cachinum damnō adiecerit. Sed Albertus dux, qui ea procurasset, nō diu superfuit, apud alium interea iudicem de iustitia responsurus. Ne queri

CAP. 28.

Albertus Hæburgensisclero infestus.

quidem passi sunt damnificatos, qui ad eam rem conuenerunt: summam ducētes iniuriam, quod ecclesia grauissimè licet damnificata, suam amicis iniuriam querēdo nudasset. Magno insuper redimere coacta est ecclesia, quod querelam intentare vel cogitasset. Lubicenses tamē, quod ad sua de Molne damna pertineret non dissimulātes, ea de re Iohannem ducem inferioris Saxoniae conuenientes in cœtu desuper instituto, quod per terram eius violenti prædones venerint & abierint cum præda: ille se consilij & facti nesciū quā sanctè asseuerabat: nō illis se esse viribus, vt omnes omnibus vias occludat. Sed tamē militares in terra eius & vicina Magnopoli, dimissis solitis mansionibus, in tuta se receperunt: quod exemplū eius vererentur, quem iam dudum Lubicenses captum tenerent. Quo tempore Magnus dux eundem illum vinctum suum ab Lubicensibus reposcebat, instituto cum illis cœtu in villa Slukup. Quum acriter perurgeret, vt vel vinctum redderent, vel bellum expectarent: non se passurum vt tāta in eum iniuria impune decurrat: multa plebs sua sponte ab vrbe egressa aderat (vt solent) apri cadi causa per e statem. Sed tamen satis erat intelligere plebis motum ex ea causa, si bellum instaret. Igitur formido eruptionis in suam terram ducem, & impendens fames Lubicenses perurgebant, ne quid alterutri intentarent. Interim in vinculis suis captus permanebat. Repetitæ sunt aliquot vicibus super eadem re conuentiones, inter ducem & Lubicenses, in Wismaria: quum se medios interponerent Hamburgenses & Luneburgenses, ne in apertum bellum (quod multa iam signa prodebant) res tanta profiliret. Sed neq; tum rebus compositis, in treugis tamen causa permanit.

CAP. 29. CARITAS autem annonæ, quam diximus per ea tempora viguisse, anno LXXXIII. **1483.** in Hamburgo, cum concurrentibus tunc nonnullis aliis causis, terribilem, & in omnibus bene institutis vrbibus formidabilem tumultum exciuit. Pauperies quidem vulgo tum grauius persensa, & acerbius incensa, stimulauit plebem vt se commoueret: quod dicerent populares caritiam inde auctam, quod fruges vndiq; coemptæ, in Islandiam (nouam tunc mercatoribus nostris prouinciam) deueherentur: quum locupletiores in populo, magno communitatis incommodo, intenderent priuatis lucris. Ea fuit prima stimulandi ratio. Accessit altera causa, quæ audaciam dabat improbis hominibus nouas res quærentibus, quod tum administrator ecclesiæ Bremensis, dominus Henricus de Swartzenborg, episcopus Monasteriensis, quosdam abbates & prælatos alios misit ad reformandum conuentum monialium in Herueshude, scribens Hamburgensi cōsultui, vt è suo numero quosdam deputaret, rebus per mansuetudinem & bonis modis ad intentum finem perducendis. Deputauit senatus duos ex ordine suo, qui audirēt, & referrent. Ventum in monasterium primo mane. Excurrerat promiscuum vulgus plurimum cum consularibus: antè etiā venerāt viri ac mulieres, patres, matres, germani, fratres, consobrini, cognati & propinqui monialiū. A tumultu insanientium fœminarū res inchoatur, acclamauere tumultuantes quoq; viri: incertū quid quisq; loqueretur. Indignatos facile erat intelligere, q; de reformatione ageretur: nō erat qui audiret qd à prælatis ad virgines diceretur. Orabant illi, vt viri cōsulares quietum sisterent populum: nihil proficiunt. Fœminæ conuitiis & contumeliis in turpitudinem prolabentes, insanierunt. Prætenderant consulares populo, se esse missos ad audiendum, & referendum senatui: nihil futurum in ea causa nisi de consensu populi & ordinatione senatus. Nihil profuit ea modestia, tumultu semper accrescente. Redierunt consulares in urbem, prælati se receperunt in tuta, in curia tamē monasterij manētes, expectantes, si fortè increpante Domino ea tempestas conquiesceret. Retulere missi consulares quid viderint, quidve audierint de motu populi. Postera die ciues magna conglobati multitudine, prodierunt indignabundi in locum publici consilij, cum clamore vociferantes, nō se passuros monasterium visitari aut reformari per episcopum, hoc ad abbatē in Reyneuelde pertinere. Nisi protinus abeant qui missi sunt de curia Monasterij, etiam ante cibū sumptum abacturos non sine incommodo. Si aliquot cædantur sacerdotes, non esse rem nouam: mercatores Bergenses nuper cum milite maçtasse episcopum: non minores illis, si commoueantur. Senatus placidè respondit, se literis commonitū ab archiepiscopo, suos ad audiendum quid gereretur, deputasse: nihil in omni re intentandum, sine monialium ac cognationis eorum consensu: nec dum se cōperisse quod in detrimentū sit monasterij. Si omnino velint abire prælatos, pmittant illis tēpora, nihil temere agāt: posse omnia melius

Lubicenses cū
Saxone expo-
sulant.

Animis exul-
ceratis pax ut
eunq; colitur.

Hamburgitu
multus ob an-
nonæ penuriā.

melius per modesta consilia quā per tumultum agi. Interim condiscant ad quē pertineat visitatio. Ea quū renunciarētur missis prælatis, illi quietè abierunt. Mittūt moniales ad abbatē in Reyneuelde, orantes veniat: rem esse magni ponderis ac præiudicij. Venit ille, & magnis muneribus honorificè excipitur. Vbi audit rerū pōdus, & quod archiepiscopus fungeretur officio, excussit manus, ne se inuolueret rebus supra caput. Tū verò sine honore dimittitur, ne impensis eius persolutis. Ea res quum à maioribus in vrbe ciuib. imputaretur senatui, audita sunt indignantiū multa murmura, quæ exacerūt tumultuantes, & audaciā præbebant popularibus: quū etiā maiores cernerēt indignatos intentandæ rei in senatū. Hæc erant semina mali: inde excrecentē audaciā intueamur.

10 Quum ea quotidie non modò in plebe, sed iam etiam in populo iactarentur, quod se etiam maiores immiscerent vulgo, & magis atq; magis semper augeterent indignationum murmura: inuentus est homo factiosus, qui in magno ciuium conuentu, facto per manū silentio, diceret, Audite, & intendite quomodo miseri ciues premimur. Nos fame torquemur: & hesternæ die magna vis boū Albim traiecit, cū innumeris suis: nisi in tempore prospiciamus, in extremam calamitatem deuoluimur. In simulare volebat senatum, acceptis muneribus, ea dissimulare quæ famem augeant. Idem homo nauis magistrum, quum de more testimoniales per mare literas iret deposcere, protinus auertit, Quid, inquit, perdis pecuniam scribas ditans? Senatus Hamburgensis literæ quid apud exteros habent momenti? Idem in omni ciuium cōuentu increpabat, incubabatq; publicum vrbis cōcilium de nulla prouisione: nihil eos nisi sua curare commoda, priuata sectari lucra, de communitatis commodo neminem cogitare. Ausus quoq; in conspectu vnus ex proconsulibus, in publico piscium foro, conciuē increpare, quod coniuuentia senatus ipse fruges exportaret, vt in calamitatē famis omnes descenderēt. His de rebus ille conuentus apud senatū secretò, non negauit: sed aliorum detorsit interpretans. Iam enim sciebatur quā esset homo ille in excitāda multitudine perniciosus. Nam increpatus aliquando quod verbis non parceret, fertur libera voce respondisse, scire se omnium rerum facilem exitum: insinuās factionem, & coniurationē, quam haberet cum participibus. Ea de re iussus est quā secreto minimoq; ciuiū tumultu deprehendi, & in carcerem trudi in vigilia Dominicæ ascensionis, quum populus in diuini ageret. Iam dudum aut quum intelligeret senatus, ob annonæ caritatem (quæ non ibi modò, sed in omni circum prouincia grassaretur) esse plebis indignationem grauissimam, de nauigatione nostratum in Islandiā (quod eò multæ fruges & farra deueherentur) euocatis in pratorium ciuibus, proposuit quid ea de re fieri per placeret: senatū in æquo constituere: ipsi in medium consulerent quid publicis mercaturæ vsibus expediret. Interloquuti ciues responderāt, in omni vndiq; emporio flaccescere mercaturam, iacere mercatorū negotia in Anglia, Flandria, Hollādia. Si Islandia interdicator nauigantibus, vix superesse locum vnde panē conquirant nauigantes: facile nauigationem ex Albi deperire, vacuū nauibus Albim de proximo fore, vsum mercadi penitus interire. Igitur placere ciuibus respondent, vt durante annonæ caritate temperamentū euendis frugibus adhibeatur. Cæterū vbi fertilia tempora proueniunt, cur non etiam mercaturæ vsibus inseruiatur in ea prouincia? Hoc ciuiū placito constitui sub maximis pœnis, vt nemo exportare fruges contendat. Id quum esset constitutū, etsi seriò impleteretur, non cessauere tamen vulgi murmura: facta & infecta vulgabant, negotiū perambulare in tenebris: palam simulari obseruantiam constituti, clam verò noctibus fruges magno pondere exportari. Semel enim motum hoc pelagus, non erat facile redigere ad quietem, quod venter fame pressus vrgeret: nec quiescerent maligni, quibus quæstus videbatur vberimus in rerum nouitate. Erant qui ambitione contenderent ad gubernacula: alij in sua lucra respexere. Creditum est ab iis qui oculatiores essent, nonnullos esse conscios nouorum consiliorum, qui id nollent resciri.

50 Quum igitur esset in carcere princeps tumultuationis, Henricus van Lo (semel enim hoc monstrum est nominandum) congregantur factiosi coniurationis participes: & inuito consilio, mox per eandem diem carcere laxare constituūt primipilariū suum. Et quia proconsulum vnus cum consulari (quod sciebatur) erat exiturus, tracto tecū famulatio equitum publico militatium stipendio, distulere quousq; equestris abiisset familia. Ad horam primam post meridiem conuenere, proconsulem seniore per id tem-

CAP. 30.
Seditiosa ad
populum con-
cio.

Tumultuosus
ciuis in vincu-
la conicitur.

CAP. 31.

*Factiosi vim-
tum è carcere
per vim edu-
cunt.*

pus domi requirentes: quo non inuento, ad aliorum cum clamore cõtendunt domici-
lia. In ipso ad ecclesiam itinere reperere ex tribus qui vrbi præfuere, tertium proconsu-
lum: tumultuosè circumsistunt, euntè clamorosè deducunt, postulantes vincitum suum
relaxari. Ad limina cœmeterij offendunt alium ex proconsulibus, virum ætate grandè-
uum, & moribus non insuauè. Iam satis habuere duobus inuentis: ducunt inuitos ad tur-
rim in qua captus teneretur. Præpositus & decanus Hamburgensis ecclesiæ, vbi audiue-
re proconsulum casus, sperauere quòd concitatum populū miti placarent alloquio: sed
ne verbo locus erat. Ita excipiuntur venientes, vt summis vix nisibus proximas in ædes
euaderent, alioqui malè habendi. Iunior ex duobus qui deducebantur proconsulibus,
in signi in caput verberè ictus est: cruorè fronte detergere non sinitur. Igitur carcere per
vim ad aperto vincitum suum extrahunt: senem illum proconsulè sinunt itinere suo, quò
vellet, abire: iuniorem iam cruentum adigunt, vt à dextris euntem deducat per mediam
vrbem carcere solutum in domum eius: ibi iterum iterumq; dare manum velut hono-
ratori compellitur. Ereptus carcere, conuersus in populum gratias agit: proconsul mœ-
stus abit. Nec cessabant coniurati (id enim reseiebatur) conuenire in forum lupulorū, in
tabernariam cellam coctorū, tota die euocationi suorū intendentes (vt quàm multi for-
midabiles haberentur) dato signo tumultuationis per campanā de turri, quod vel solum
terrificum fuit in earum rerum statu. Tum senior ille proconsul, quòd cõperisset se non
penitus à tumultuantibus contemni, misit oratum ad illos quèdam ex familia, ab armis
& concursu discedant: senatum proxima Veneris die conuenturum, constitutumq; cum
eis quod ex æquo bonoq; sit. Nuncium reiecerunt, ne audire dignati: adiicientes,
proconsulem ipsum, si quid à ciuibus deposceret, non indignè ciues quæsiturum, vt ad
illos prodeat. Venit vir bonus, viribus defectus: & impetrauit vt discederēt. Pauci in-
erant in ea multitudine ciues nominati: ex vulgo promiscuo & omni infimæ plebis col-
luuie ea tum fuit multitudo. Crediderim notos non prodiisse sub oculos.

CAP. 32.

*Rebilitatè in-
condito tumul-
tu factum.*

NON grauabere lector, si loquacius rem explicuero nostra ætate exantlatā, in com-
monitionem omniū bene institutarū vrbiū, vt diligenter prospiciant, qui rebus præ-
sunt, popularè tumultū. Die Veneris (vt voluere factiosi) in ecclesiā diui Nicolai con-
uenit frequens senatus in chorum, & ciuium magna multitudo in ecclesiam. Ibi prin-
ceps factionis, adiunctis nonnullis ex ciuibus, venit in mediū senatus, articulos aliquot
de ciuiū voluntate enuncians, quibus decretum interponi voluere, vt in reliquum pro-
legibus obseruentur: & in fine lectionis omnium, sublata voce rogat, Itane iubeant ci-
ues? Qui propius astitere, assensu sunt, qui longè stabant, quū audirent proximorum as-
sensum, & ipsi acclamauere, quamuis quid esset ignorarēt quod proponeretur. Postu-
lauit senatus, vt quoniam multa essent capita, scripto ederētur: quod & factum est. Ri-
dicula multa inferuere. Consulares interim oratores, qui aberant in conuentu cætera-
rum vrbiū Lubicæ, quum quid ageretur intelligerent, ad reditum non festinauere.
Nec poterant absentibus illis cõstitui, quæ à ciuibus suggererentur. Igitur reuocati à se-
nato, redierunt in vrbem: cum cæteris interloquuti (quod necesse fuit) temporari serui-
erunt, publicantes in vigilia Pentecostes quæ constituisent. Nec tamè quieuerunt factio-
si. Iam enim à tempore primi tumultus, à vigilia Dominicæ ascensionis, portarū sibi de-
sumpsere claustra, quòd diffiderent senatui: formidantes, ne de foris aduentarent qui il-
lis opponerentur. Nocturnas egere vigilias, aucti numero supra solitum, suo arbitratu
constituētēs vt armati etiam vigilantes excubarent, aduersus omnem vim quam somnia-
bant. Capita placitorū iam enunciata, pro arbitrio variabant, volentes vt campanæ pul-
sum ad concursum non vltimo supplicio (vt erat constitutum) sed decem marcarū mul-
cta plecteretur. Et quod de conuentionibus prohibendis erat institutum, antiquari &
cancellari postularunt. Hic se vulgo opposuere ciues maturi: sed tamen & ipsi rem cõ-
temperarunt, cedentes maiori turbæ (quæ erat cunctis formidabilis) quòd sæuientem in
plebe tempestatem reddita serenitate placarent.

CAP. 33.

*Consilium de
optimatibus
mecandis ini-
tur.*

NECDVM habuere quod quærebant factiosi, rerum omnium gubernacula, extorta
manibus cõsularium, administrationem reipublicæ, opes alienas: ea enim ab illis quæ-
rebantur. Præuiderant ad ea se non peruenturos, quamdiu superessent qui obsisterent.
Constituerunt magnā publici concilij partē, cum optimatibus inter ciues de medio tol-
lere, idq; in eū vesperū, quū de more senatus circa festū Ioannis, cū potiori ciuiū locu-
pletiorum

pletiorum & honoratorum parte, publica statione consueissent conuenire. Idq; consi-
lium vt tegerent, alia constituere nouitate palliare, ne sine causa tunc in armis esse vide-
rentur. Erat in plebe qui cõfingeret, de Lubica, ex fratre (qui inter equestres senatui mi-
litaret) accepisse se literas, eum proconsulem, qui cum contumeliis & verberibus illatis
abisset, interloquutum cum Lubicensibus & amicis cæteris, constituisse diui Iohannis
solennitatem cum Hamburgensibus agere. Qua ex re intelligi voluit, venturū cum va-
lida armatorum manu ad vindicandam iniuriam: quò nemo miraretur, si factio in eam
diem concursu armarentur. Eum rumore vir malignus dispersit in populū. Audiue-
re ciues boni, & rem proconsulibus non contegendā putauerunt, nec negligendas te-
chnas quæ instruerētur. Hortati sunt illū ipsum disseminatorem, vt ipse proconsulibus
deferret, viri boni functus officio. Ille ait iā se illorū vni rem detexisse, respondisse pro-
consulem, rem iam esse in senatu cognitam: iam literas exisse super ea re ad senatū Lu-
bicensem, quæ nouum institutum remorarentur. Ea res quum per ciues bonos illi pro-
consuli, quem improbus fictor nominasset, detegeretur, nec ille verbum vllū sibi factum
diceret: iussit frequenti senatui adesse verbi disseminatorem. Rogat ille proconsul, si vn-
quam ea de re verbum cum illo habuisset: fatetur non habuisse. Quū cætera perquire-
rent, vbi essent ad se de Lubica missæ literæ, dixit esse laceratas. Iam vno de mendacio
conuictus, fidem sibi derogabat. Iterum si legere nosset interrogatur: filium suū legisse
contendit. Iam erat compertum, ne illum quidem literas nosse. In summa compertum
est, eum hominem contexuisse fabulam. Iubetur senatus & ciuium consensu recipi in
carcerem, satis indignantibus factiosis. Sed propter cõsensum cæterorum ciuium tum
quieuerunt: habituros se fidebant per aliam viam occasionem, qua & illū carceri exime-
rent, & quod voluere perficerent.

*Improbi homi-
nis mendaciū
deprehenditur.*

RETULERE tumultuantes iterum ciues ad senatū, onerari in Stora flumine gran-
des quatuor cum frugibus naues, quæ & ibi & per Albis fluuij ripas onerandæ, in occi-
duas essent partes nauigaturæ. Obtinere à volente senatu, vt acceptis nauigiis, quæ pu-
blica vtilitati inferuient, armaturis & com meatibus implerent, facerentq; quod ex re
illorum esse videretur. Illi mox complēt armato milite, & enauigant. Vna ex omnibus
inuenta est nauis nō magna, frugibus onusta, quæ de Wesera vi ventorum appulsa sta-
ret ad anchoram: erat tamè magister ille nauis ciuis Hamburgensis, præferens solitas da-
ri ciuibus literas. Eas quū illi ademissent literas improbi ciues, mox extulerūt in publi-
cum, præferentes plebi esse literas ad euectionem frugum permissiuas, in præiudicium
populi fame laborantis: vt cõuinceretur senatus cõtra placita conuenta fecisse. Id quū
in foro venalium piscium piscator factiosus magnis buccinis cõcreparēt in publicum,
interrogatus à bonis viris, si legere nosset, vt videret quid sit scriptū. Ille negauit se nos-
se: sed literas quas tenebat, mox ostendit. Videbant omnes qui rem intelligerēt, esse li-
teras in solita forma dari cõsuetas, vt pro ciue agnosceretur ab amicis. Euocati in præto-
rium ciues, rogatur quid de aduecta nauis cum frugibus fieri placeat. Vt in ipso loco ca-
paciori ciues liberius interloquerentur, cessit senatus (de more) in cameram. Tum verò
tumultuantes de plebe qui foris starent exclusi, volebāt vi irrumperere in prætorium. Vi
prohibiti ab iis qui inerant ciuibus, tū quieuerunt, in tempus aliud differentes quod con-
stituerunt. Senatus rediit in subsellia. Placuit vtrinq; aduocare piscatorem, qui literas à
senatu magistro nauis datas, & deinde mercatorū missiuas de nauis teneret. Vocatus ve-
nit, asserens literas sibi in eam formam à conciuibus demandatas, vt si eas cõsulatui tra-
deret, in fluuium exturbarent, non parentem iussioni. Ciues boni qui aderant, interlo-
quuti, ad causam retulerūt, placere, idq; æquū videri, si magister nauis iureiurando do-
ceret, non se ad Albim fruges collegisse, iret quòd vellet. Quo præstito, iusserunt illi reddi
literas, ituro quòd vellet. Idq; ita ex ordine ciuium, non senatus constituto, factum est.

VENERAT interea dies ad cædem constituta: sed ita prouisa sunt ab senatu & bonis
ciuibus omnia, ne quis se audeat commouere. Postera die per casum in loco fabrican-
darum nauium in casellis ortum incendium, de negligentia familiarum. Tum magnis cla-
moribus factiosi efferunt in publicum, nō fuisse vanum timorem, nec fictam fabulam,
quod de Lubica vincitum ille nunciasset. Nō sine dolo locupletiorum esse ortum incen-
dium in casellis pauperū: venturum aliquando diem, vt eorum domus incensæ perqui-
rantur. Sed quum die vndecima mensis Iulij senatus haberetur, & adessent cognati eius

*CAP. 35.
Dies ad cædem
senatus con-
stituta.*

procōsulis qui foris agebat: magno impulsu ductor factionis semel nominatus, cū paucis rerū consciis, sed magna multitudine gregariæ plebis (quæ quid ageretur ignoraret) aduenit: præferebat scriptos multos de suo sensu articulos, quos deposceret omnis ciuiū communitas in obseruantiam admitti. Erant comprehensa quæ Flandriã, Hollandiam, Phrisiam contingerent, de quibus constitui nihil (tanquam de alieno) poterat. Senatus tamē per modestiam respondit immodestè poscenti, de cunctis honestis, & quæ suæ essent potestatis, pro viribus acturum senatum. Sed tumultuantes nulla re exaturadi, inter alia postularunt vt vir bonus & grauis ciuis, qui cōmunitati conuicia dixisse accusaretur, euocaretur ad respondendū querulantib. de iustitia. Euocatur ille ad proximum diem, publica fide interposita: venientem nemo inculcauit. Quum verò clausis prætorij foribus senatus interloqueretur, auditur clamor foris tumultuantium, euocato reo minitantium. Ilico laxantur fores, & ascendit cum ceteris reus euocatus, vir honestus. Cui à senatu dicitur, quia nemo illum accusauerit, senatum ad partem loquuturum cum iis qui illum expetierunt, vt intelligat quid ex illo deposcant. Aderat ductor factionis qui interpellatus mansuetè, respondit tumultuosè, deposcere communitatem, vt accusandus ille prodeat in conspectum multitudinis & totius communitatis, in forum lupulorum aut in ecclesiam diui Nicolai. Non nimis humiliatum, si (vt antè) senatus dignatur ciuib. occurrere: ille quoq; prodeat in conspectum ciuium: non esse magnum homini priuato, si id agat quod fecere publici concilij participes. Postulati datur benignè responsum, non posse modò ea de re constitui, alioqui non quieturam communitatem. Sed tum soluto concilio disceditur. Proxima die Mercurij principes coniurationis circumstantur duos ex proconsulibus abeuntes à senatu, friuolè deposcentes, vt ciuis nuper inclusus carceri laxetur. Illi præferunt, quod ad se pertinet, sponte permissuros. Sed quid responderent ciuib. quorum sit volūtate carceratus? non esse paucorum dissolueret, quem multi colligassent. Tum dimissis proconsulibus, fortè vident carcerariū: illum vi cogunt laxare vinctum. Quid faceret miser? Eduxit vinctū de camera, vt ad focum esset. Post meridiem factiosi coegerunt iudices à concilio deputatos, vt venientes laxent vinctum: necdum enim leges conualuerunt aduersus arma. Senatus tamen placidè egit cum factionis ductore, vt proximā diem Veneris demoraretur: tum in prætorium conuenturi, cum ciuib. omnia ex sententia transigerent. Id tamen inuiti permittunt nonnulli factionis participes, asserentes, & cum clamore testantes, nullā sibi in loco illo constitutam esse salutem. Tumultum & arma voluere, non pacem cum legibus. Is tum fuit insignis Hamburgi status, vt plus possent temerarij factiosi minis, quàm senatus iure & legibus.

CAP. 36. PROXIMA die iussit senatus viros consulares, qui consueissent cum artisanis matutina (vt vocant) celebrare colloquia, euocare quemque suos, & cum illis agere: vt quoniam proxima die agendum esset cum tota ciuiū communitate de communi omnium, vrbisq; & reipublicæ profectu, adesse ipsi quoque in prætorio non grauentur, familia domi relicta: vt cum ciuib. alioqui magna multitudine acturis, neq; numero neq; clamore familia fieret impedimento tractatibus: vt per tranquillitatem ex publico commodo constituentur omnia. Illi bene pollicentur, feceruntq; quod monebantur. Aderat dies constituta: & iam senatus clam emissis per omnem vrbē scrutatoribus, explorari iussit quid ageretur, si qua conuentio, si quid armorū esset: & nihil intelligētes, prodire in locum consilij publici. Aderat euocati ciues, inclusi cū senatu in prætorio. Iam agere cœperant super rebus controuersiarum: & ecce foris murmur exoritur. Venerat faber nauticus cum suo comitatu: accurrerat promiscuū sine nomine vulgus. Et quum prætorium clausum cerneret ille primipilarius, conuersus in suos, Oportet, inquit, nos interesse consiliis communitatis: vultisne sequi præeuntē? Illis annuentibus vi domum irrupit, & pressuram facto cuneo agens, vi introibat. Ex aduerso ciues, qui erant in prætorio numerosi, facto & ipsi globo, se illi opposuere, reprimentes violentos. Itaque extrusus ille & exclusus est cum grege suo. Renouabat vim iterum, pandens ostia: & iam maiore facto impetu peruenit in medias ædes. Sed ciues qui inerant, iterum & illi facto globo hominem cum suis expulerunt, retruseruntq; abeuntem cum suo grege, quum fremeret frenderetq;, nec iam satis haberet quod ageret. Constituit autem facto de turri signo communitatem aduocare: foribus obseratis de singulari prouidentia, ibi est elusus

Innocens ad plebi conspectu euocatur.

Carceris custodios cogitur vinctum dimittere.

Sequitur animi ignobile vulgus.

elusus frustratusq;. Tum quò se verteret, aut quid ageret, non satis inuenit: nam ductor suus cum ceteris ciuib. erat in conspectu senatus. Sequuti sunt hunc violentum multi ciues, vt viderent quid arriperet. Visum est vniuersis ex re esse, vt quoniam vim exercebant conspiratores, aduersum eam se tueri, vt prodiret senatus cum ciuib. in forum lupulorū, ibi constiparent latera senatus omnes boni: vt videretur qui essent tumultuantes. Complacuit etiam missis ad eam rem duobus cōsularibus, fabrum illum nauticum teneri: idq; confestim factū est. Pertrahitur in Ecclesiā diui Nicolai, & inde in sacristiā. Commendatur ibi proconsuli, viro per ætatem decrepito, qui tumultui adesse non poterat: adhiberet familiam cum ciuib., nequa vis fiat. Interea alius quidam ex factiosis visus est abire concito, vt signum campanæ daret è turri diui Petri. Ipse anhelitus & vultus trepidatis prodidit hominem. Boni viri, medio itinere, agnoscentes esse ex primoribus tumultuantium (vt qui flagraret in malū) quū cernerent festinantē, facilè cognouere nihil illū in animo versare moderatū. Itaq; tentum seruauere cum consorte, iunxereq; primarium coniurationis virū: vt tres sub custodia haberentur ad senatus beneplacitū.

CAP. 37. CONVENIT frequens senatus in forum memoratum. Aderant boni ciues & mercatores magno numero, parati (si opus esset) aduersus coniuratos configere. Nonnulli malè sibi conscij fugam inierunt, quum viderēt sua consilia non procedere. Erant non pauci ex iis qui naualibus conferendis operatur, fabri ferrarij, & multa colluies hominum: qui bipennibus & palis armati, magistrum suum (si possent) eripere venerant. Vbi audierunt custoditum, & tantam esse ciuium cum senatu consensum, euauerūt dissipati. Interim senatus cōgregatis in foro ciuib., rogat quid de iis fieri placeat, qui aduersus placida conuenta deprehensi sunt in nouo tumultu, & de profugis & eorū complicibus. Responderunt ciues, de violentis in legē committentibus iustitiā fieri, & de profugis proscriptionē. Cæterum quia primipilarius ductor cum cæteris bonis ciuib. in prætorio fuisset, in conspectu publici cōsilij, nec vim intulisset: si iterato sacramento veniam posceret, non esse negandam. Idem de multis aliis, qui fortè coniurationis conscij veniam postularent. Venit in conspectum ductor cum aliquātis cōplicibus: & renouato sacramento per singulos, dimittuntur. Cæterum is ciuis quē nuper violenti tulissent de carcere, iterū carceri redderetur, passurus quod iustitia monstraret. Ilico senatus repetit prætorium, iam victor tumultuantium. Iudices confident pro tribunali: accusantur duo factionis principes deprehensi: & conuicti de manifesto crimine, vltimo supplicio adiudicatur, gladio feriendi. Producti in ædem carceris, si ex more Christiano purgare velint conscientiam permissum spacium. Inde in vicinum forum producti (montem vocant) astante senatu cum ciuib., vltore gladio puniuntur. Proscripti sunt ilico qui profugerunt cæteri. Alij eius factionis conscij, intra domos suas includuntur, cum quibus & ille primarius ductor: publicum vitare iubentur vsq; in tempus impetratę veniæ. Postera die frequens cum ciuib. senatus conuenit, super omnibus quæ pridem placuissent. Ea q; descripta in tabulis, publicè appenduntur in oculis omnium: quę qualia sunt, etiam hodie videri potest. Adiecit senatus, si quis aliquid pro communi quiete, salute, incolumitate reipublicæ salubrius nouerit, his vsurum senatum cum ciuib. & vtrorumq; liberis. Hac re cōstituta quieuit turbo vehementissimus, restinctumq; est incendium vrbis maximum, duorum hominum cruore.

CAP. 38. DVX interim Magnopolensis Magnus, causam suam in Lubicenses quiescere non sinebat, de capto militari viro, quem tulerant in vrbem ex sua ditione. Cōueniant iterum ea de re acturi in Fredeborg: aderat pontifices, milites, vrbici, qui ad pacem multam cum partibus egerunt: sed non tum conuenit inter eas. Alio deinde indicto conuentu in Wismaria, quum multa millia dux deposceret, ad compensandā quam irrogassent iniuriam, & Lubicenses obtenderent Imperialem vicariatū, & multa incassum essent attentata: in eam formam exierunt placita, vt captus ipse, facta Lubicensibus securitate, cum amicis & fideiussoribus interpositis dimitteretur: omni antiquata iniuria res in planum redierunt. Venit coniunx eius Lubicā: & curru impositū reuexerat maritum in domum. Efferbuerunt motus populares, vt iam frigidiores sinerent ciues quod antè noluerunt. Quo tempore in Bohemia, vrbē Praga, recruduit vetus illa hæreticorum ferocia, ita vt impetu facto in catholicos conciuēs, maxima multitudo opprimeretur. Pulsi denuo religiosi, excisa iterum vix bene restaurata monasteria. Rex, velut idolum

Tres ex conuictis detinentur.

Dicuntur de coniuratorum supplicio sententia.

Senatus/consultum in tabulis relatum.

Magnus Lubicensibus egregè placatur.

Huissit in Bohemia.

sine vita, ista intuetur, nec se commouet: impune vsq; hodie ea transferunt in regno latrocinia. Vellem maiorem in modum liceret efferre virtutem Polonorum: sed vsq; in hodiernum nihil magnum ex ista promicuit familia. Tum verò in Anglia mortuo rege Eduardo, qui Henricum vi. & vicit, & in carcere extinxit, duobus ille paruulis relictis in spem regni, neutrum meruit habere successorem. Nam frater eius Richardus, quò paruulos curasset è vita sustolli, coronam arripuit, & in triennium tenuit, donec cum vita amitteret, victus in prælio ab Henrico vii. rege moderno. Longa tragœdia, & cognitu dignissima, de Henrico vi. (cuius iste rex septimus trahit sanguinem, natus vterino fratre eiusdem sexti) quomodo Eduardus dux Eboraci Henricum vicerit, vixerit, extinxerit, germanum fratrem Thomam, damnatum in iudicio parlamenti, vino demersum oppresserit: ipse fugatus, quomodo redierit: & longè post, quidam sub nomine filij eius, bellum cõcitauerit, in quo captus periit. Ea verò, quia aliena sunt nostris institutis, præterimus.

CAP. 39. ERANT per hæc tempora viri boni ecclesiastici in consilio ducis Magnopolensis domini Magni, qui optimo zelo propagandi diuini cultus, suggererent magnificentiæ eius, optimum factu esse, si in oppido illustri Rostockio (vbi publicum floreret gymnasium) ad æternam sui suorumq; memoriam, ad stabilimentum sublimis academiæ, de parochiali sancti Iacobi curaret fieri collegiatam ecclesiã: in qua diebus ac noctibus diuinæ laudes perennarentur, & apud quam magistri & doctores, posteaquam esset pertæsum laboris in doctrina, se collocaret ad quietem: qui nunc expletis marsupiiis, disperguntur in omnem terram, abductis secum quæ diuturno labore conquisissent. Placuit 20 res principi. Efferuescit in re, quam diuinus cultus & splendor religionis omnibus facit esse commendabilem. Profectus Rostockium, rem detegit magistris ac doctoribus. Aguntur gratiæ illustri magnificentiæ eius: sed tamè admonetur curare, ne dum benefacere satagit, res in deteriores exitus prolabatur. Perpensus est tum exitus, qui postea se ostendit. Ille hoc sibi curæ semper fore respõdit. Contulit princeps ad partem cum nonnullis ex proconsulibus, eandem rem & animi propensionem detegens. Nemo potuit principis institutum improbare: rem esse salutarem & bonam fatentur, si suo modo sine turba possit expleri. Interim varij (vt fit) sermones alternant super ea re in comestationibus & conuentibus multorum vtriusq; ordinis: quum nonnulli, qui magni viderentur, imprudenter pertinaciusq; responderent laicis ea de re loquentibus, siue nolentibus siue 30 uolentibus æquè rem processuram. Id verbum amarius multi secum versant: & iacto in vulgus sermone, plebem faciunt ardentem insanire: vt omnes se protinus firment morituros, priusquam hoc induant iugum seruitutis, vt patiantur ecclesiasticos in sua vrbe latius dominari. Tum sibi quisq; fingit prouentura inde vrbi grauamina: somnia canunt, & enunciant pro veris, ardentesq; animos inflammant. Ea prima malorum semina: docendus est enim populus, non exasperandus. Facile enim veteri odio noua concresecunt irarum incrementa. Præcesserant causæ aliæ, quæ animos principis à ciuibus, vrbicorum auerterant à principe: vt cumulatis rebus, hoc semper interpretarentur ciues, libertati suæ insidiatum iri: hoc solum conari principes, vt in æternam seruitutem pertrahant. Id vt suspitione colligerent, effecere priores quæ inciderant perturbationes. 40

CAP. 40. EXACTÆ nuper pecuniæ præter consuetudinem, nouo oneri accessit littoralis causa naufragiorum, quòd appulsi nuper littori merces naufragæ, à præfectis locorum, velut bona vacantia fumerentur, & in loca principum deucherentur, publicis vsibus applicandæ. Ea de re quum literis & nunciis quererentur vrbium consilia, reposcetes miserorum res naufragas, quas nulla lex sinit in commissum aut fiscum recidere, imò sine discrimine reddi iubent suis dominis: Quid, inquit Imperator, iuris habet fiscus noster in calamitate aliena? Princeps non magnopere refragatur, quibusdam antè per mutua colloquia purificatis. Interim Rostockenses præfectum arcis Zuaen, virum militarem, cum famulo, velut publicos prædones, in dominio principis captos, in suam trahunt vrbem, publicoq; iudicio condemnatos, gladio feriunt. Ea res principem vehementer exasperauit, quòd in obsequio suo, in terris suis, vim illam suæ intulissent familiæ: prædones enim non censerit, nisi qui sua temeritate inuadunt aliena. Qui verò principis parèt imperio, non de suo facto culpam incidunt, quòd habent parere necesse, sed de superioris præcepto. Agglutinatur indignationi indignatio. Erat aliquando in familia principis iuuenis acer, qui captiuum hominem manibus ducis abstraxisset, noctibus cum eo inambulans.

bulans. Eam rem quum grauitè dux ferret (vt debuit) in patrem eius iuuenis permisit vt eius familia quandoq; vlcisceretur. Erat is satis pro captu locuples, non longè ab vrbe Rostockio, in finibus suburbiorum demoratus. Innotuit vt cunq; Rostockensibus, venturos noctu ex ducis familia armatos, qui curiam illam expilarent. Ad impedire conati, equestrè familiam emisere. Occurrunt inuicem per tenebras, priusquam nossent, non longè ab ea rurali curia. Ibi vt in tenebris cõtulere manus, & incerto euentu & prælij & noctis, de familia ducis prosternitur vir militaris, duci charus, quem ipsi etiam Rostockenses extulerunt præcipuis laudibus: de aduersa quoq; cohorte vicissim cadit vnus ab suo grege dissipatus. Ducales vbi vident cecidisse præcipuum virum, abstinuerunt congressu, nec Rostockenses acerbè insequuntur. Eam quoq; rem inter acerba dux collocauit, quòd suos hostem in sua ditione requirentes, impederint, vnum è suis primarium virum oppresserint, hostes suos defenderint: hostes perinde factos, & sacramentorum, quibus suis dominis astringerentur, transgressores. Interdixit ex omni sua ditione, in eam vrbem frugum & rerum omnium aduectionem: & capitis denunciatis periculum, voluit in suo pro hostibus haberi. Tum de prædiis quoq; cœpit agere ciuium, quæ fuerint olim feuda: & quoniam illis non essent feudi iure permessa, cecidisse illa volebat in commissum. Illi prætendunt, feudum esse voluntate priorum principum legitime extinctum: præferunt literas: princeps non attendit. Ita cumulatis vndique turbationum causis, res futuri collegij amaris initiis sunt auspicata.

CAP. 41. PER ea tempora, in Liuania, durante bello quod ordo fratrum Teuthonicorum suscepit in ecclesiam, ciuitas Rigensis pro ecclesia (vt debuit) decertans, arcem Dune- 20 munde longa oppugnatione, in suam redegit potestatem. Fratres autem ordinis, de suo magistro non bene sentientes destituunt. Conuenere ex constituto commedatores in oppidum Wenden, in quo est arx præcipua magistri & sedes principalis: sed (vt consueuere) arcem venientes non concenderant. Ingressi verò domum priuatam, conclaue petierunt, inq; eo rerum gerendarum ordinem secum constituunt. Tum omnes in arcem pedites ascendunt. Miratus magister excipit, quid ita insolito ritu pedites, non (vt solent) equites ascendant: cur aliud præter domum diuæ Mariæ delegerint hospitium. Illi paucis, esse inquit sibi rem cum illo agendam serio, conclaue ac domum concilij ingrediantur. Ibi confederunt suo quisq; ordine. Tū senior, Domine, inquit, & frater Bernarde (id erat magistro nomen) commendatores vos absoluunt ab administratione rerum & magisterio: cedite, date locum alteri. Domine ac frater Iohannes, assurgite. Cõmendat vobis diua Virgo locum magisterij: vestriq; ordinis præceptores vos hoc loco iubent confidere. Magistrum stupor apprehendit, nihil tale vel timentem vel præuidentem. Quid faceret? Parendum fuit. Melius tamen secum quam cum aliquot præcessoribus suis actum reputans, quos carcer cõsumpsit, mox cedit alteri locum. Tum fratruelis eius dominus Simon, Reualiensis episcopus, vix permixtus equos educere, mox aliud petit mœrens hospitium. Bernardo autem de Borg optio datur, in qua de more quietem sibi petat in arce. Ille quæ vocant arcem Mariæ postulat, & accipit. Iohannes cognomen- 40 to Fridach, nouus magister, ex illo die rem omnem administrat. Iam verò Rigenses nouum archiepiscopum suum, dominum Stephanum, multis euocationibus pellectum habere in vrbe sua: aucti perinde animis, bellum continuauere. Sæpe congressi hostibus, iam victores, iam victi abibant: multam in vicina loca ediderunt vastitatem. Sed archiepiscopus in ipsa vrbe, temporum fluente curriculo, paulatim negligitur: exceptus primum lautissimè, inde ne panem habuit, quem esitaret. Nam omnia ecclesiæ prædia aut igni cõsumpta aut vasta fuere, aut hostibus paruerunt: ita vt cunctis apud pontificem deficietibus, familia eius nonnunquam ad rapinam vrgeretur. Qua ex re contracta (vt cõsentaneum fuit) graui melancholia, diem suum obiit. Erat tum in ecclesia præpositus, antè quidem solis ecclesiæ rebus innutritus, inde cœpit armis esse terribilis: aliquot arces ab ordine 50 vi capiens, alias de ditione aut hostium circumuentione redegit in potestatem. Instante autem electionis tempore conuenere canonici, postularuntq; eligentes in archiepiscopum, germanum fratrem domini Monasteriensis, comitem de Swartzenburgo: miseruntq; solennes ad illum nuncios, orantes ne ecclesiam metropolitancam contemneret. Ille dum secum deliberat, quòd difficile esset in longinquam prouinciam ire ad bellum grauissimum, rem & laboris & sumptus infiniti, non promptè est assensus. Interea

Anglici motus.

Rostockij cõstitui canonorum collegium plebs non patitur.

Magni animus a Rostockensibus alienatur.

Fratrum Teuthonicorum magister munere abicitur.

Archiepiscopus inopia premitur.

Strenuissimè contentibundus.

quòd bruma rigesceret, nec terra nec mari iter esset capitulo in urbem (quòd hostes terram, gelu mare tenerent) ordo quendam ex suis affeclis, dominum Michaellem, natum Reualix, cōmendatitiis principum literis mittit in urbem: qui, quòd nemo veniret qui electionem præferret, tanquam de vacante ecclesia prouisionem accepit. Obiecerunt se quidam in vrbe, sed sine viribus, sine neruis ad causas in vrbe agēdas. Interim Rigenses ciues arcem eius vrbs, quæ ordinis esset, iam dudū obsedere, muros ac turres bombardis deformauere: sed fame, & machinis, quibus sordes & cadauera iniicerēt, præualuerunt. Qui inerant custodes, viri fortes, quandiu cibus superesset, sese sunt tutati. Extrema fames vbi accessit, quidam perierunt, alij distentis ventribus imbecilles facti, ad mortem propinquarunt: demum pacti vitam, qui superfuere, dedunt arcem. Ciues ar-
cem demoliuntur, ex lapidibus lateribusq; mittunt Lubicam pro gratulatione. Quo
peracto, iam per omnem terram congregati prælati & proceres, cum consentiente ordine, constituerunt vt rebus in præsentī statu quiescentibus, expectaretur euentus de archiepiscopo: vt eo reddito, de omnibus decernatur: si qua pars minus pareret cōstituto, in eam omnis sine exceptione terra confurgeret.

LIBRI DECIMITERTII FINIS.

ALBERTI KRANTZII
WANDALIÆ LIB. XIII.

CAP. I.
Collegij apud
Rostockenses
causa odium
incendit.



AVSA Rostockensis collegij nouiter erigendi, Deo hominibusq; gratificanda, magnis diffidentia causis intercedentibus, cœpit vrbicis esse odiosissima. Principibus verò nouæ causæ in eam rem effertescendi fuerūt ex refragatione & obluclatione plebis sese obiectantis. Tametsi diuinus honor & religionis amor prima causa (vt esse debuit) fuerit rei moliendæ, adiuuit tamen feruorem deuotionis, obstinatorum reluctatio, vt non paterentur ab improbis rem diuinā impediri. Iam fœdera ciuitatum Wandalicarum enunciata, intumescere fecerūt vrbis habitatores. Quum enim multa signa essent innouandarum per prouincias rerum, quòd multi & inopinati motus vndecunq; confurgerent, visum est ex re inter sex vrbes maritimas (quæ ab veteri solo nomen seruant, vt Wandalicæ vsq; modò vocitentur) fœdus sanciri in annos & tempora, quòd in primis post diuinum, vbiq; præcipuum honorem, quæq; ciuitas suo principi nō recusaret præstare quæ iusta sunt ac debita. Supra id si qua ciuitas aliunde prematur, vbi vicinæ vrbes eam ad patendum iuri exhibeant, idq; reiectum sit, tum se mutuo auxilio defensas. Id tum fœdus publicatum arrexerunt aures Rostockensium. Periclitatur interim nauis de Norwagia piscibus onusta, sub litorib. Magnopolensis ditionis. Iussisse fertur princeps eieclta per littora bona colligi, & in suā ditionē, ad tempora discussi negotij perduci. Detracta vestis naufragis: excisi digiti auro insignes. Adiecere fabulantes, quòd rem atrociorē facerent (quod ipse non crediderim) eam fuisse sæuitiā colligentibus naufraga, vt annatates in lignis aut cistis viuos (quibus se alligarant) denuo detrusos in mare, vt demersos potius quàm viuos spoliaret. Sed quū monitus dux literis & nunciis, vt calamitosis naufragis sua permitteret, distulit, ex causis quæ illi quàm cæteris fuere notiores. Tū Rostockenses, qui ex aliis causis extra sui principis gratiam agerent, non ignoratibus (vt ferebāt) vicinis vrbibus, præfectū de Zuaen, militarem, alterius prouinciæ virū (qui de littore res naufragas sui principis iussu deuehi curauit) capiunt, & in suam urbem pertractum, cum famulo, ense publico cædunt. Idem nonnullis aliis de præfecto in Bukow, viro ab olim non in bonis notissimo, ferunt demandatum, vt curarent: sed differebant, donec princeps missis ad securitatem armatis, hominem Zwerinum iussit deduci. Talibus alimentis excreuit diffidentia: vt causā collegij, alioqui (si quis aspiciatur oculis) non grauis, exardecētibus odiis, pro grauissima duceretur. Interim ferunt principes Magnopolenses, habito suorū militariū conuentu

Naufragi eieclti per summā inhumanitate spoliatur.

uentu maximo, iniurias suas ab ciuibus detexisse cum amaritudine plurima, eorum de super consilia requirentes. Nolebant senlari principes, rem grandem sine maturitate contingere. Quid sibi velint noua ciuitatum fœdera, non esse obscurum. Tum viri graues in concilio deliberantes, respōdent, esse conspicuum vniuersis quid Rostockensibus sint de suo principe meriti: inq; eam rem bello castigandam si propendeant principes, nosse illorum quemque quid sua contineat ad principes obligatio. Veruntamen quia fœdera ciuitatum hoc præferunt, vt iustitiam delinquentes exhibeant, eam si pro dignitate assequi poterunt principes sine gladio, longè desyderabilis, quàm per ferrum & ignem extorquere. Erant qui dicerent, Ergo principes nostri vrbicis illis, rusticano generi, auscultabunt de iure? & illi de principibus iudicabunt? Non ita illos condidit omnium parens Deus. Qui dubitat arma corripere, suo detrimento fortè videbit exteros ad arma vocari. Hac tum varietate ad deliberationem maturam cōcilium dissoluitur.

Refertur de
castigandis
Rostocken-
sibus.

PER interualla temporum, in oppido Hamburgo, dispensante Deo, prouenit, vt aucthores grauissimi tumultus (qui rem sine exemplo crudelem concepissent) aut diuino nutu, peste quæ intercessit, de mundo sublata, aut furiis agitantibus, publico iudicio damnati perierunt. Nonnulli in vrbes (vt sperabant) immunes delapsi, ibi etiam conuicti, gladium vltorem perfererunt, quum confiterentur palam, constitutum in coniuratione de nece primatum. Alius etiam, qui pro consulē, in extractione factionum principis de turri, grauissimè in caput cecidisset, admissō furto profugit vrbe: & clam tæpe rediens, aliquando deprehēditur, publico damnatus pro scelere iudicio: in sublime super omnes iubetur appendi, quòd domesticum furtum inisset. Sed tamē officiariorum suorum interuentu (erat enim doloator) gladio cæsus pœnas dedit. Ipse coniurationis princeps, hæctenus impunè habitus, ne maiori tumultu res quieta turbaretur: quum tamen furia illum exagitarent, nec posset quiescere, per hanc occasionē luit supplicium. Venerunt principum & virorum militarium multiplices literæ querulantes quòd in vrbe Hamburgo, malè per eundē habita sit honesta domina, vxor Henrici Frigdach, viri militaris, feruescente iā tumultu. Ea res paulo superius repetenda est. Nundinis sancti Viti, quum feruesceret ille tumultus, & idē ille iam magnus in vrbe haberetur, vsque adeo vt montes & maria polliceretur (iā inter suos constituens distribuere publica officia & ministeria, in molendinis & hospitalibus, in portis vrbs) venit in urbē memoratus cum coniuge militaris, quædam pro suo commodo comparare. Interpellauit secretò ductorem factionis, quòd seruus eius diceretur, redimeret apud se clam seruitutem, vt nihil opus sit eam rem in publicū efferri. Non potuit homo tumidus paciēter accipere quod de seruitute diceretur: qui sibi tam videbatur magnus, vt urbem totam vel solus sustineret. Assumptis aliquot ex suo consortio ciuibus, & sacerdote, quem sibi scribam (quū publicè dominaretur, & omnia administraret) destinauerat, ingreditur hospitium militaris viri, & intentato iurgio, maximis probris honestum virum laceffiuit. Ille videns quid ageretur, quòd iam homo stolidus, dominationis penè certus in vrbe, omnia pro libidine ageret: modesto edito responso, breuiavit sermonem, & ex eo expeditus insensa nauī rediit Harborg, vxore sequi iussa. Iam aliis viis in eum ius suum exequendum deliberauit. Post duos dies quum vxor sequi contenderet virum, memoratus factionis princeps, vel quia obseruaret eius vestigia, vel fortè incidens in eam cœpto iurgio, mulierem insectatur. Illa libertate fœminea, & suo generi solita, Magnum, inquit, & incomparabilem hīc cerno virum, qui urbem supra senatum gubernet, solusq; in ea dominetur, oblitum quòd seruus sit eius, nec legitimè natus. Excanduit ille, & in longum extracta verborum iniuria ac contumelia, cum consortibus suis (quos pro multitudine vbiq; promptos habebat) illā circumstans, probris laceffiuit: inuitans ad concubitum eius populares, sublatis etiam honestæ fœminæ vestibus, nec hominem, sed equam assimilat.

CAP. 2.
Hamburgensis
tumultus
autores pœnas
tandem debitas
luunt.

Caput confirationis
atrocissimum
scelus designat.

CAP. 3.

QVID faceret prudens fœmina, hominibus nequam vallata? Seruauit patientiam cum modestia verborum. Tali septa consortio ducitur ad domum proximi consularis, qui iudicio præfuisset proximè. Quo non inuento, aut inueniri non passo, ad iuniorem, in eadem commorantem platea, magnis clamoribus pertrahitur pro consulem. Ingens concurrerat hominum multitudo: prodiit qui quærebatur, constans & intrepidus. Iam

princeps ille de medio proclamabat, securitatem & conductum præstans proconsuli. Id tamen ille nec postulauit, nec præ strepitu potuit exaudire. Ibi quum magna turba staret circumfusa, accusator fuit ille qui irrogauit iniuriam, de multis conuiciis & cõtume-
 liis sibi ab illa illatis, deposcens in publicum cum sceleratis carcerem includi. Proconsul
 dimissa turba seuocauit hominem in domũ. Clamor exoritur, Sequere, sequere illum.
 Sequuti sunt duo, qui postea publicè pœnã dabant: quod diximus. Ibi sepositis per mo-
 destiam dixit, viderent quid & cum quo agerent: esse fœminam, & quæ nec sui esset iu-
 ris, nec in iudicio posset consistere: de iniuriis, quid esset ille ab ea consequuturus iure
 ciuitatis, se nec scire, nec dicere, quod non multo tempore eum habitasset locum. Pru-
 denter facere hominem, si consilium mutaret in alterum diem, certior factus quod non
 abiret. Non recusauit, si in ædibus suis asseruare illam proconsul vellet pollicereturq;.
 Ille respondit domum suam custodiã non deputatam: vadem se fieri & fideiussorem, si
 hoc illi videretur. Annuit ille ductor, inq; eam formam dimittit fœminam. Proconsul
 illam cum honesta familia, adiunctis dominabus senioribus, mittit in domum structu-
 rarij, orans fœminam vt pro sua prudentia, patientiam ageret vnus noctis. Humanissi-
 mē ibi excipitur (erat enim prægnans) vino & confectionibus honoratur. Postero die
 deputati duo cõsulares rem omnem composuere, vt fœmina data manu, quod in se ef-
 fet, remitteret iniuriam, & ille vicissim: & ita abit. Sed post tempora, iam cæteris rebus
 satis quiescentibus, venere literæ aliæ super alias à nobilibus & militaribus viris, super
 iniuria & contumelia irrogatis viro primũ militari, deinde coniugi eius. Ductor ille
 accusatus, nõ sine voluntate ciuium mittitur in carcerem publicum: & accusatus in iu-
 dicio, quod libertatem nundinarum violasset, capitali supplicio damnatur. Sciebant in-
 finitam multitudinem ductori suo non defuturam. Prouisum est vt & in iudicio, & in
 exequutione, nõ pauci iuuenes opportunis locis essent in armis, si qua vis fieret, prohi-
 bituri. Accepta sententia, mox ducitur ad supplicium in ipso meridie sub prandio. Ade-
 rant consulares, qui quocunq; loco tumultus audiretur, curarent decollandum. Vene-
 rant ad vrbs portam: & infinita effunditur multitudo, foris, si quid posset, vim intenta-
 tura. Prouisum est, vt quamprimum exequutor cum damnato primã pertransisset por-
 tam, clauderetur: & eodem momento, ea quæ fuit in conspectu, clauditur: inter medias
 excepit ille gladium sine turba, dimissus cum capite truncus in terra. Vxor vbi audiuit,
 primũ distulit sepelire: deinde admonita ab amicis, tulit corpus, & sepeliuit. Alius
 quoq; non diu post vir grandæuus, quũ deprehensus esset in molendino, quod statu-
 tam mensurã esset supergressus, culpans quod à consularibus factũ esset, in publico cõ-
 stituit mensurare. Ea de re monitus, nec cessans, accusatur: & tanquam seditionis reno-
 uator gladio cæditur. Ita meritam recepere mercedem tumultuationis principes.

CAP. 4. VRBES Wandalicæ tum queruntur apud Daniæ regem Iohannem, quod Iaco-
 bus, Mauricij de Oldenborg filius, comes, eius fratruelis, mare teneret nauibus impaca-
 tum, multaq; damna irrogaret transeuntibus mercatoribus: quod causaretur ope ciui-
 tatum se patrimonio exutum Delmenhorst, quod Bremensis ecclesiæ administrator,
 episcopus illi Monasteriensis ademisset. Rex Danię in conuentu procerum, quem tum
 in arce Kopenhauen haberet, præsentibus vrbiũ oratoribus, respondit se rebus com-
 ponendis futurum mediatorem. Interim Iacobus in Norwagia diem suũ obiit, relictis
 in mari cõparibus suis, Pining & Zandero Hoboden, nato Luneburgo: qui regi Chri-
 stierno multa (vt ferebat) mutuasset: sed in eum tum venerat ex mercatore cursum, vt
 in mari manu militari, ab hostibus regni Anglis quæreret compensationem. Quem fe-
 runt, in eo quæstu nauigantẽ cum expedita manu, quum audacius mari inuolitare, e-
 uersa per tempestatem nauis, quum liberiori quàm par erat, vteretur velo, periisse cum
 omnibus. Ceperat tamen antè ab Anglis plurima. Nam in Anglos (quod in Dania dixi-
 mus) penè iustam habebant Holfatiæ principes querimoniam. Hispanos autem quo
 sit iure insectatus, nisi quod fortè Angliam hostilem terram peterent, non intelligo. Hoc
 enim genus hominum posteaquam ad prædam semel armatur, si non potest ab hosti-
 bus, certè ab obuiis quibuscunq; requirit vnde viuatur, ne in vanum laborarit. Largam
 enim iustitiam illi sectantur. Ea verò quæ tum in mari Anglicis adimebantur à Danis,
 imputata sunt nostris in Anglia mercatoribus, quasi intelligentiam habentibus cum vi-
 cinis Danis. Nec vlla ciuitatum ad eam rem purgatio satis valere potuit, quo minus An-
 gli, ca-

*Supplicium de
 conuictorũ
 principe sum-
 ptum.*

*Pirata etiam
 amicis non
 parcunt.*

gli, canum more, ab aliis morfi, in quos se vindicare non possunt, sæuiunt in proximos. Eam semper & in literis & tractatibus obiecere nostris cantilenam, manum nostratum occultè cum Danis operari.

BELLVM verò quod tum in Liuonia conquieuit, non sunt passi diu iacere fratres Teuthonici ordinis, quod arcibus & prædiis suis spoliati, deteriorem fouere conditio-
 nem viderentur. Audito ergo quod suus, quem voluere, archiepiscopus prosperare-
 tur, bellum renouare conantur: præsertim iam aucti viribus tantis, quod diocesis Ri-
 gensis, plena militaribus viris (qui hæcenus ecclesiæ inseruierint cõtra ordinem) nunc
 essent illis accessuri. Quid faceret ciuitas, quæ cũ capitulo sola manebat? Iam enim po-
 stulatus rem infiniti sumptus & laboris posthabuit. Defensionis finibus constiterat ci-
 uitas, iam arbitrata ad plenam libertatem peruenisse, sublatis duabus arcibus: quarum
 altera ad portum in Dunemunde, altera in ipsa vrbe constituta, sepe quod nolent vide-
 re, faciebant. Variè diu conflictatum est: sed ciues intra vrbe se continuere, vfi ex cõ-
 modo nauigatione. Ordo autem vt aditum maris nauigaturis interciperet, infra arcem
 Dunemunde, ad eandem fluminis ripam communiuit præsidium, ex suppositis inui-
 cem roboribus (trabalem vocant domum) eaq; pro arce sunt vfi, ad frænandam liberta-
 tem enauigandi. Sed parum profecit. Eo enim præsidio non obstante, præternauigauere
 qui volebant. Huius tamen exitum belli, per aliquot annos extracti, posterius suo
 tempore dicemus. Nec enim conquieuit ordo, nisi arcibus ademptis, & euerfis in cer-
 tam formam renouatis, ac redditis.

CAP. 6. IN Magnopoli interim, exasperatis licet principibus, quieta fuere arma. Sed Episco-
 pus Zwerinensis, à duce Magno commonitus, pœnale monitorium decreuit, vt pareãt
 piæ ac religiosæ causæ, quam dux instituisset, de erigenda parrochiali diui Iacobi in ec-
 clesiam collegiatam. Obiecere Rostockcenses appellationem qualemcunq;: & in ea
 conquiescentes, episcopi mandata neglexere. Ille exercebat in eos ecclesiæ gladiũ: sed
 illi, quum appellationem legitimã ritè obtendissent, inuenere clerum qui illis adhære-
 ret. Interim populus cum patribus, ex aliis causis prouocati, totis se nisibus opposuere
 erigendo collegio. Erant qui perinde in consortes publici concilii vindictam quandam
 sunt meditati, quod malè inuicem concordessent sedentes in senatu. Inflammare
 turbam, qui vltionem cogitabant in compares, vt totis nisibus plebs ecclesiasticæ causæ
 reniteretur, quod in ea omni causa insidiaretur ciuium libertati: Non quæri à principi-
 bus ecclesiam, sed vrbs plenum dominium: vt iniiciatur frænnum libertati. Non agi de
 collegio, sed de arce quandoq; in vrbe collocanda, & transferenda episcopali cathedra
 de Zwerino in Rostockium. Ita sibi somnia finxerunt, quæ pro veris habuere, à nemi-
 ne cogitata. Interim disseminatur per maleuolos in vrbe, rem esse compositã inter prin-
 cipes & quosdam ex proconsulibus: esse illos proditores vrbs, qui clam cæteris de præ-
 iudicio vrbs egissent cũ principibus. Primũ secreto murmure, deinde aperta etiam
 indignatione inuecti sunt audaciores in bonos viros, quod stimularetur vulgus à qui-
 busdam in concilio. In hoc turbido vrbs statu, dux prosequendo negotio multas cau-
 sas prætenderat, quod plenum videretur opus pietate ac religione: deinde quod pluri-
 mum vbiq; fauorem ex pio meritis opere, ex aliis causis obuios sibi Rostockcenses ad
 iuga compelleret. Profectus deuotionis gratia in vrbe Romam, episcopũ Racebur-
 gensem & multam ex militia secum duxit familiam. Expleta deuotionis causa, fundan-
 di collegij sanctum propositum per supplicationem in sinuauit summo pontifici Inno-
 centio, orans deputari exequutores. Facile inclinabat pontifex rei, in qua diuini nomi-
 nis amplificari gloria quæreretur. Dedit exequutores, & inter alios Raceburgensem e-
 piscopum: qui in ipsa vrbe desuper fulminauit processum: ne, si quid summo pontifici,
 aut illi exequutori in itinere humanitus accidisset, causa non integra, sed iam inchoata
 censeretur. Hoc interim processu, posteaquam in sua redierunt, requisiti Rostockcen-
 ses, non habuere quod opponerent. Fremebat vulgus, dissidebant in concilio patres: è
 quibus qui sanius rem intuebantur, suasere vt se parituros ostenderent: quia tum nulla
 ratione possent mandatis apostolicis contraire. Verbo assentiri, nihil nociturum cau-
 sæ: rem denique nunquam perficiendam, populo reclamante. Aliis aliud est visum: si se-
 mel paruerint, semper parituros: volebant enim ascendere ex aduerso. Sed superati ra-
 tione cesserunt, simul quod sperarent vulgus exasperandum in eorum capita qui eius

*CAP. 5.
 Teuthonici ec-
 clesiæ, cuius tu-
 tores se haberi
 volunt, bellũ
 inferunt.*

*Episcopi ana-
 thema parui
 penditur.*

*Collegii Ro-
 stockensis cõ-
 tentio, papa
 autoritate in-
 gressus.*

*Papa impo-
 nitur
 re.*

sententiæ fuissent authores: quibus (vt diximus) malè voluerunt. Vocatur in prætorium cōmunitas, res quàm potuit maxima modestia proponitur: esse causam cui papa & Imperator & omnis mundus fauerent, quam nemo nisi malignus de iure impediret. Sed esse illis omnibus communem sententiã, vt totis animi corporisq; nisibus reluctarentur, ne vnquã procederet in effectum: idq; tum posse iure fieri, si nunc verbo assentiant, vt euitent iuris pœnas: rem tum nunquam futuram. Sin verò nunc reluctètur, recusantes parere, tum se pœnis laqueatos, finaliter ad omnia compelli. Ea tum vtcunq; est accepta oratio: vt tamè ciues senatui dicerèt, curarent omnia prudenter: sed super omnia nosset collegium se in vrbe nunquam passuros, proq; ea re omnes in commune morituros. Itaq; senatus requisitus & monitus processu, respondit, se, vt viros deceret Christi- 10
anos, mandatis apostolicis parituros. Desuper fumebant documèta publica qui missi fuere: iam non erat quod opponeretur Rostockcensibus.

CAP. 7. INTERIM, quum dux contenderet eam rem in exequutione deducere, missis nunciis Rostockcenses orabāt, vt paulisper rem pateretur differri, donec ipso tempore mitigatus populus à feruore renisionis frigeret, accepta maiorum instrutione. Dux ipse cessit, nihil properans: sed expertus est in vrbe omnia in diem fieri deteriora. Non potuit ignorare quod publicè gereretur, neminè inueniri qui ea esset fiducia, vt de collegio verbum ausit facere: ita inflāmanti omnes malo dæmone furebant ad causam. Non erat vel ecclesiasticus vel secularis, qui causam auderet poscere cur tantopere refragerentur: capitale erat, vel minimam dare significationem de contraria illis sententia. In 20
eo statu res per annum quintum ac sextum supra octuagesimum permansit, vt dux sæpe interpellans nō aliud potuerit extorquere, quàm illos paruisse: non posse tamen redigere populum in quietem, vt patiatur exequutione. Quæ si intentata fuerit, omnium fore commune periculum, & qui exequantur, & qui patiantur. Sperari posse, quòd feruor ille tempori immoriatur. Sed non iam diutius sibi passus illudi princeps, quum speraret præsentem se multa facturum, quæ absens non posset, constituit urbem ipse ingredi: inq; Domini nomine re inchoata, prosperum sibi exitū reprōmisit. Igitur incipiente iam septimo post octuaginta anno, sub octauis Epiphaniæ, principes fratres cum cōiugibus & familia insigni, duobus iunctis pontificibus, Zwerinensi ordinario, & Race- 30
burgensi apostolico exequutore. Aderant prælati alii cum multis militaribus, iam formidante senatu pessimos exitus, quū interim vulgus quid ageretur ignoraret. Fremueret tamen qui in senatu rem auersarentur: nec potuit manere occultum quod tanto instituebatur apparatu. Princeps Magnus, seuocato senatu aperit ad quid venerit: rem diu literis agitatam, aliquando miserante Deo consummandam. Respondent illi, illustrem eorum magnificentiam in sua posse vrbe quod decreuerint: sed tamen vehemèter formidare aduersa omnia. Dux vocat eos per risum pusillanimes: se curaturū omnia. Tum de præbendis quid constituerit edocet, nil ciuitati præiudicij, magis incrementa inde habituram, nullis ædificijs à se in vrbe aut muro erigendis: non hoc peti, vt minoretur rebus aut viribus vrbs ipsa: profectum eius se requirere, quæ nulli magis quàm sibi suis- 40
que crescat. Hortatur in crastinum assint, rem tum inchoandam cōmuniter auspicientur. Illi suo principi refragari non posse respondent: pollicentur se quod illi complacere facturos. Mens omnibus malè ominatur: nouerunt enim iras ciuium, quas ex his pleriq; vehementer inflammassent.

CAP. 8. DIES erat Veneris sub octauis trium regum, quum duces ipse fratres, Magnus & Baltasar, duo pontifices, prælati plurimi, milites ac militares, & ipse vrbs senatus, solenni processione perueniunt in ecclesiam diui Iacobi erigendam in collegium. Ibi Zwerinensis episcopus, sacris indutus, officium peragit de spiritu sancto: omnes suo ordine offerunt ad altare munera. Expleto diuino officio, Raceburgensis episcopus exequutor apostolicus, literas producit plumbatas: eas legi iubet, inde exequatorias. Quibus iam in publicum recitatis, commissionem sibi factam exequitur: parrochiam ecclesiam 50
erigit in collegiatam cum insignibus. Capitulum creat de præsentibus ecclesiarum pastoribus, adiunctis quibusdã aliis. Præpositū facit, decanū instituit, & quemq; suo ordine duxit in subsellia. Inde in sacristiam, velut capitularem locum, deducit, mandans vt ex illo die nocturnū atq; diurnum officiū peragatur in ea ecclesia, cū ritibus & solennitatibus quæ consueuerunt in ecclesijs eius diœcesis obseruari. Astitere ex laicis nonnulli, quibus

1487.
Magnus tan-
dem quod co-
gitabat, re i-
psa decreuit
perficere.

Erigitur par-
rochialis in
collegiatam.

quibus natate lachrymis oculi non pro deuotione cernebantur: sed tum quieta fuere omnia. Duces cum pōtificibus redeunt in hospitium, deducti ab omnibus qui affuere. Principes solennibus epulis omnes volebant adhiberi: pauci se subduxere. Alacres ipsi rem sine tumultu gaudent inchoatam, sperantes in eo statu permanfurã. Omnes secum boni idem sunt tacitè deprecari. Erant in eis qui non idem precarentur, iam cōminantes in cordibus suis. In ea verò mēsa qua prælati confederāt, dominus Thomas Rode, principum cancellarius, pastor ecclesiæ beatæ Mariæ, tum nouus præpositus, confederat in capite. Nonnulli per iocum (vt inter epulas fieri solet) dixere nouum collegiū nouis martyribus condecorandum: in quibus primus iure esset præpositus, cuius nomen 10
conforme Cantuariensi Thomæ, id præferret, vt pro libertate ecclesiæ (quo modo ille) cæderetur. Ille iocantem non iocans repressit, Tu, inquit, inter ludicra ridens ista nar-
ras: at ego vehementer capiti meo timeo. Arrisere alij, quum ille tristi vultu permaneret, quòd illum nescio quæ signa & animi præfagia, ad vicinam mortem constarèt. Per eum diem & qui sequebatur, nihil tumultus erat, etsi frenderent plurimi in vrbe.

CAP. 9. DIE Dominico, quum iam plana & quieta omnia viderentur, & duces primo mane, gustato post diuinum officium cibo, abire pararent: in nouum collegium, ante missæ collegialis officiū (quum tertia de more pēso solueretur) venere aliquot ciues in ecclesiam, indignatione flammati, proculdubio sumpto prius inter se consilio, disturbare rem diuinam aggrediuntur. Duo nequam chorum ingressi, libros cantuales cum strepi- 20
tu deiiciunt, iubètes mala in hora omnia cōticescere: mox in ecclesia murmur per populum increbrescit. Ad diem enim festum seruauere malignum propositū, quòd populum omnem, aliis diebus intentum labori, haberent ad tumultū: simul sperantes, vt interim principes abirent. Inchoato iã tumultu, in ipsa ecclesia gregatim cursitantes, quæsiuere novos canonicos, imprimis præpositum & decanum: quòd scirent illos rei institutores apud principes. Alij portas vrbs seruauere. Præpositum, iam antè diuino in ecclesia sua beatæ Mariæ officio audito, quum abire constitueret cum principibus, aut etiam antè: facto grege, quum domum eius tumultuantes irrumperent, diu frustra latitantem extrahunt, & in turrim quæ posita est ad Wernouiam includere constituunt. Ita enim conuenit inter illos. Sed quum magna in turba incertus clamor diuersa iactaret, 30
& multis iniuriis per capillos tractatus, verberibus pulsatus, sputis illitus afficeretur, per viam impulsus durissimè, ibat tamen vtcunq; volens: sed erat, qui inter alios acclamareret sub glaciem mittendum. Id veritus, medio itinere iam restitit trahentibus, vt à multis etiam inuitus traheretur. In hoc luctamine quidam, elata super multorum in medio capita, quam tenebat claua, capiti renitentis illisit, vt viribus deficeret iam cadens, iam iamq; moriturus. Quod videntes qui duxere, in latus plateæ ad canale cadentem impulerunt, i&ibus crebris tundentes, vt mortem properarent. Qui cedere non poterant, lapidibus petiere iacentem: alij sputis iam mortuum, iam in latum pedibus compressum miserabiliter affecere. Fœminæ, alioqui molle & compatiens genus, tum furuerūt, non cedentes infaniæ virorum. Iacebat in eo loco ab hora diei nona in vespertinam. Ad eò 40
instigante diabolo, liuoris venenum omnes peruasit. Interim nouus decanus, qui pridem fuit archidiaconus, vir grandæuus, olim & ipse principum cancellarius, multum vbiq; quæsitus, prodente nescio quo, inter anus in hospitali Sancti spiritus deprehensus latitare, extrahitur, & multis affectus contumeliis, in turrim quæ stabat in eminenti vrbs loco, deducitur: curantibus nonnullis, qui proximi irent, quiq; bene illi vellent, ne insigniter læderetur. Ibi clausus aliquot menses permāsit. Principe audito tumultu exire properabant, deducti à ciuibus ad portas, quæ referabantur. Ducis cōiunx, iam censensura curram, à tumultuantibus incurritur. Erant qui conarentur subuertere curram, quòd latere ibi dicerèt vnum ex canonicis. Vix vrbe & illa educitur, quum in forum congregati ciues, incerto clamore tumultuarentur. Nec dum quid in animo ha- 50
buere promicuit, nec vnum omnes sentiebant. Crediderim, idq; certus enuncio, non vnum voluisse vel paucos: ita confuso clamore omnia turbabantur. Procōsulum vnus, postulato silentio, fecit verbum, pacati manerent in reliquum: vnum sentire omnes, collegium aboleri: & quod in tumultu factum sit, omnes fecisse velle videri. Eo sermone aliquantum mitigati discessere in sua quisq;. Sed agentibus eos infernis furiis, quies esse qui poterat? Ad vesperam inuenti sunt vtcunq;, qui pastorem suum, crudeliter cæ-

Ridentè dice-
re vera quid
vetat?

Turba in no-
uo collegio ex-
citantur.

Præpositi ce-
des barbara.

sum, & per contumeliam horis sex in publico relictū, in ecclesia in qua pastoralē gerebat curam, tumulauere.

CAP. IO.

Duo proconsules Rostockenses plebis senti cedunt.

EX hoc die quis rerum fuerit status in ea vrbe, difficile est memoratu: quando iam silentibus legibus nihil fuit interdictū. Tum verò se aperuere odia quæ latuissent in senatu, apparuit; quid sentirent qui vsq; in illum diem dissimulantes siluerūt. Tum effusa sunt odia in capita duorum proconsulum, quos effictis per mutua odia criminatio- nibus insectari tum cœperunt: illos fecisse principibus nescio quam spem rerum perficiendarum, sine qua ne inchoassent rem tantam. Quid multa? Designantur ex nomine: quorum alter iam dudū senior, omnia pro prudentia inconsultis aliis gessisse: alter principum receptator & hospes, multa cum illis secretò peregrisse diceretur. Rotas & cruces pinxere in foribus ædium: & nocturnis clamoribus id perfecerunt, vt iusto timore concussi viri boni, in tutum se receperunt, urbem exeuntes, concedentes in proximā Wis- mariam. Tum verò in absentium capita concrepuere congesta maledicta, esse illos vr- bis proditores, qui omnem in vrbe perplexitatem conciuerint, dignos quorū confisca- rentur bona. In eo tumultu hyems peragitur. Lubicenses nihil quod sui esset officij, in- termisere, mittentes nuncium ad principes, qui placidis verbis molliret iustas iras: ora- ret quoq; vt rē ab improba plebe & tumultuante vulgo gestā non imputaret multis bo- nis viris, qui impetum frænare non poterant. Duces responderunt, non se ignorare vn- de prodierint illa consilia: neminē se expurgare de malignitate posse, quādo omnium esse crimen publica denunciatione sunt testati. In hoc apparere commune vrbis con- siliū. Quibus quum diceretur, illustrem eorum magnificētiam satis intelligere, mul- ta esse dicta ac facta, quæ tempus imperaret, ad placandum tumultum, aliās in deterio- ra prolapsurum: ita tum discessum est, vt dicerent principes, ad omnia se æqua & iusta præstari tractabiles. Interim ciues in locum cedentium proconsulum tres alios creauere, non sine suspitione, quòd videretur tum apparere, qui essent qui rem omnem vsq; in eum diem gubernassent, vt in reliquum quoq; curarent.

CAP. II.

Obsidatur Rostockium.

APPETENTE deinde tempore quo fruges essent in agris, equorum futura pabula, duces magno instructu urbem obsedere. Bugslaus dux Pomeranus, principum affinis (quòd geminas eius germanas gemini fratres tenerēt coniuges) belli se sociū adiungit, obsidionem faciens de sua parte ad orientem. Duces autem Magnopolenses ex Wer- nouiæ latere, ad portā diui Nicolai, & per reliqua imminabant. Ferunt qui in vrbe tum fuissent, tantam primo aditu omnium fuisse consternationem, vt si mox principes op- pugnacionem fuissent aggressi illo tantū aditu, in magnas angustias urbem perduxif- sent, ac fortè cepissent. Nihil erat apparatus: nemo præuiderat quod tum videbant, ne- mo timebat: ita sibi communiti videbātur homines stolidi. Sed accepto tēpore ad col- ligendum se, sunt animati, vt inde se pararint ad defensionem. Continuatur aliquandiu obsidio: & iam cæteræ ciuitates in castra mittebant oratores, causam controuersæ cœ- perunt contrectare. De venia ducum ingressi urbem, cum eo senatu agūt: & in dies sin- gulos egressi contrectant cum principibus, si qua compositionis forma reperiretur. Sed nihil tum potuit inueniri, quo magnis & iustis causis exasperati principes placarentur. Portum maris iam duces tenuerunt, illumq; merlis ingentibus saxis obstruxere, firma- to magis præsidio quod inuenerant. Sed tum ciuitatum oratores frustrati abierunt. Cō- tinuatur aliquandiu obsidio: demum sua sponte soluunt duces. Sed tum ex proximis præsidiiis vrgebantur ciues, ne quis vel caput educeret portis. Nam portum seruantes, & omnem à terra aduectionem interdicientes, custodienteq; satis putabant fame ex- cruciandos. Sed erat intus frumentum non paucum. Exhibāt quoq; turmatim ciues cum peditibus, inuehentes de rusticis prædiis quæ inuenerant. Hoc obseruauere duces: & magno equitatu peditatūq; concurrebant egressis in loco Panclow. Ibi confertis ma- nibus aliquandiu pugnatū est. Inuecti principes cum equitatu in pedites Rostockcen- sium, quòd stipendiariis plurimis vterentur, qui rerum gnari essent, stabant immoti: fa- ctaq; est maior in equites principum quàm pedites vrbicos tum iactura. Aliquot cæsi, nonnulli capti in urbem pertrahuntur: pauci ex Rostockcensium pedite perierunt, ca- pti cæsiq;. Nam equitatus eorum longè impar hostibus, non nisi paucis manum conse- ruit. Sæpe deinde treugæ, renouata bella extraxerūt aliquot annos: vt diu res in contro- uersia maneret.

Rostockcenses pralio nō inferiores.

Ciuitates so- cia bellū com- ponere frustra- minantur.

ANNO illo quo principes obsidionē vrbs facerent, ante tamē eam expeditionem, ad diem Dominicæ ascensionis (erat enim septimus octuagesimus) fuit magnus in vrbe Lubica conuentus vrbium de cōmunionē Hanse Teuthonicæ. Tractatū est de æqua- bili partitione in Anglia collectæ pecuniæ ad compensanda mercatorum damna, quæ Londoniis accepta fuere ad annum nonum sexagesimum. Collegere autem ex consti- tuto regi vectigali, ex mercibus propriis, decem millia sterlingorum in talentis. Operæ- precium putauit agnoscere vnde ductum sit vocabulum Sterlingorum. Declarat qui- dem hoc nomen, ab olim orientalium magnā fuisse in eo regno auctoritatem, quo mo- do & in Flandria. Nam numisma ex eorum nomine inscriptum videmus, Osterlingo- rum: vt truncato capite, Sterlingi pro Osterlingis vocitentur. Demonstrant Anglici eā originem, qui hodie scribunt talentū esterlingorum: nos verò breuiantes, dicimus ster- lingorum. Eam tū permissione regia collectam pecuniam, ex formula compositionis in Traiecto, magistri mercatores, suis vsibus pro dimidia absumpsere, non satis palam in quos vsus: & tamen impenderant, non dico ligurierant. Erant autem triginta aureo- rum de Rheno millia quæ supererant: tantundem perierat. Residuum damnificatis im- penditur, pro modo damni declarati. Ad eam conuentionē missi sunt oratores ab Ma- ximiliano Romanorū rege, pro cōmodo Bruggensis oppidi in Flandria, vt emporium ibi solenne (stapulam vocant) ex more renouaretur. Obiecta tum sunt illis plurima, cur fieri aut difficulter aut omnino non posset. Cōuenit tamen finaliter vt pollicerentur o- rientales, si ab occiduis quoq; impleretur. Relicta sunt Lubicæ ad eam rem documen- ta, literæ sigillatæ regis memorati sigillo: vt ex auctoritate principis, etiā subiecti ditio- nibus eius implerent astringerenturq;. Sed quo minus tum exequutioni mandaretur, ex Flandrensi parte defecit, qui nouo bello inceserent regem Romanorum, inclu- dentes eum diu Brugis. Venerat quoq; nuncius & orator episcopi Monasteriensis, vir militaris, qui quereretur magno suo impendio arcem Delmenhorst ad securitatem iti- nerantium mercatorum sustinere: prouiderēt illi, quorum commodo inferuieret, ne sui dispendio domini res fieret. Responsum retulit pro tempore necessarium, sed nō mul- tum rebus accommodum, vt sine magno fructu rediret.

Mercatoribus in Anglia dā- na rependuntur.

LUBICENSIBVS tum, omnium ciuitatum nominibus, denunciatur bellum, ab fi- CAP. 13.

lio Olauī militis, ante multos annos tumultu mercatorum Bergis in Norwagia cæsi: quòd ille filius, nunc primū ex ephebis euadens, iustitiā de paterna nece deposceret: alioqui ipse sibi futurus exequutor in omnes qui de vrbibus nauigarent. Scripsit pro eo rex Daniæ Iohannes, iustas querimonias eius commiseratus: effectūq; est, vt cum eo ad completum satisfactionis (vt tum putauere mercatores) ageretur. Creditum est illum ad omnia deinceps quieturum. Sed ille obtendens nescio quid, quæstionem re- nouauit: & proxima æstate duas ex Liuonia naues onerarias, Lubicam petentes adori- tur, & capit. Quæ inerant merces, in manus regis peruenerunt. Sequenti anno tū quo- que alius ex Liuonia, olim mercator, inde militans, quum aduersus Rigenses intentaret querimoniam, itidē duas cum mercibus naues capit, perducunturq; merces in Kopen- hauen. Sed ille vltore gladio, vt pirata, cæsus, luit supplicium: mercatores autem nihil se queruntur recepisse, quamuis instantissimè postularint, missis ad hoc nunciis. Incertum si iure regni res furtiux cadant in commissum, aut veteris quid sub sit querimonix in ciues Lubicenses & senatum. Et (vt continuata mala cumularētur) tertio deinde an- no quidam ex Reualia Liuoniæ natus, Lubicēsiū vrbi infestus, pro fratre (vt ferebat) malè in ea habito, itidem geminas mercatoribus abstulit naues, ita tamē vt regis custo- diæ merces omnes defumerentur. Captus erat ab regiis militibus: causa eius in iudicio ventilatur, vt luiturus supplicium putaretur: sed libertati donatus (nescio an & in iudi- cio) abibat. Mercatores etiam hodie querūtur, nullam ablatorum damnificatis esse fa- ctam restitutionem: eaq; causa cum multis pender indecisa.

Piratis suppli- cio affectis, res tamen nō res- tituuntur.

QVVM verò bellum ducum Magnopolensium in Rostockium duceretur in lon- CAP. 14.

gum, aliquando ciues finem dare bello statuentes, conduxere ducētos equites aliunde sibi militaturos. Sed venere cum illis plures quàm alii ducenti, qui remissi sunt cōmea- ribus datis: deq; Lubica nauibus impositi, Rostockium perueniunt: nam ad pacem fa- ciendā videbantur aduocati. Quumq; in ea essent vrbe cum duobus penè millibus cō- ductorū peditum, expectabatur ab iis qui Rostockcensium fouerēt causam, vt terram

peruadentes Magnopolensem, bello finē properarēt. Sed tum Rostockenses suspensi treugis & dilationibus, quōd arbitrarentur sibi quoq; perire quæ in vastatis agris deperirent: conductam militiam sibi fecere inutilem: nisi quōd quadam intentata per eam comminatione, bello finē asciscerent. Itaq; post aliquot menses, conducti equites Lubicam redierunt, nihil magnum exequuti. Interim rex Danorum Iohannes, & item Iohannes Brandeburgensis marchio, omnis causæ facti arbitri, in Wismaria, rex in persona, & marchio per excellentes oratores, comparuere. Ibi examinato negotio, pro principibus laudum exiuit, cōdemnatis Rostockensibus ad aliquot millia principibus numeranda. Sed qui quererentur se grauari, laudum ad arbitrium boni viri sunt reducere conati. Iam quidem antè, priusquam Rostockenses tumultum facerēt in vrbe, dominus marchio in Wilsenaco, ad præsentiam ducum memoratorū ac Rostockensium (qui in suam partem consulares oratores, de Lubica, Hamburgo & Luneburgo adesse rogarunt) causam omnem controuersiarum inter memoratas partes tractabat. Sed nihil tum fieri potuit, neq; ad exitum res peruenit aut tunc aut nunc. Vniuersitas autem doctorum, magistrorum & scholarium, aliquandiu se ab oppido retraxit, dum obsideretur, dumq; ibi militares versarentur: sed postea, quum res in treugis esset, locum suum repetentes redierunt. Non enim utile, sed damnosum duxere, diu vacare gymnasium: quōd scholares dilaberentur, dispersi (vt fieri solet) in omnem regionem.

Arbitri inter
duces & Ro-
stockenses.

CAP. 15. IN Liuoniam iam redierat, qui archiepiscopatum Rigensem in vrbe impetrauit, dominus Michael, qui etiam nunc præsidet ecclesiæ. Isq; intentabat res inter ordinem & ciuitatem componere: sed nimium discrepabant, & visus est vni parti non æquus esse arbiter, qui ordinem indutus gestaret, & ab ordine promotus censeretur. Igitur bellum etiā eo præsentē recruduit, quōd ordo amissas arces reposceret, ciuitas belli iure captas non redderet. Magister ipse totis annis viribus, in insulam Parwalk occupauit, ibiq; fixit castra: vt vtrinq; riuum asseruaret, ne quis Rigensibus in mare aditus pateret. Antè quidem Rigenses id veriti, ibi in arena fecere munitionem, arbitrati tueri ab inuito ordine. Sed primo statim ingressu captum est: qui autem inerant satellites, pacti vitam & libertatem, dedunt, demittunturq;: sed rustici, qui cum illis erant, sine respectu humanitatis, sub glaciem detruduntur. Ea est autem miserorum conditio, vt mors illis sit in desyderio, & vita in fastidio. Itaque colligati, pede crucem figurant, & insiliunt. Miseranda fors pauperum. Miserant tum Wandalicæ vrbes oratorem in eam prouinciam: qui adiunctis sibi terræ prælatis, rem in treugas, inq; compromissum (si fieri posset) perduceret. Iam verò Rigensium fortuna inclinauerat, fessiq; videbantur, intus vexati à stipendiariis, & foris ab hostibus. Nam collata non diu antè manu, cladem perpeffi sunt ad nouum molendinum, arcem ordinis. Captiui insignes, quos tenuerunt, dilapsi sunt. Commendator de Goldingen, erutus captiuitate, ipsis in niuibus obriguit: reductus in vrbe semimortuus, statim vita functus. De Mitto autem commendator venit in castra. Ita vbiq; Rigensibus aduersa fuere, capto etiam (quod diximus) in insula præsidio locorum. Compromissum est ergo in prælatis terræ, qui causam terminarunt, archiepiscopum Tarbatensem, & Curoniensem episcopum. Reddita est ordini arx Dunemunde: ipsa quæ in vrbe fuit, renouanda, non in arcis sed domus formam, præfinitam accepit in laudo consistentiam. Ita factō, comperere Rigenses, quantum sit mali non in suo tempore finem rebus dare.

CAP. 16. ERAT iam annus xci. post mille quadringentos, quum inter Anglicos & oratores I 49 I. vrbium consulares, de Lubica, Hamburgo, Colonia, Gdano, omnium de communione Hansæ Teuthonicæ nominibus ageretur in Antwerpia. Venerant eò Lubicenses & Hamburgenses, vt voluere, mercatores magno apparatu & sumptu, vsi iumentis supra. Tractauere cum Anglicis ferè per mensem, quum antè etiam totum ibi mensem, ante aduentum Anglicorum, ociosi contriuisent. Sed nihil tum potuit concludi, quōd paria paribus semper Anglici referrent atque obiicerent. Damna sunt irrogata post itam pacem nostris, ab Anglicis in mari. Reiecerunt illis damna, quæ accepissent Anglici à Danis: nec fuit constantia reluctari, quum ea res de more conuicitur. Venerunt Antwerpiam Bruggensium oratores, suam apud oratores ciuitatum causam agentes de emporio: sed medio adhuc bello tenebantur. Iussiq; sunt bene sperare, vt rebus complacatis, impleantur expromissa nuper in Lubica. Cū Hollandinis quoq; tum ad partem

Cōuentus cō-
munions Hæ
se in Ant-
werp.

tem Håburgenses, de eorū præiudicio, q non sinerent liberam (vt ab olim) rerū importatarū mercaturā. Speciosa quidē verba data pro verbis: sed nihil à sua cōsuetudine discesserunt: nihil est emendatū, ex iis, quæ in quæstione vertebatur. Interim Rostockenses ciues grauiter intus tumultuatur. Noue personas cōsulares de nescio quib. insimulabāt rebus: domib. suis incluserūt, literas dare cōpulerunt, quib. testificarētur aduersum seipfos, q non iniuste concilio exclusi, administratione essent destituti, pecuniaq; exacti. Sed vicinarū vrbium consulares misere ex suis quosdā in eam vrbe deputatos, qui rem inter consulares & cōmunitatem componerent: qui magno labore, nō minori periculo, toto triduo laborantes, vix perfecerunt, vt redditis chirographis, in subellia sua ad concilium reponerentur. Erat per omnē tempus princeps factionis in vrbe quidā ex latomo causidicus, ex causidico coctor, tum ductor factionis: qui multis tergiuersationibus rem distinebat, cum viris lx. quos de more ciuitatum commotarum statuerunt. Consortē ille suum effecit proconsulem. Sed ille prudēti vsus consilio, quū videret ambos malè habituros, si nō ille ductor periisset, effecit vt iustis tamē de causis captus, quū nullū faceret finem rerum in perturbatione continuatarū, cū altero operis sui consortē, in ipsa turri, sine turbis, cælus gladio, lueret suppliciū. Ex eo autē die pacatiora sunt omnia in vrbe facta, postq̄ duorū sanguine restinctū est diurnū vrbis cōmotē incēdiū.

IN quintū annum extracto bello, quod tamen treugis multis intercipitur, tandē primo & nonagesimo anno terminatur, inter duces Magnopolenses & ciues Rostockenses. Ea verò lege componitur, vt collegio in suo statu permanente, aliquot millia principibus darentur: pulsī è statu reciperentur, & cum iis qui in nouū erant allecti conciliū, considerent. Principibus is articulus in formula nō placebat, quōd qui in eum ordinem peruenerint, occupata subellia retinerēt: sed erant qui non aliter cōsuli posse rebus arbitrarentur. Passi sunt principes, eam quoq; rem contra sententiā animi decurrere. Nec diu post, in eadem prouincia, nouū & inauditū piaculū cōmisere Iudæi, in oppido Sterneberg, principatus Stargardiæ. Nam cōcepto ab impiissimo sacerdote Christi sacramēto, impiè sunt abusi. Vbi viderēt malè sibi rem cedere, reddiderūt sacerdoti. Ille fodit in terrā miserè ac miserabilis: quē tanū destituit consiliū, postquā impium iniuit cōmercium. Ad pœnā illum præparabat cui cōtumeliam est ausus irrogare: alioqui inuenisset alterā viam seruandi sacramenti, nisi in suam pœnam fuisset excæcatus. Defossum autē publico loco diuinissimū Christi sacramentū, mirabiliter innotuit: effossumq; defertur in ecclesiam. Iudæi cōcremantur. Presbyter ipse Rostockij degradatus, crudele luit (vt erat meritis) supplicium. Nā ignitis per viam forcipib. tractus, longo itinere perducitur in montē Caluariæ (capitum ipsi vocāt monticulum ante vrbe) ibiq; congestis lignis concrematur. Satis insigni (vt ferebant) cordis cōpunctione cordialiter instinctus, suppliciū æquanimiter excepit, inter omnia sæpe repetēs, etiam maioribus se dignum cruciatibus: quos volens expenderet, si modò peccatricis animæ misereatur Deus. Inq; ea compunctione defecit. Cœptus est inde concursus vndecunq; populi in locum Sterneberg: facta & infesta miracula denunciat improbi sacerdotes: multiplicatur oblationes venientium. Principes segregata inde portione, collegium suum in Rostockio perinde firmant, coemptis redditibus, quos in eo seruientes quotidianis distribuunt impendiis: ornata sacrarū quoq; vestium inde procurat, ad incrementum diuini cultus in eo.

DVCA TVM orientalis Wandaliæ, quæ Pomerania est, tum administrabat princeps egregius Bugslaus, Erici ducis filius: cuius temporib. in vnū se ducatus Stetinensis reciderat. Pro quo cum marchionib. de Brandeburgo est depugnatū: sed tamen permansit (vt diximus) apud Ericum. Deinde verò mortuo Werflao fratre sine virili prole, Wolgastensis (qui etiam Bardēsis dicitur) tenens & principatum Rugiæ & dominium vrbis Stralsundēsis, cessit Erico. Ita illo decedente, ad vnū Bugslau, filium eius, omnis illa ditio quatuor principatū cōcessit: qui cum summa omnī laude ita rem gessit, vt (qd̄ illa regione insolitū erat) summa itinerū esset securitas. Exterminauit militares illi quæstui in feruiētes: alios in exiliū ire iussit, alios feriri gladio: vt ex lōgo tēpore meminerit nemo, p̄ longissimū ei⁹ ditionis tractū, vllō qcq̄ ereptū latrocinio. Cōtenderāt aliquādo vicini principes idē in suis ditionib. efficere: sed vicinia principatū & multitudo principū nō finit: nā ex multis angulis erumpūt improbi. Facit hoc principantiū multiplex imperiū. Vnde & in Frācia, Hispania & Anglia, hoc gen⁹ latrocinij publici penè incomptū est.

Tumultus Ro-
stockij coor-
tus, duorum
supplicio com-
primatur.

CAP. 17.
Quinto den-
simo finit
bellum Rost-
ockense.

Iudæorum au-
dax facinus.

Ita ad illa
fidelis narra-
tione nobis
clonatur

CAP. 18.

Pomeranus
latronibus in-
festissimus.

Latrociniorū
causa.

Erat per ea tempora in his Wandalicis vrbib. annone insignis caritas, propter ea quæ tū
 scruerunt inter reges Romanorū & Francorum bella: vt portus Franciæ occlusi, nullas
 emitterent in Flandriā Hollandiamq; fruges. Tum Holladini noxiū genus hominum,
 (quod populandis terris natum est) diffusum per regiones oriētis, Liuoniam, Prussiam,
 Pomeraniam, coemebant omnia quæ ibi essent frumenta. Inde quū nihil adueheretur
 nostris ex illis regionibus, nec parcerēt etiam mercatores per vicina loca aceruare fru-
 ges, & in Hollandiam trāsportare, vbi magnum illis esset precium: inde nata est flebilis
 illa caristia, quæ multam perdidit plebem in agris: peremissetq; incomparabiliter maio-
 rem, nisi ex vicinis vrbibus esset consultū. Videre fuit in eis vrbibus iacere ad porticus
 ecclesiarum, illam colluuiem pauperum fame deficientium, quum principes terrarum
 illi rei minus prospexissent. Ferunt & ex his nōnullos esse factos mercatores cum mili-
 taribus, miserabiliter rerum perturbato ordine: dum se principes priuatorum fordidis
 quæstibus, & priuati principum honoribus impudenter immiscent.

CAP. 19. RESPEXERE per idem tempus Wandalicæ vrbes, ad euentū eius belli quod Henri-
 cus dux Brunswickcēsis tū ad Brunswicū gerebat, concursu & accessione omniū vici-
 norū principū. Quod si opus in manib. illis fuisset prosperatū, vt oppugnatā obsessamq;
 vrbē caperet, de ea quæ reliqua videtur, paucarū vrbū qualicunq; libertate, tū delibe-
 ratum fatis fuisset. Sed quū is esset exitus quem in Saxonia diximus, quieta mātere cetera.
 Marchio aut Brandēburgensis Ioannes, per aliquot superiores annos, vrbib. veteris
 Marchiæ id frānū iniecit quod antē ignorabāt. Nam eas, quæ videbantur supra cæteras
 eminere, vehementer emunxit: vt cæteris facillē parificarētur. Cæterum in omnib. insi-
 gnis tum videbatur tenuitas. Principes quoq; Magnopolēses suo Rostockio manū non
 retraxere, omni sollicitudine prouidētes ne ad pristinā populū rediret insolentiā: iam
 de axisa (sic. n. vocant vectigal potabilium) curantes: iam verò de prædiis, quæ olim erāt
 feuda, cum illis disceptantes. Conuocauit aut aliquando dux Magnus, cū fratre, splēdi-
 dam suæ ditionis militiā, & introire vrbem suā ex quibuscunq; causis instituit. Sed Ro-
 stockcenses incertū quid suspicantes, portas seruauere clausas. Eā rem plurima profe-
 quuti sunt principes indignatione, q; vrbē suā pacatus introire nō sineretur. Noua inde
 diffidia. Vnde etiā aliquot conuentib. factis & interloquiis, eò res rediit, vt cōstituto die
 vrbē egressi primores senatus cum ciuibus, proiecti ad pedes principū veniā precaren-
 tur: qualis etiā erat compositionis formula ad magnā illam collegij causam terminan-
 dam, aliquot millibus etiā nunc ad nouā causam persolutis. Ita curarunt in hodiernum
 principes, ne de facili resurgant ad pristinā frontositatē, in quā videnter faciles & proni.

CAP. 20. PER quod tempus, quū in Flandria excitaretur apud sublime Philippi, iunioris du-
 cis Burgundiæ, conciliū, causa captæ olim ante viginti annos galeæ, siue biremis, à Paulo
 Benekē homine orientali, de Prussia nauigante: renouarunt eā quæstionem Florentini
 mercatores, instituto processu aduersus orientales mercatores, qui Brugis diuersarētur:
 impetentes q; bellū fuisset generale totius nationis, capitaneus generalis, qui nauim ce-
 pissent: perinde omnes de natione teneri de damnis tū irrogatis. Mercatores, homines
 litis imperiti, fecerunt tamen quod debuerant: mittentes nunciū, non procuratorē, ad
 excusandum, non respondendū: qui priuilegia nationis obtenderet. Se illis locis cōmo-
 rari ad vsum mercaturæ: de facto aut consilio suarū ciuitatū non se intromittere, nec ad
 se pertinere quod egerit Paulus: nullā cum illo communionem, nullam habuisse intelli-
 gentiā. Si patiātur aduersarij, vt sine lite cōsistant, id se cupere & orare. Si minus, vt iux-
 ta continentiam literarū & priuilegiorū, indulto tempore, illos patiantur abire. Repli-
 catum est, fuisse Paulū communē totius cōmunionis & nationis ad bella capitaneum,
 idq; de literis docebat Gdanensium: ideo teneri generaliter oēs de natione. Adhibuere
 processui suo nōnullas solēnitates, vt colorarent: sed litigarūt sine aduersario, nulla lite
 contestata, nullo procuratore ex aduerso. Sic peruentum est ad qualemcunque senten-
 tiam. Eā quum exequi tentarent iidē actores Florentini, rogati à mercatorib. vt super-
 sederēt, quoad ciuitates orientales admonerentur. Multis dilationib. protracta res est.
 Quum iam vrgere vehemētius viderentur, misere ciuitates Wandalicæ oratorē & nun-
 cium ad principem Philippum, qui prorogationē causæ postularer, donec anno proximo
 ciuitatum de cōmunionem Hansæ Teuthonicæ cœtus & conuentus fieret: tum con-
 stituendū de tota causa. Vix magna difficultate impetratū est à parte vt pateretur: pmissum

*Vrbib. vete-
ris marchie
frenum inui-
citur.*

*Rostock: cen-
sibus
principi, quæ
excludunt,
iustitias fuit.*

*Florentine bi-
remis capta
iudicium.*

sum tamē post multā causæ intricacionē. Erant. n. nō pauci in cōcilio homines, qui cau-
 sam Florentinorū fouerēt: q; versura, quæ fuit Lombardorū, assicurantiū merces Angli-
 corū, pertineret ad nōnullos boni generis: quorū erat patrimoniū in mensa eorūdem.

EODEM tempore, quum annus ageretur xcviij. per eundem ciuitatum Wandalica-
 rum (totius tamen Hansæ Teuthonicæ nomine) nūcium, adiunctis dominis Colonien-
 sibus, qui in Antwerpam illi constituto die concurrerunt: actum est cum Anglicis de
 perpeffo damno in mari, deq; infractioe & violatione libertatum & priuilegiorum in
 Anglia nostris hominibus indultorum. Sed posteaq; per mensem integrum verbis sunt
 redditā verba, nihil tum poterat concludi: quod Anglici causarētur sufficiens de parte
 ciuitatum non esse mandatum. Promissa cautio sufficiens de rato non est acceptata. Ita
 tum disceditur, rebus ad treugas solitas in duos annos reiectis. Per idem tempus missus
 est idem ille Wandalicarum vrbium nomine, qui suprā, nuncius in Franciam, ad maris
 Admiraldum, virum nobilē: vt quereretur multas in mari ex Francia fieri de prædatione
 aduersus perpetuā pacē, quæ esset inter coronā & ciuitates. Satis habere in prom-
 ptu easdem vrbes, quæ par pari redderent: sed deferre maiestati regiæ, ne antē se quam
 querantur, vindicarent: orare vt rebus finē faciat. Compertus est ille Admiraldus in vr-
 be Parisiorum: ibiq; præfente archiepiscopo Lugdunēsi (qui & cardinalis Romanæ ec-
 clesiæ) & aliquot ex Parlamento præfidentibus doctoribus, responsum est nūcio: Non
 placere regi si quæ fiant aduersus fœdera, quæ ille manere cupiat inuiolata: constituiſſe
 illū qui talibus rebus prospiceret, sed maiorem esse quorundam audaciā quam cætero-
 rum diligētiam. Cauendum ne Germani sint qui ista faciant, & primi veniāt ad quere-
 lam. Curandum ab ea parte omni diligentia, ne ex Galliis ista fiat. Cæterum si quid ad-
 uersus interdicta factū dicatur, esse iudices: non denegandam querulantibus iustitiam:
 Repliatū est de dilatione exequendę iustitię: multos antē à Francis damnificatos, iam
 expendisse plura in processum quam lors ipsa fit, & tantundem consequi. Sed deinceps
 sollicitior omnium rerum habēda cura promittitur. Extare prouisionē regiā, ne qua
 armata educatur nauis de portibus Galliarum, nisi inuentis fideiussoribus in eo portu,
 qui satisfient, eam classem aut nauim non damnificare fœderatos: curādum nostris, vt
 publicetur de more in Parlamento. In eam tū spem disceditur. Id tamē prouenisse cer-
 nimus ex ea tum denunciatione, vt ex illo die in annum nūc quintū, nihil sit piratarum
 ex Francia repertum in mari: quod sceleriter dictum velim, ne in reliquū comperiātur.

DEINDE ad annum proximum conuenere omnium de communionem Hansæ Teu-
 thonicæ vrbū consulares in Lubicam oratores: ibiq; primū (vt assolet) de communi-
 bus mercaturæ rebus & profectibus multa cōstituuntur, deploratumq; emporiū Rus-
 siæ Nouguardia. Iā diu consenuit ea querimonia. Nam qui nouissimis annis ibi reman-
 sere nostri mercatores, malè sunt habiti, in vincula adēptis rebus omnibus cōiecti: nec
 satis potuit sperari de illa rerum restitutione. Nā personæ diu in vinculis habitæ ex mā-
 dato magni principis Musgouiæ, postea dimissæ, quum reditum pararent in patriā, ma-
 gna vi tempestatis interceptæ perierunt in mari. Retenti aliquot obfides, incertū quan-
 do liberandi. Eam mercatorib. illatam calamitatē inde multi autumant, quod inter Da-
 niæ regem & eundem Musgouiæ principem multæ fuere legationes, specie quidem de
 rebus Sueciæ: sed multorum præterea aliorum tum putant habitā rationem. Rex enim
 Daniæ fertur insimulasse Lubicēses, quod procures Sueciæ in se multis fouerēt occul-
 tis consiliis, ne regi pareāt: quæ suspicio multorum fuit origo malorum. Et tamē in exi-
 tu rerū compertum habebat idē rex, sine causa insimulatos bonos viros. Sed tū in mul-
 torum animis ea pertinaciter insedit opinio, ambasiatā crebrā inter principes memo-
 ratos effecisse, vt tū nostri mercatores in Nouguardia tenerētur. Verūm Reualix irro-
 gata cōtumelia eidē Musgouiæ magno principi, magis potuit animū eius exasperare: q;
 improvidē ferunt esse dictū, quū in horrendo flagitio deprehensus ibi Russus incendio
 consumeretur, si ipsum tenerent principē, in eo flagitio, quo modo canē concremarēt.
 Id quum renunciaretur, fertur excāduisse in irā vehementer, & ex eo die machinatum
 deteriora omnia. Magnę ibi amissæ merces: sed mai⁹ malū calamitas victorū: maxima
 verò iactura per eam occasionē in mari pereuntium iuuenum. Ipsum verò principem,
 quum audiret indignam vocem, ita ferunt ira incaluisse, vt fracto quo utebatur baculo
 vir grandæuis, inque terram deiecto, in cœlum suspiceret, diceretq; frendens, *Vindica*

CAP. 21.
1497.
*Causa valde
implicata nō
potest expedi-
ri.*

*Ciuitates Hæ
se apud Fran-
corum regem
quaruntur.*

CAP. 22.

*Simultatum
causæ inter
Danum &
Musgouiæ
principem.*

Deus, & iudica causam meam. His rebus ferunt incensum in nostros. Tum verò ciuitatum oratores decreuerunt ambasiatam mittere in Liuoniam, quæ cum Liuonienfibus ageret super tota causa, ad res componendas inter eundem magnum principem, & ciuitates de Hansa. Transierunt illi magno per terram itinere ad cõtermina Russiæ: & cõcepto aliquando tractatu, quum viderent per fraudem se corona cingendos & includendos, abducendosq; retro tulere pedem, nulla memorabili re cõstituta. Nihil enim barbaro illi de fide, nulla eum minus res angit: qua ex causa periculosissimè cum illo agitur.

CAP. 23. PER eandè tempestatè clerus in vrbib. Lubica atq; Hamburgo, fœlicius agere videbatur quibusdã quàm vellent. In Lubica quidã abusi sunt permissa libertate, q; cereuisiã inuectã, sine discrimine minutatim venderet: & rem vsib. permissam necessariis, 10 verterunt in quæstũ. Constituit senatus, vt quoniam priuilegio abuterentur, amitteret, soluerentq; in reliquum axisam (sic vocant vectigal) cũ cæteris. Omne onus rei publicæ incumbere populo, quũ clerus nihil faceret: nihil in tantis opib. clerũ conferre publicis impensis, videri onerosum. Clerus papalia & imperialia sui ordinis præferebat indulta, permissionis vsu diuturnũ, & in his orare, vt sineretur permanere: alioqui nosse illos quomodo quæq; oporteat pro suo ordine decertare. Magno quidẽ apparatu res inchoata, interuentu põtificis cõquieuit, abusi b. reformatis. In Hamburgo molestior erat causa, q; populus cũ patrib. in suspicionẽ venerat, per clerũ fieri occultis machinationibus, vt in Romana curia & senatus & ciues vexaretur: idq; ex literis inconsultè ab vrbe missis in nomẽ quorundã falsò efferebatur. His literis quasi Euangelio creditũ: pro cõper- 20 to fuit, omnia ex clero in illos machinari. Ex hac radice amara pullularũt germina pessima. Cõstituit senatus inter ciues, vt in domibus, quas paucas habebat clerus, nemo quæstũ faceret. Erant nonnullæ coctiles ad faciendam cereuisiã (in quib. potissimus & vberimus eius vrbis est quæstus) & aliæ casellæ: per eã constitutionẽ vrgere volẽtes, vt clerus eas domos diuenderet, & in laicas manus reduceret: quod ex quadã concordia fieri oportere prætendebãt. Interea id quoq; postulatum à clero, vt muris, & fossatis, & propugnationibus, ad comunẽ defensionem magno sumptu factis, faceret contributionem. Dũ ea res in deliberatione pēdet, patres ipsi (quod factu perniciosum erat) vocatis in prætorium ciuib. articulos supra sexaginta cõtulerant, in clerũ conceptos, singula capita declarantes. Id quid erat aliud, quàm ardentẽ odiis populum in clerum protinus 30 inflammare? Clerus deputatis nõnullis adiit senatũ, intelligere cupiens quid ea sibi vellent accusatio apud ciues, non vocatis qui responderent. Iudices non erãt, qui querimoniam acceperunt: ipsos patres pro sua prudẽtia futuros mediatores, si quid inter clerum & populum esset quæstionis. Si docere volebant populũ, aduocandi erant qui responderent: si inflammare, hoc eorũ grauitati & prudentiæ non congruere: nosset quid de eorũ ad ciues pcepto iura cõstituisent, vbi ex indirecto adimitur clero suo libertas. Orare vt ad amicũ sup omnibus cõtroversiis tractatũ clerus admittatur: exhibitũ quoq; (si hoc mallẽt) clerũ esse paratũ subire compromissum. Vtrunq; negatum est: neq; .n. in re (vt dicebãt) semel imò crebrius acta & cõstituta, literisq; desuper sigillatis cõprobata, aut tractatũ aut vllũ pateretur cõpromissum. Clerus concordia, quã illi prætenderant, nullius esse momẽti asseruit: etiã id nõ de suo capite, sed ex iuris diffinitione, per arbitrorũ 40 discussionẽ postulabat declarari. Sed nihil tũ pfuit. Inter alia quoq; oratũ, agnoscerent sacerdotiũ etiã de veteri iure, pertinere ad publica bona: non esse alienũ vrbi clerum, in qua ius habeat ciuilitatis: multi ciuiũ filij, sed & aduenæ ius teneret ciuitatis: q; foris acciperent, intus infumeret. Vt saltem permittatur libertas clero in vtendis domibus, quæ religiosis foris daretur, qui totos dies eueheret. Nulla æquitas impetrauit. Nam radix amara (quã diximus) ignoratè clero, omnia ea subuertit. Per qualemcunq; tamẽ viã effectũ est, vt ex octo coctilib. quatuor distraheretur, cæteræ ad eũ diẽ quo de omnib. constitueretur, teneretur. Promissumq; clero q; de veteri more de eorũ redditib. curaretur, seruareturq; in reliquũ qd' ab olim esset seruatũ, nullo nouo dato, nec veteri detracto. 50

CAP. 24. INTEREA mittunt ciuitates Wandaliæ omnium nominibus legationem suã in Flandriã, ad transigendũ super negotio processus cõtra mercatores habiti, in causa captæ olim biremis. Aderãt Gdanenses, superuenere Colonienses. Primũ cum Anglicis Bruggis agebatur, vt erat discessum ante bienniũ. Sed prima (vt solebat) cauillatio de mādato ciuitatũ, in quo diuturna & perplexa erat disputatio: gaudentib. Anglicis qualicũq; occasione

occasione distingere tractatũ causæ principalis, in qua nõ bene sperabant. Vt tamen ventũ est ad principalia, eadẽ quæ solet tergiversatio, de violatione immunitatũ, quæ nostris p tineret in Anglia. Misere regij nunciũ ad regẽ, scripseruntq; oratores ciuitatũ: sed illi remãtere sine respõso. In summa hoc agebatur tacitè, vt pertẽsos vrbium oratores doceret, regẽ in suo regno requirere, si qd vellent: qd summus põtifex, qd Imperator, qd reges Christianissimi nõ recusant, si qd ex eo velint. Exitus tamẽ is erat tractatũ quæ solet, vt in bienniũ treugis cõstitutis, gauderet quæq; pars sua immunitate, pēdentes quoq; causæ conuiesceret. Hoc nouissimũ etsi instãter petitũ crebriusq; repetitũ esset, nõ satis apparebat quid animi in ea parte haberet Anglici, omnia reiiciẽtes in sublime Parliamentũ.

CAP. 25. QVVM ad regẽ Angliæ iret nuncius, ne quid tẽporis infructuosè labatur, causa Florentinorũ mercatorũ lōgo circuitu est acta. Misit princeps dominus Philippus ex suis, qui se mediatores faceret ad rem componendã, præfidentẽ Flandriæ, supremũ baliũ, & aliũ doctorẽ: qui postea Bruggensis proconsul rẽ omnẽ perfecit. Sed illi tum nihil facere poterãt, q; parti actrici nihil impendendũ esset ab orientalib. Cum Bruggensib. verò actũ est, vt si illi quouis pacto inuenirẽt viam adimẽdã nostris molestiæ de processu, maneret nostri mercatores in prouincia, & ciuitati vt possent, cõmodaret: alioqui populariter exituri in Franciã aut Hollandiã. Illi diu deliberauerunt. Venit in memoriã negotium emporij nuper Lubicano conuentu conclusum, sed de Flandrensi bello non cõsummatum. Visum est Bruggensibus, si id procederet, inuenturos viam qua adimerent nostris omnem de processu molestiã. Diu laboratum est cum aduersa parte: magno cre fuerat quietanda. Ibi multũ fluxit temporis, priusquam cõstitueretur qua summa mercarentur Bruggenses pacem orientalibus, ab sententia. Cõuenit deinde, vt magno æte expromisso Bruggenses acciperet literas. Facta est illis certitudo ab oratorib. Hanse, cõseruandũ Bruggis ius emporij ad formam constitutã in conuentu Lubicano. Causa in sublimi concilio diu vtilatur, maximè annitente domino Rolando doctore, & procõsule eius oppidi: q; ipse in cõcilio esset domini ducis. Dedit Philippus dux literas, cõfirmavit patris sui constitutũ super eadẽ re. Oratores aut orientaliũ, omnibus in oppido Bruggis cõstitutis, principi in Gandauo se obtulerũt, gratias agentes q; rebus finem dedisset: orãtes vt à magnifica & illustri dominatione sua cõstituta, perpetuũ robur obtineret: polliceri de sua parte, vt hinc ab nostra diligẽs quoq; curetur. Admonuit, nõ habere se in vniuersis suę ditionis prouinciis vllã vrbẽ, cui sit magis affectus quã Bruggẽsi. Et tamen Hollandini cum Phrisiis, non diu post obtinere declarari in sublimi cõcilio, se non cõtineri in generali cæterorũ cõstitutione, vt exempti haberetur ab obseruatione iuris emporij: Stapulã illi vocãt. Idq; princeps, solenni missio ex corpore cõcilij nuncio, curauit orientalib. intimare, cum postulatione vt pro exemptis illi haberentur. Sed non poterat illi dari fructuosum de super responsum, q; abessent multi quorũ interesset.

CAP. 26. Quo tempore per brumam Hamburgenses cum plebe patres, nouo more & prudentibus viris alieno, capitulũ ecclesiæ illius coangustabãt, vt cõcuterent, extorquẽtes iusto metu quarundã rerum expromissionẽ. Nam instructis antè & inflammatis odiis ciuium ad hoc euocatorũ, magna manu collecta, senatus cũ illis postulauit, capitulũ adesse in capaci refectorij loco, ignorante clero q; tanta essent aduerti multitudine: alioqui sibi quisq; cõsuluisset. Nõ erat insolitũ venire totũ vrbis conciliũ, ad tractandũ cum capitulo: idq; tũ expectauerunt. Illi verò multitudine circumfusi venerãt. Ibi quũ aliquantæ querimoniarũ, in clerũ præsertim & capitulũ, speciatim quasdã psonas ex nomine designatas, intenteretur, q; perperã clerus (& præsertim in eo maiores) in populũ ciuitatis & conciliũ ageret, suggerentib. illis vt in senatũ causæ in Romana curia excitareretur: & q; in manib. fuissent psonarũ de capitulo, vt facilè terminaretur, eò esse missas, vt vexaretur vrbis conciliũ: ita vt malè iudicãtes fecerint causas suas. Priuatim ciues nõnulli suas quoq; querimonias detexerũt in personas: & iã inflãmati ira & odio ciues, non sunt passim respõderi obiectis. In summa, post multos clamores & incõditas rixas, ciues ipsi vrgẽtes capitulũ concusserũt, ea constituẽtes quæ sequuntur: Si vnã secũ in vrbe vellent in reliquũ cõmorari, quatuor ista capita subirẽt: causam Ellinghusen duæ ex capitulo personarũ exciperet terminandam: quæ insimulabãtur, q; malitiosè illã nõ terminarint, quũ potuissent. In causa fontis: quæ pēdere dicitur, agerẽt pro decreto senatus. In causa monachorũ, traderet literas sigillatas. Et si cõprobaretur, vnũ illum qui abesset ex capitulo,

Plebs de clero conqueritur.

Hamburgi inter clerum & populum discordia.

CAP. 25. Cũ Bruggensibus orientalibus paciscuntur.

CAP. 26.

Hamburgensis populus cũ clero exposulat.

qui criminaretur, falsum deposuisse in Romana curia, illam causam capitulū in se susceptam, eius nomine terminaret. Simplici & violenta concussione vsi, voluere sine cōtradictione, vt antequā discederent, capitulū assentiretur adiicientes, quōd si non satis numerosi adessent, curaturos vt adesset maior multitudo. Quid facerēt inter angustias deprehensi capitulares? Ibant quōd necessitas & iustus metus impulit. Eam tamen in causa fontis adhibere speciem, vt senatus quasi medius inter capitulum & ciues, quos ea res tangeret, esset. Sed ita mediator factus est, vt ne vnū assensum remitterēt: ludibrio habiti ad incommoda videri possunt. Quis in extrema barbarie grauius aliquid formidaret? Ne publico non actum videretur concilio, aderat senatus hæc audiens: passus etiā dissimulanter, vt staret in conspectu ex eorū familia turgidus minister, qui armis & igne minaretur prædiis & personis capituli. Egregiam verō laudem, & memoria dignam semperiterna, ab iis viris qui publicè præsidet, tale aliquid institui & authorizari.

CAP. 27. PER eadem illa tempora Iohannes comes de Aldenborg, quum nō æquo ferret animo, fratrem Ottonem, Bremensem canonicū, in electione archiepiscopi esse præteritum, eiq; prælatū virum plebeii generis, antè diu maiorem ecclesię præpositū: cōparatis armis mouit in Phrisiam illi propinquam, quę ecclesię debuit parere: Stadland, Blexen, Buddiaden vocant, q̄ ad Iaderam fluiū colunt. Eamq; accepit in ditionē, ac tenuit, in castellatis ecclesijs: q̄ præsidia alia ibi non essent. Magnus iunior dux Saxonie inferioris, quum antiqua ditione teneret Hadeleriam, vicinā illi Wurfatiā cogitauit inuadere, patre ad omnia quieto. Id Bremenses Hamburgensesq; nō passi, inito fœdere cum archiepiscopo Bremensi, cōmunibus viribus ducunt in Hadeleriā, eamq; vi occupant. Magnus dux apud vicinos principes conquestus, q̄ patrimonium illi suū adimeretur, effecit, vt ex communi principum fœdere literæ conscriberentur ad eam gregiariorum peditum manum, quæ se Guardiā appellauit. Plurimū tum terroris nomine ipso præferebat, q̄ rex Danię recēs per eam occupasset Sueciā. Venit sub brumā ea hominū colluuiēs, & ex Aldēborg in dicecesim Bremensem traicere cōstituit. Id quū non posset obseruata per incolas aduersa ripa, retrovertit iter per Verdensem ciuitatē: nemine prohibēte transierunt. Nā episcopus Hildesemensis, idemq; administrator Verdensis, cōstituit se illis obiacere. Vbi verō auxiliū quod expectauit, non sensit, noluit alienam causam facere suam. Itaq; Bremensem dicecesim quā poterant contingere, vastauerunt. Ex terra Luneburgē si aduecta sunt illis quæ poterāt alimēta, ex vicinis vrbibus nihil sunt assequuti: & ideo insigniter esurierunt. Oppida Stadiū & Buxtehude tentantur: sed immiserere Hamburgenses vtriq; præsidium, vt defenderentur: neq; gelu tantum durauit in glaciem, vt vndiq; oppugnarent. Vnde etiā factum est, vt vetus quæ dicitur terra, maneret immunis. Quid faceret archiepiscopus à militaribus suis non satis defensus, qui maluissent ex Saxonie ducibus vnū archiepiscopū? Id etiā tum intentabāt. Sed respexit ille in ducē Brunswickensem Henricū, cuius filiū, consentiente capitulo, nec audēte repugnare militia, elegit adiutorem. Illico Henricus dux arma cōtrahit, equites peditesq; vt exigat dicecesi hostes, à vicinis ciuitatibus pactus pecuniā, si illos fugaret gregarios, ita vt nō alibi formidētur. Paratus inuadere, ab oratoribus regis Danorū reuocatur, qui eam manū conduxit ad stipēdia. Igitur armis dux abstinuit, passus eos transportari in Holsatiā per Albim, prius tamē recuperata Hadeleria pro Magno duce. In quorū abitu exusta sunt monasteria vetus & nouū iuxta Buxtehude, puellis se in oppido cōtinentibus, Tzeuena & Porta cœli: dissipatis virginibus leuiorē sensere manū. Hartzeuelde exurit. Beatæ Marię apud Stadiū ciues, veriti hostibus fore receptaculum, antè confregerunt. Hic fuit exitus vastitatis.

CAP. 28. INTERIM Hamburgenses, quum ignorarent quid sibi ea res vellet de conducta per regē Guardia magna, quū essent extra gratiā sui ducis Friderici (quōd piscātes ex ea vrbe in Sacra, vt vocāt, insula, tumultū cōciuisent, in quo ducis officarius caperetur) nō satis constitutū habebant quid sperarēt formidarētve, vbi prospera fuissent militatibus omnia. Vrbem suam per mediā brumā vallis & fossatis cōmunierunt, magno nimirum & sumptuoso opere, quod extat. Misere tamē nunciū qui rem apud ducē componeret: idq; factū est paulo antequam expeditio procederet in Thietmarsiam. Pendebat omnis res ad exitū belli in ea terra. Sed per eam stragē, quam in Saxonie ibi factā diximus, res quieuerunt. Iohannes tum etiam, comes de Aldenburgo, quū prosperis reb. Thietmarforū animū induerent Phrisij, rursus est exactus, terraq; quam occupauit, in pristinū statum

tum est redacta. Sed quū Albertus dux Saxonie Phrisiā occidentalem tum rediens cum exercitu, pulsus aduersantibus, haberet ad vota, oppidū Groningen, opitulante Edzardo Phrisie orientalis comite, oppugnauit. Quumq; ibi res nō procederet, ipseq; Albertus in castris finem viuēdi faceret, nihil etiā renouatur in aliis palustribus. Hic est rerū status vsq; in m. d. annū. Cætera Deus bene vortat. Quod verō ad causam cleri pertinet in Hamburgō, ille quū esset cōmonitus (vt diximus) ante duos annos à senatu, vt ad munitionē vrbis cōtribueret, dum muri, turres, valla, fossata firmarētur, respōsum dedit, Quamuis ostendant vtriusq; fori placita iura, quid ille casus deposcat, nō vsurum tamē clerum eo perfugio, si liceat ei cōtrahere cum senatu (*faciendo vt faciant*) & gratia ei repēdatur pro facto: nō refragaturū quominus faciat pro viribus. Et quū à ciuib. suggereretur vt ab omni clero vnus anni redditus deposceretur, triēnio per partes dādus: nimis hoc visum est exorbitare, quū ex ciuib. nemo tantum susceperit oneris. Et quū obiiceretur de annuo multiplicatoq; ciuium impendio, replicatum est à clero, nunq̄ prætermisum clerū, quominus in omni arduo negotio, quod immineret, cōtribuerit reddituariis ex marca solidum, aut conforme aliquid. Obtenditur multa esse annua millia, quæ clerus intra vrbem possideret: vt eius rei certum aliquid comperiretur, simul vt intelligeretur quātum posset de suo clerus conferre, siquid magnum ediuerso promitteretur. Inuētum est, nō esse quartam eius summæ partem quæ à laicis putaretur esse apud clerum. Post omnem tamen diligentiam, quum non posset clerus ea re commercari quod cuperet, spontanea contributio conqueiuit: deq; iuris dispositione apud comprouinciales facere sponondit capitulum diligentem perscrutationem, & ex commodo se illis responsurum.

LUBICENSIS mercatores iam diu fauorem nullum sensere in Danię regno, quū naufraga bona nō redderentur iustis dominis, & nonnullæ naues captæ cum mercibus nō restituerentur: insuper immunitates mercatoribus in regno dudum permissæ & indultæ, malè seruarentur: quum magna rerum pars clam rege, & eius iniussu (quod postea apparuit) ageretur. Querulantibus aut non tam promptè de iustitia satisfaceret, q̄ rex suspicione in Lubicensem senatum non vacaret, per illum occultis agi machinationibus. vt Suecimus parerēt, magis autem rebellionem regi ostenderent. Nouissimè, quum iam rex missis in Lubicam oratoribus, pōtifice, milite ac viro militari, insinuaret illis perfidiā in se procerum Suecię, quibus dolis & insidiis pertentassent vitam illi eripere, qua vi & iniuria reginam cōthoralem detinerent: his reb. cogi regem arma in illos parare: hoc vicinitatis affectione deposcere, ne regno inuehant cōmeatus. Id si minus putauerint regiæ dandam amicitiam, sciant pro hostibus se habiturum quoscūq; in mari inuenerit hostibus. robur inuehere. Vbi quum Lubicenses obtenderēt causam ad se nō pertinere, nec sibi placere rebellionem Suecorum, aut regis in personam & reginę collatam iniuriam: cæterum mercatores, omnibus reb. neutrales, incolumē habere nauigationē fas & iura sinant: regii oratores mādata sua renouant, & abeunt. Idem nō diu post ex Scotia missus à suo rege miles, per oēs maritimas vrbes publicabat, regi suo esse in animo, auūculum suū, Danię regem, ab iniuriis Suecorū vindicare: proinde si quis inuentus sit qui arma, cōmeatus, aut res vllas solatio Suecorum importet, pro hoste habendum. Mercatores magno se rerum detrimento queruntur arceri, q̄ habeant merces & pecunias & socios mercaturæ suæ in regno. Rex iubet asseruari mare. Apprehēsa est Lubicana nauis de Liuonia ciuitate Rigeni denauigās. Ea ab regiis capitur, q̄ diceret merces vectare Suecicas. Magnus in vrbe ciuium clamor exoritur, senatum nimiam prætereendere ad iniuriam ciuium patientiam: aliter sensurum, si illorum priuatas opes rex inuaderet. Missæ ad regem literæ, missi nuncii. Quum nihil impetrarent, obseruatum quo tempore Dani multiseorū nauibus in portu essent Lubicensi: oēs sub arresto ponūtur: nauitæ & mercatores, porrecta dextera, pro captiuis, donec laxentur, habiti. Vbi pernotuit res in Daniā, mirati sunt multum cur id paterentur, qui cōmeatus oēs vrbibus inueherent. Sed tamē quia res aliter ad iustū tractatū perducere posse nō videbatur, fecerat senatus quod à ciuib. velle cogebatur. Interim vadunt & redeunt literæ inter regē & vrbem: & quum nihil amicū hinc atq; illinc resonaret, parantur arma in inuicē. Primi Lubicenses accipiunt gregarios pedites vnde cunq; accurrētes. Malignum genus, vulturio olfactu sentit vbicunq; paratur cadauera. Cōscribunt nauticum populū, aliquanta millia. Inserit se reb. primūm distindis, inde (si fieri pōt) etiā cōponendis, dominus Fridericus, Sleswic & Holsatię dux, germanus fra-

Groningen à
Saxone oppu-
gnatur.
1500.

Quid à clero
Hamburgensi
populus postu-
laret.

CAP. 29.
Res Lubicen-
sium non val-
de bono loco in
Daniā.

Danus bellum
in Suecos pa-
rat.

Lubicenses dā-
num à Danis
acceptū dam-
no cōpensant.

ter regis. Vadit in urbē suo stipatus cōcilio: incipit causam pertractare. Sed illas tū volue-
re Lubicēses cōditiones, quas dux neq; expromittere neq; ad effectum perducere fide-
ret. Fiūt vtrinq; quum nihil cōcluderetur, p̄tationes ad effectum, vt quæq; pars iusti
speciem obtenderet. Aderāt. n. pro parte regis nōnulli ex terræ primoribus. Sed quoniā
amborū principum vnum est per Holsatiā concilium p̄cerum, quicquid mediatoris of-
ficio dux interponeret, ita est acceptū, quasi ex altera parte sonaret. Vnde factū est vt ni-
hil inter illos tū ageretur. Ita tamē disceditur, q̄ si regi videretur, iterū super iisdē reb. cō-
uenirēt. Missus ex primorib. vnus, qui regē doceret super iis quæ essent in cœtu vētilata.

CAP. 30. ERATO in tēpore in prouincia nō longinqua, reuerendissimus dominus Raimū-
dus, tituli sanctę Marię Nouę presbyter cardinalis, Romanę sedis in Germaniā de late-
re legatus, qui Iubileū publicaret per Germaniā, pacaretq; prouincias, & oēs dissidētes
in Germania cōponeret: vt vnanimi consensu bellū p̄fidissimis hostib. Turcis indicere-

ret: in cuius belli neruum, omne ex prouinciis aurū collectū ex facultatib. legati reponeretur. Is nihil duxit antiquius, quā arma, q̄ inter regem Danię & potētem urbē acue-
rentur: manibus excutere properauit, quantū valetudo p̄misit aduersa: erat. n. podager.
Et statim ante paschalia magno honore excipitur à ciuib. in urbē. Peractis sacris ex mo-
re p̄ diem festum, vt à summo Deo ordiatur, instituit & in ea vrbe & in omni circum re-
gione, apparatissimis stationib. inuocare pacis authorem Deum vt inspiret consilia pa-
cis. Euocat vicinos principes, dominum Magnum, principem & ducem Magnopolen-
sem, & memoratum dominum Fridericū Sleswicki & Holsatię ducē: quos treugis sanc-
ēdis, & deinde reb. cōponendis, habuit adiutores. Exciuit præterea ecclesiasticos viros
industrios, gerendis reb. idoneos: & ingenti sacrorū apparatu venerabile Christi sacra-
mentū effertur manib. episcopi Lubicensis per urbem. Præcedit clerus in vestib. sacris,
sequitur & circūfunditur populus: Christo vbiq; laudes p̄sonāt. Impleto per urbē circu-
itu reditur ad maiorem ecclesiā. Ibi sub diuo, in area cœmeterii, ad latus p̄tificialis cu-
rię, suggestū fecere multorum capax. Arā instruxere, aulæis à latere & à tergo penden-
tibus. Ipse legat⁹ sacra peregit pontificaliter, magna circūstante populi corona, ac pluri-
ma deuotione diuina mysteria fulciete. Habebat in ministerio & in familia comitē de
Kirberg, officio sacerdotē, ducē verbi ad populū: qui cardinalis ipsius sensa Latino ser-
mone proposita, alternans, populo interpretaretur. Alii quoq; ad populum, qui multus
erat, nec vnū posset exaudire, in parte diuersa loquebātur. Proximis verò dieb. agi cœ-
pta est causa, & per dies multos vix ad placita temperamēta perducitur. Aderat pro par-
te regis episcopus Ottoniēsis, de regia mente plenissimē instructus: iungitur illi, honoris
gratia, vir primarius ex Holsatia. Detegūtur querimonię, fiunt hinc atq; inde responsa:
crescunt partium indignationes, augetur irā. Dum hæc agerētur, visum cardinali ex-
re, vt angusto & breui consilio res agantur: sic. n. promptius mandata exponūtur, synce-
rius partes loquuntur. Delecti numero tres ex mediatoribus, ecclesiasticus vir, & duo
seculares, qui cum partib. loquantur secretius, & fidei cōmendata perferāt, non effusuri
priusq̄ opportunum videatur. Teruntur aliquāti ea in re dies: magnę prætendūtur con-
ditiones, si ex aduerso pareatur iussionibus. Sed mira erat rerū perplexitas: dū retexere
parant, magis atq; magis intexunt, & inuoluunt magis q̄ euoluant. Caput erat omnium
rerum, si Lubicenses Suecia abstineant, donec perduelliones ad iuga cogantur. Id diffi-
cile visum mercatoribus, magnā rerum suarum partem tenentib. in Suecię regno. De-
mum in has leges vtrinq; consentiunt, vt naue onerata in Sueciam mittāt Lubicēses ex
suis consulares oratores qui reginā ē manib. eorū extrahāt, persuadeantq; regni p̄ceri-
bus, vt ad pacis tractatū occurrant in diem Laurētii in vrbe Sundensī. Mittit quoq; reue-
rendissimus dominus cardinalis nunciū specialē ad liberandam reginā. Deinde sup ir-
rogatis damnis ea capita sunt à partib. approbata, vt designatę naues cū reb. restituātur:
de aliis proximē conueniāt vtriusq; partis oratores in Holsatiā, atq; obscura dilucidēt:
mercatores in regnis fruuntur immunitatib. pristinis: æs alienum Lubicensib. debitum
exoluatur. In eam rem nouissimam fiunt fideiuffores, d. Fridericus regis germanus, epi-
scopi, Ottoniēsis, Lubicensis & Sleswickcēsis, milites alii, ac militares Holsatię. Quibus
etiam ea lex dicta est, vt nisi in diem sint æra soluta, vbi admonerentur, ciuitatem ingre-
diantur, non egressuri anteq̄ omnia numerentur. Quumq; differretur solutio, vocātur:
veniūt. Dux ipse vocatus non aderat: nam tenor literarum (vt apparebat) illū exemit. Fit
de inte-

Holsatus con-
cordiam sacri
re studet.

Papa legatus
in Germania
cum indulgen-
tiis, ad res cō-
ponendas.

Vnius concio-
nis Latina va-
riis in lo-
is interpretet.

Perdifficilis
controuersia-
rū conciliatio.

de integro cunctorum numeratio: ambigua tamen quædā referuntur arbitris electis.

CARDINALIS legat⁹, treugis peractis, ac vbi in literas à se figillatas forma cōposi-
tionis cōiecta est, diuinū officium in gratiarū actionem fecit iterari solēni ritu. Visę sunt
multorū lachrymæ gaudiosæ. Tum verò p̄ Hamburgū iter faciēs, vbi ex dignitate susce-
ptus est, egresso foras omni clero in albis: quū primores populi, senat⁹, ac ciues maiores
ordine suo starēt ad portas, mediū excipientes venientē, quū longo ordine stātes plateā
penē implerēt. Ducitur in ecclesiā primam, ibiq; orans procūbit. Leguntur ad hoc cō-
stitutæ p̄ces. Habēda fuit oratio Latina: sed eā differri fatigat⁹ itinere iubebat. Ingres-
susq; hospitū, curiā domini cantoris ad montē, salutatur à senatu cū munerib. primū cō-
meatū. Inde quū iam ad proximā dominicā, solennē processionē & sacra p̄tificialia,
lustrata ciuitate pagere disponderet, ordinatū est sublime suggestū in cœmeterio maioris
ecclesię ad vicinā curiā lectoralē: ibiq; post lustrationē sacra ipse peregit legatus, solēni
semp benedictione subiūcta, in qua erat plenaria remissio. Comes illi ministrabat p̄ dia-
cono: dux Brunswickcēsis Christophorus, adiutor Bremensis, & iam postulatus & con-
firmatus Verdēsis, subdiaconiungebatur ministerio, adulescēs quindecim circiter an-
norū. Verbū cardinalis Latinē prolātū ad populū, comes faciendus interpretatur populo.
Quotidianæ tamē erant aliis quoq; in ecclesia horis ad populū exhortationes p̄ quęsto-
res. Ex causis maiorib. eo in loco attrebat inter ducē Luneburgēsem, & ciuitates Lu-
bicā atq; Hamburgū, sup iure aggeris in Gamme: sed nihil potuit perficere. Magnū du-
cē inferioris Saxonie clero Lubicēsi recōciliauit, quū multi redditus ex agris eius essent
à clero coempti, & ex multo tēpore non soluti. Aderāt Magnus & Ioānes duces fratres,
filii Ioānis: & cōstituti pactationibus, res cōuenisse videbatur. Clerū Håburgensem quū
laborare intelligeret sub dura manu laicorū, perfecit vt causa in cōpromissū deuoluere-
tur: qua etiā via nō diu post tolerabiliter sedata est, per diligentia duorū ex Luneburgo
p̄consulū. Religiosos idē legat⁹ visitauit, verbo exhortationis vsus, vt disciplinā regula-
rē amarēt, repararēt, obseruarēt. Maiorib. etiā p̄cepit sub excōmunicationis p̄na, vt
intra mēsem susciperēt Martinianā. Intra annū inchoarūt, quū etiā p̄dicatores reforma-
tionis verbū prætenderēt. Clerū eius loci adhortatur, vt in sanctitate & iustitia Domino
seruiat, præticipiēs nihilominus cōcubinariis, vt intra mēsem domus suas purgēt cōcubi-
nis, sub excōmunicationis latæ sententię p̄na. Ibi sunt multi laquei animarū, quos ma-
gno suo periculo dissimulat vulgus sacerdotū. Profectus inde cardinalis legatus Stadiū
peruenit: & introductus ex more, solennem ibi quoq; peragit stationem: & causam ibi
cœpit agere inter archiepiscopum Bremēsem & Lubicēsem, quū adessent euocati Hå-
burgo & Luneburgo cōsulares oratores. Causa fuit cōmissorum vectigalium quū nun-
cius soluendi vectigalis eam vrbis portā diceretur ingressus, quæ declararet nauim iam
fuisse prætgressam oram fluminis Swinge. Multa vtrinq; collata sunt: sed nihil pote-
rat ad exitum peruenire. Erat enim fascis vna pannorum iam per manus discerpta. Cō-
promissum est sub spe satisfactionis principalium: sed quum non acciperent, euanuit.

MAGNVS interim dux Magnopolēsis, quū intelligeret argenteā monetā, quā ex-
cudi iussisset, imparē Lubicensi in pōdere & valore (illius tamē instar habentē in estima-
tione) plurimū sibi importare detrimenti: cōstituit, ea posthabita, & ad veram æstima-
tionē retracta, æquare malleū suum vrbib. in moneta Lubicensib. cōcurrentib. Idq; pri-
usq̄ implet, rebus excessit humanis, cōploratus à multis, q̄ iā publica cōmoda impri-
mis curaret. Ipsi quoq; Lubicenses plurimū laborauere, vt eā excluderent monetam q̄
auro parificata, antiquos tamē redditus nō minueret: q̄ res nō adeo à maiorib. perpen-
sa, dici nō potest quantū detrimētū importauerit cūctis. Consiliū in eo fuit, vt auri Rhenē-
sis valore retracto, argentū in precio versaretur, argento soluerēt fructus & redditus: illa
tamen æstimatione habita, nequid solito minus esset in argento, neve posset cum lucro
deuehi in officinas monetariorū. Cōsiliū quidē rectū, sed quod executioni difficul-
ter possit mādari: & adhuc quęritur quomodo in vsum perducatur. Hoc. n. prospiciunt
futurū, vt exteri, qui auro solēt emercari, aliò diuertāt, priusq̄ aurum suū à iusto valore
sinant retrahi. Sed hæc interim. Princeps memoratus, vbi finierat, tumulatus in Dobran
Wismarię, vocato magno principum cœtu & omnis ordinis militaris multitudine, me-
ruit solennes, & in hac prouincia necdū cōspectas habere funerales exequias. Germanus
eius dominus Balthasar, & maior filius Hēricus, reb. p̄feruere. Officiū diui Georgii tem-

CAP. 31.
Apparatus
ceremonie in
legati pontifi-
cii aduentu.

Questores in-
dulgentiarū.

Communitas
Magnopolen-
sis implen-
tia

CAP. 32.
Magnopolen-
sis ducis mors.

Rei numaria
adequande
difficultas.

Quib. ceremoniis Magnopolensi parentatum sit.

plo peragitur: die dominico ad vesperū, solenne vigiliarū, mane proximo missarū solennia hoc ordine implebatur. Ante lucē missa solēnis de sancta Trinitate peragitur: officium impleuit abbas Dobranēsis. Interim ad omnia ecclesie altaria, fratres minores, eius loci, de Rostockio deq; Zwerino euocati, ministeriū sacrū Dominicæ oblationis, alter post alterū peregerūt. Ad altare summū tum oblationes fiūt. Primi principes, Balthasar germanus, Henricus & Albertus filii: nam Ericus aberat in studio literarū Bononiæ. Inde multorum principū oratores, domini Magdeburgensis archiepiscopi, domini Ioachim marchionis, domini comitis prouincialis de Hassia, domini Henrici Luneburgēsis, domini Bugslai Stetinēsis, domini Magni inferioris Saxonie ducū. Hos sequebatur ecclesiarū prælati & canonici, tum etiā plenius q̄ alias congregati: q̄ imminebat electio, vacante per mortē Conradi sede Zwerinensi. Inde viri militares terrarum principib. parentium. Quo longo ordine expleto, venere scēminæ ducis germanæ, fratrum coniuges, nūc altera relicta vidua Magni. Sequitur cœtus dominarū militariū, vno habitu, demissis pelis. Pullati oēs viri ac scēminæ, nec erat in omni cœtu color alius: nisi q̄, solus episcopus Lubicensis rubro galero, & dominus Raceburgēsis lasurio videretur pallio. Ascēdit deinde pulpiū in ecclesia media quidā euocatus aliū de ex doctōrib⁹, qui Latino eloquio ad circūfusum vndiq; clerū funeralē declamaret orationē, ad perennandā memoriam defuncti principis. Ea extat scripto non paucis tradita, huic operi ad imitandum inserta.

CAP. 33.

Oratio funebris in ducis Magnopolensis obitum.

IN acerbo plurimoq; mœrore, quē ab exitu inclyti principis domini Magni, verē magni, ducis Magnopolēsis, Wandalię principis, comitis Zwerinēsis, Rostockii & Stargar 20 dia terrarū domini, cōtraxi, illustres principes vtriusq; ordinis, magnifici illustrissimorū & illustriū principū oratores, vosq; omniū ordinū viri primarii, hoc me vel maximē cōsolatur, leuatq; dolorem, q̄ necdum in hoc amplissimo cœtu cōuentūq; maximo, sed nec in omni, quæ latissima fuit, eius ditione, neq; in omni circū regione, ad quā virtutū eius fama manauerat, videam neminē qui nō mecum qd̄ doleā doleat, nō pariter ingemiscat. Quis. n. non animo moueatur, cernēs vnus in morte tantā rerum fuisse interceptam cōgeriem? tam ingentē virtutum subductā supellectilē? Inclyti principes mei magnā in eo fecere iacturā, q̄ alter germanū vnanimē, in quo totus acquieuit, omni rerum cura vacuus (q̄ à nemine rē meli⁹, prudētius, fructuosius posse geri certus sciebat) alii dulcissimū parentē, cuius solitudine ac puidētia ad magnū educarētur imperiū, amiserit: 30 ipsa verò patria magnum re ac nomine parentē desiderantissimis oculis requirit: cuius auspiciis in id decoris peruenit, vt (qd̄ pace omniū dixerim) nulli prouincię videatur esse secūda. Vniuersi verò prouinciales in hoc ipso principe, verū columē & amplissimū decus cernunt interiisse. Sed tamē cōsolatur hęc animorū perturbationē illustriū respectus successorū, qui rem ab illo bene constitutā, & perseverāter tuebūtur, & prouehent in sublime. Quanq̄ in tantarū recordatione virtutū nō ille nobis lugēdus est qui fato functus suo ad meliora migravit: sed immēse nobis Deo & habēde & agēde sunt gratię: qui talē nobis habere cōcessit, in quo omnium memoria bonorū inueniret qd̄ imitetur: malorum verò turba, quæ mundo deesse non patitur, habeat quod expauesceret. Vnū hoc hominū genus cōperio, qd̄ in cōmuni omnium luctu videatur nō mœrere. Sed si intel 40 ligāt quos ille reliquerit & virtutis & ditionis successores, statim illos ineptę lætitię pœnitebit. Censurā iustitię & religionis nō intermissam, sed sentiant demutatā. Mihi verò in hac cōmemoratione virtutū optimi principis, quē hodierno die posteritati ad memoria Sūmo Maximo Deo, subnixis precib. ad misericordiā cōmendamus, vehemēter extimescendū, ne (vt sum) impar recēsendis viribus, damnum laudib. eius ingerā: quę sui pro magnitudine Tullianū siccarēt eloquium, & vim Demosthenicā fatigarēt. Sed mihi volūtati & iussioni illustrium principū meorum, qui id mihi muneris imposuere, obluendū nō erat: qui (vt sunt omni humanitate præditi) in mea culpa ipsis sibi ignoscēt. Nā vt honori in seruiā defuncti principis pro viribus, ipsa nō vulgaris in immeritū me dignatio atq; propensio deposcitur, quę me sæpe magnis conditionibus sibi facere voluit 50 deuinctiorē. Hoc mihi in primis prouidendum, vt quoniā dicendo tantā rerum maiestatem æquare non possum, fastidio leuem audiētes. Carpēdus nobis dicēdi limes de rectorū præceptis p̄finitus, vt ab omni retro nobilitate sermo ducatur: vt si quid min⁹ in Germaniæ sita radice fulciatur, q̄q̄ in huius principis laudib. nihil opus sit suffragiis vti emē dicatis. Hoc agant qui sterilē nacti campū, alienis impendiis cōuestiant cōmendandū.

Mihi

Mihi verò in hoc principe cōmemorando, ne dies me deficiat formidandū, si cūcta virtutibus eius ppria in mentionē adduxero. Veruntamē hoc mihi, animo veterū nobilitatē recensenti, veniā spondeo, si à clarissimis maiorib. nō eum degenerasse, sed maiorē in modū cumulasse claritudinem docuero: in tantū vt etiā si maiores (qui fuerē clarissimi) virtute mediocres extitissent, ab illius splendore & incōparabili gloria satis illustrarētur. Suffecerit autē in tanta rerū perspicuitate, vel summa rerū cōtigisse capita: ne longa rerū serie in fastidiū duci videantur, qui vel cōperta tenent quæ dicemus, vel pro linguæ Latinæ incolita inculcatione, pigrescant qui nō callēt. Domus ac familia Magnopolensium principū, q̄ habeat radices altissimas, necdū satis inclaruisse multis autumo, qui magnā 10 sibi fecisse rem sunt arbitrati, si ad Vrsinorū vrbe Roma familiā præclarā, illā ducāt referendā. Amant hoc in laudib. suis proceres memorati, si magni per Germaniā principes de illorū origine gloriētur. Sed inclytæ Magnopolēsis domus & maior est antiquitas, & longē prouectior nobilitas. Trecenti necdū anni sunt, q̄ in vrbe Roma primū est auditum nomē Vrsinorū. At ego à mille annis & longē supra, hęc nobilitatē & domū principālē, optimis & certissimis documentis affirmo. Nā quū in vrbe Roma, ante Christum natū, vera & vetus nobilitas Fabiorum, Æmiliorum, Corneliorū, ceterorumq; id genus claresceret, iam tum Magnopolēsum principū illustri familia, Danorū regibus, ac Saxonū vetustissimo generi, de gloria deq; imperio colluctabatur. Augusti, sub quo natus est in terris Christus Dominus, tempora recordemur, qui in oriētem ad Parthos vsque 20 victrices aquilas proferebat (Parthos, vt ait ille, reposcere signa, quæ cæso Crasso abstulerunt) in occiduū ad extremam Hesperiam, fines Romani propagauit Imperii.

Nec verò Alcides tantum telluris obibat,

Fixerit aripedem ceruam licet, aut Erymanthi

\ Pacarit nemora.

Ad aquilonem limitē Imperii Albim iussit esse fluuiū. Testis Strabo. Ultra illū inuictos habitare viros, quorum nec vires experiri, nec arma voluit cōcitari. Sub illo autē Drusus Nero priuignus magnis per Germaniā rebus gestis, limites seruauit à patre constitutos, Magnopolensium abstinentis armis: nec vnquā Romana signa Albim transferūt. Vt erubescant, qui Iulii Cæsare suo fingūt arbitrari, in illis prouinciis arces & vrbes fundauisse. 30 Sed hęc aliās. Succedētibus seculis quādo iā vires cū industria gentis creuerunt, ab exemplo nationum aliarū, ausa est hęc gēs arma inferre fortissimo Imperatori Marco Antonio: quod bellū antiqui rerū magnitudine & difficultate, bellis Punicis cōpararunt. & quāuis illū faciant exitū, vt bello victa gens manus dederit Imperatori, si tamen Marcomannorū quispiā scriptitasset, alium rerū tenorē legeremus. Marcomannicū vocāt bellū, in Ro. historia non incognitū. Sub Constantino verò Magno, iam maiora animo concepit congregata nobilitas eius nationis. Nā sumptis armis confedit ad Danubiū, scēdus offerēs Imperatori: qd̄ ille non recusabat: vt quoties opus eueniret, eius armis & laceratis vteretur. Dictū mirū in quantā breui multitudinem gens coaluerit, & iam respicere cœpit in lōginquas puincias, quibus Gothi dominarētur. Igitur magnis agminibus, sub 40 Imperatore Valentiniano i. cōtendit ad Rheni ripas, ibiq; tanti reuerentia Imperatoris gens pacata cōfedit. Sed illo iā de medio facto, sumptis iterū armis, in Romanas prouincias trāsmissis Rheno peruenit: ibiq; diu populando, iā Francis, Germanis, nūc Gothis cōgressa, magnas res peregit. Pars gentis nobile regnū in Galliis fundauit, inq; eo cōfedit. Cæteri Gallis peruagatis in Hispanias transferunt: ibiq; opulētā præda vndecunq; cōuecta, in Bætica puincia (quæ ætate nostra Granata dicitur, paucos ante annos, pulsus Mauris, per illustrissimū regē Hispaniarū Fernandū Christianismo reddita) sedes accipere. Nec lōgum tēpus in medio, quū per Bonificiū comitē, illustrē Africæ rectorem (diui Augustini epistolis notissimū) magnis cōditionib. accita, freū gens armata transfuit: breuiq; omnē Africā, tertiā mūdi partē, suæ fecerat ditionis. Quę res si testimonio 50 videbitur indigere, locuples testis est Imperator Iustinianus, in ea parte vbi de præfecto prætorii Africæ agit ad principium. Nec est prætereundū, quanti gēs habita fuerit sub florentissimo Imperii Ro. statu, quū ei præfesset Magnus Theodosius: qui huius gētis ducē fortissimū ad eō sibi cōciliauit, vt esset Imperatoris gener. Nec habuit amplitudo latissimi tum Imperii (quippe à quo tēpore deinceps Blondus est orsus eius inclinationē) quē in domū suā generum acciret potentissimus Imperator: quē etiā moriēs, Honorio

Fff iij

filio ad Imperiū occidentale reliquit tutorē: cū quo stante stetit, & cū corruēte cecidit Ro. Imperiū, Rem dico in Ro. historia cōpertissimam. Nec longū tēpus in medio, quū Odoacer huius gētis rex, de reliquiis Attiliani exercitus, primus regū externorū, puinciarū dominā Italiā, in suā rededit potestate, tenuitq; per annos quindecim. Multa cursum transuolans præterit oratio, ne cadat in fastidiū. Sequūtur inde tempora Karoli Magni, quæ peculiarē Magnopolensiu præferūt mentionē. Nā quum rex ille Frācorum, & Germanorū, Ro. Imperiū suæ ditioni cōiunxisset, diu cōfliktatus est Saxonibus: quorū euastata prouincia, primus exterorū, factō ponte Albim fluuiū trāsiiuit cū exercitu. Sed nō potuit, nisi in fœdus accitis Magnopolensibus: quorū adiutus armis, reliquā barbariē perdomuit: abiensq; vicinarū arbitrium puinciarū, apud illos reliquit. Sequuta sunt inde Ottonū trium eius nominis Imperatorū tempora, plena reb. magnis. Cū Magnopolensib. varia sæpe fortuna pugnatū, & aliquādo duces Imperatorū ab hac gēte castris sunt exuti. Tanta erat pro legib. patriis proq; veterum religione perseuerātia. Et hæc omnia, ac multo plura, gesta sunt in paganismo. Cæterū vbi semel Christianas leges penitus acceperant, eadē cōstantia perdurarunt, vt nulla gentē posset aduersitas à suscepta religione dimouere. Cæpit feruere potissimū in principib. diuinæ feruor religionis. Testantur crebra p prouinciā, virorū ac mulierum fundata monasteria. Sed & alia in re nō minor se prodidit optimorū principū ardor in diuinā religionē. Rarus. n. in hac domo princeps, qui non suscepta longissima peregrinatione in sanctā terrā, adorare voluerit in loco vbi steterunt sacratissimi pedes Domini Saluatoris. In quib. nō est prætereū-
 20 dus illustris princeps dominus Hēricus, qui sumptis armis, aliquādiu fœliciter pugnavit in perfidissimos hostes Christiani nominis. Ad extremū captus, pro diuini nominis honore xxvi. annis vincula portauit seruitutis, aliquāto gloriosius quā portaret torques aureas pro rebus seculi. Nā labor & patientia pro honore Christi, apud Deū & homines illi in gloriā cedunt. Lōgo tamē postliminio reuersus ad suos, filios ac nepotes reperit incolumes. Cūq; his paternā ditionē fœliciter cōponens, longæuus senex vidit filios filiorū, quorū manibus tumulatus, patrio sepulchro conuiescit. Prætereo multas principū huius generis victorias, præ clara facinora: quæ si pergo omnia recensere, dies me deficiet. Affinitates verò, & mixti sanguinis ad principū domus per Germaniā claritudinē quis recenserebit? in quibus vel vnū attigisse sit satis, vnde facillè dimetiemur cæ-
 30 tera. Inuenta est huius domus clarissima fœmina, quæ ad Ro. culmē Imperii thoro peruenit. Gissa erat, quā Conradus eius nominis ii. cōiugio expetiuit, & accepit, indeq; filium sustulit Henricū iii. Imperii successorē: qui ea fuit fœlicitate, vt petentibus Romanis, ex sua Germania daret Ro. pōtiffes, Imperiūq; deriuaret in longā posteritatē. Nō quicquid huius domus illustres principes, donec cæteris patriæ ornamentis adicerent, proauorū memoria, publicū literarū gymnasiū, in oppido suæ ditionis Rostockio. Vnde quot prodierint excellētes viri, decora prouinciarū, quis enumeret? Sed iam tēpus erat, vt omissis veteribus, ad illustrē principē dominum Magnū, cuius gratia sunt introducta omnia, flectatur oratio. Cuius præclaris rebus memorādis facilius ad omnia dicēdi cāpus patefcit, q; ea sum dicturus quæ omniū testimonio facillè probētur, penē audi-
 40 entibus quā dicēti notiora. Quis. n. prudentiā eius in circumspiciendo, quis vigilantia in rebus procurādis, quis dexteritatē in exequēdis ignorat? Auspicatus fœlicia gubernādi tēpora à diuina religione, more patrū peregrinari in terrā sanctā nō destitit, vt auratum cingulū ad Dominicum mereretur sepulchrum. Sequutus est illū, nō multis post annis, frater clarissimus, generi suo respondens: vt in nullo deesset patrum splēdori. Sed ad Magnum redeo: qui pro ætate rebus omnibus germano quietissimo præfuit, componendāq; prouinciæ sollicitus incubuit. Sed in primis diuinæ religionis cultus illi potissimum cordi fuit. Monasteriis virorū ac fœminarū, à disciplina regulari collapsis, vt repararentur, vehementer intendit. Fremebāt viri militares p carne ac sanguine, fredebāt vicinarum vrbiū ciues: sed nihil erat, quod religiosum principē à sanctimonix propo-
 50 sito potuit dimouere. Quumq; amplificando religionis cultui totus incumberet, descēdit in animū eius, præclarū suæ ditionis oppidū Rostockiū, iam publico literarū insigne gymnasio, etiā ecclesiastico collegio perornare. Ibi verò ciues aliorum rebus interpretatis, q; frænum assuetē eorū libertati iniectū iri putarent, totis se viribus opposuere. Suscepit optimus princeps ob eā rem, alterā in vrbe Romam profectiōnem, vt à capite ec-

Religionem
 de omni re
 est, pater
 quomodo
 Ierim. 2.

Magnus mo-
 nasteria refor-
 mant.

clesiæ rē ecclesiasticā deriuaret. Assequutus quod voluit, quū in ditionē suā reuertere-
 tur, multis viis placidè rē pertentauit. Deniq; regia via progressus, apostolica mādara le-
 gitimè iussit exequi. Ibi primū graue ciuium murmur oritur & indignatio, quæ statim
 exarsit in apertā tumultuationē: in qua, immanissimo scelere, primus ecclesiæ præpositus,
 populi sæuicis pastor, crudeliter mactatur: alii vinculis tradūtur. Princeps egregius, qui
 ipse reb. in vrbe gerēdis p̄fuit, cessit furori insipientiū: & grauissimo in eā vrbe bello in-
 tentato domuit perduelles. Cōmune fratrum principū ad omnia consiliū: cōmune ambo-
 rum in prælia periculum: cōmunis gloria post partā victoriā. Nec longū tēpus in medio,
 quū impia Iudæorum secta, in oppido Sterneberg, sacerdotē nacta malè Christianum,
 10 abutitur venerabili Christi sacramēto. Res vndecunq; p̄diens exciuit zelū optimorum
 principū: viros ex omni prouincia doctissimos adesse curauerūt: examinata res perquā
 diligenter. Vbi scelera claruerunt, iussere in noxios legum pœnas desequire. Iudæi cōcre-
 mantur: apostata sacerdos, sacris exauthoratus per pontiffes, quia sine exēplo deliquit,
 crudeliter est excarnificatus. Fama rei impleuit puincias, testata sunt vbiq; Dei mirabi-
 lia, sit concursus ex longinquo, votis se damnāt & exoluunt: congerit fidelium deuotio
 plurima in templa donaria. Principes ea in pios vsus cōverti curauerūt, habita in primis
 noui collegii ratione: cuius inde ministri alimēta, ipsum verò sacrariū ornamenta asse-
 quitur plurima. Libet verò huius principis æquabilem ad omnes virtutē latius euolue-
 te. Superiorib. ille tantum præstitit, quantum sibi voluit deferri à subiectis. Vocatus ad
 20 Imperii cœtum aderat: talemq; se gerebat, vt ab omnib. probaretur. Æquales ita sibi de-
 uinxit amore, vt ab omnibus non mediocriter coleretur. Testatur filiarū nuptiæ, claris-
 simis principum familiis cōciliate. Prouincialibus verò suis eam curam adhibuit, vt pa-
 ce & bello essent ad omnia promptissimi. Tacitas multorū hīc mihi videre videor cogi-
 tationes, qui grauē prouincialibus extitisse querantur. Quibus paucis ego respōdeo, nō
 posse tabida morbo aut vulnere corpora, nisi ferro & igne curari. Grauitas putabatur:
 medicina fuit, vt in ordinē quæq; sua reuertantur. Sed hīc interim. Scelera & latrocinia
 ita odibat & insectatus est, vt fontes debita pœna exciperet. Oratoribus principum &
 cōmunitatum placidas aures præbuit, hilarē vultum nō negauit: datiq; pro re ac tēpore
 responsis ita dimisit, vt miraculo prudentiæ eius pleni abirent. Sensi ego, sensi, quū cre-
 30 bris ad eum legationibus fungerer, ab ea cui operas præstiti cōmunitate, diuinā princi-
 pis sapientiam. Debeo hoc memoriæ eius iustum publicè priuatimq; testimoniū, vt ab il-
 lo vnquā sine administratione discederē. Sed quid attinet ista cōmemorare scientibus,
 nisi quia dulce est in recordatione virtutū eius commorari? Illæ eum præsentē nobis fa-
 ciunt, corpore subtractū: illæ abire animo nō sinunt: illæ sunt quæ optimum principem
 interire non permittunt. Exhibent nobis illum bene institutæ rei status optabilis, & vi-
 uax virtus, quæ in animis omniū fecit illum mori non posse. Viuit princeps optimus fœ-
 liciter (vt cōfidimus) inter cœlites: & viuat quæ sumus, de omnibus bene meritis, deq;
 sua prouincia, summis semper laudibus prædicandus. Viuum & verū exemplar princi-
 40 pum omniū, in quo quod imitentur, cum laude inueniunt: forma virorum omniū mili-
 tarium, cui imprimantur, cui se studeant configurare: decus & ornamentum patriæ sin-
 gulare. Triumphet inter superos fœlix anima, quæ nobis abiens magnum sui dereliquit
 desiderium: illaq; collocauit rerum fundamenta bonarum, vt semper cum dulcedine
 illius memoriam repetentes, eius commemorationem nunquam inter mittamus. Dixi.

Hac expleta oratione, pro defunctis solenne instruitur officiū, sacra faciente pon-
 tifice Lubicensi. Ad cuius mediū de more fit oblatio, eo quæ dixi ordine. Sed nunc per
 omnem ecclesiā, ad singula altaria, fratres prædicatores, induiti sacris, missæ officiū pere-
 gere. Defertur oblatio. Et iam illo per soluto ministerio, tertiū inde officiū de Domina,
 pontifex Raceburgēsis, loci ordinarius, peregit, quū ad altaria per ecclesiā singula, se-
 culares sacerdotes persoluerēt diuinū missæ officium. Sed hīc iam apparatior fit oblatio
 50 iumentorū, in signibus & armis ornatorū. Stabat ab initio, in medio choro, cenotaphiū
 erectum in sublime, serico auroq; textis pannis ornatū, in signibus principatum defun-
 cti per omnes angulos incinctū, cereis ardentibus grossis c. l. (vt est coniectura) variatū.
 Stabant pullati viri x. i. qui ardentis faces sustinerent, prominentibus per capita cucul-
 lis, tristi specie. Prodiere hoc ordine caballi ad altare summum: ex cuius latere in dire-
 ctum patuit egressus, ne longa circuitiōne opus sit: & tamē gyrabant per omnē ecclesiā.

CAP. 34.
 Hæc omnia
 de omni re
 est, pater
 quomodo
 Ierim. 2.

Duo viri militares ductabāt iumētū mediū, pullis induti, pulla tectū veste: sed arma Magnopolis in fronte, in thoris, in clunibus. Inde quatuor viri gestabāt totidē signis militaribus, hoc est (vt nostri vocāt) bāneriis, arma & insignia Magnopolis. Totidē deinde cādelas viri quatuor gestāt cereas, armis memoratis insignes. Secundum deinde iumentū simili apparatu, arma Wandaliæ præferbat: signa militaria, cerei, eisdē vt prius ordinibus, arma præferbat & insignia. Tertiū iumentum quoq; vitorum, armorū, cereorum, eodē numero, insignia præferbat comitatus Zwerinensis. Quartū habebat in frōte arma dominatus Rostockensis. Sequūtur militaria signa, cerei, eadem qua prius instructione. Quintū ferebat in frōte, thoris & clunibus insignia dominatus Stargardēsis. Sequuntur signa cū cereis ad instructionē primi ordinis. Sextū iumentū ceteris insignis, quo ipse dux utebatur ad splendorē, prodiit armatū rutilāte ferro: arma viri sellā (vt poterant) ornauere inania. Arma & insignia, quæ erāt singulorum præcedentiū, in fronte, & thoris, & clunibus equi coniuncta visebātur. Idē signis militaribus & cereis, hic, vt antē, ordinatis. Sequuntur duo milites, vt ceteri pullati: qui sublimē vexere clypeum, in sculptum & incisum, armis omnibus cōiunctis. Inde verò marscallus baculo, & cācellarius sigillo prætenso, procedunt, pulla ad talum veste. Iungitur domestica principis familia. Inde principes, deinde oratores principum: post illos ecclesiarum prælati & canonici: deinde militares lōgo ordine incedūt. Postremò duces fœminę, & magnus ordo dominarum. Expleto iam missarum officio, signa quæ diximus militaria omnia, in chorū conferuntur cum cereis: iumenta reducuntur in stabula. Procedunt pontifices cum abbatibus, faciūtq; cōmendationem precibus. Quib. expletis canitur antiphona, *Media vita*. Vbi concinitur, *Sancte Deus*, proiicitur in terrā pars tertia signorum militariū, cum gemitu aspectantium: *Sancte fortis*, pars alia deicitur: *Sancte & misericors saluator*, pars reliqua, cum in sculptis armis in clypeo deicitur. Et iam vno impetu oēs cerei, vsq; huc ardentes, cum gemitu extinguntur. Finis hic pompę funeralis. Quum chorus omnis pullis staminibus, & omnia pulpita ab initio vestita stetissent, abeunt in sua quisq;

CAP. 35.
Pomerani cū
Sūdenfib. dis-
fidium compo-
nunt.

B V G S L A V S Pomeraniæ Stetinēsisq; dux, quū in suæ ditionis præcipuā urbē Sundensem, ex multo tempore collectā foueret indignationē, erupit hoc tēpore, quū interdiceret illi aduehi cōmeatum, nec pateretur ciues liberē per terrā diuersari, nonnulliq; ex familia principis malē haberent viatores, alii etiā incursionibus vexarent. Pertæsi rerum ciues, media bruma, ad diui diē Antonii, hostilia nunciant principi, & literas (vt vocāt) diffidationis. Mox armati Rugiā ingrediuntur, rusticum populū in sua verba iurare cogūt. Militares, qui in terra multi sunt, se in tuta recipiunt: nonnulli diffugiunt, alii capiuntur: numero XL. ecclesiā cōmunierunt, breui tamē expugnandi fame vel fumo. Colloquūtur. Sundēses prætendunt literas cōfœderationis iurata, vt à ciuitate nunquā discedant, quas etiā princeps cōfirmarat. Rogātur si velint implere fidē literarū. Illi respōdent, habere se principē, cuius sunt sacramētis alligati, nō se posse ab illo discedere. Sed quū durius premerentur, porrecta dextera subeunt ius captiuitatis. Princeps vbi audit, iusto dolore tangitur: paratur graue bellū. Sed interueniunt duces Magnopolēses, alter fororius Bugslai, alter germanæ filius. Fit cōuentus in Rostockio: in longum retexūtur iniuriæ, quū dicentis pro parte principis verba exciperent notarii. Sūdeneses petunt copiā scriptorū: decernitur, & datur. Postero die scripto præferūt responsa, quoniā sic placitū videretur principibus. Nequaquā sinit pars ducis actoris. Eodē tenore cōtendit fieri respōsa, quo sit impeditio præmissa: præsertim quū copiā acceperint. Sundenses refragantur: ciuitatū nuncii cōsulares interponunt partes: nihil agitur. Sed ne frustra cōuentum sit, placuit vt è scripto informetur animi principū mediatorum. Igitur submittūt illi è suo cōcilio, qui cum patribus separatim agant: idq; per aliquot dies tēpora terit. Videbatur conuenisse, quum iam literæ recessus essent cōcipiendæ. Ibi verò labor, ibi cōtradictio sine fine. Vix in diē nouissimū, quū ad abitum omnes starent parati, conuenit, vt pax redderetur vrbi, quæ vt sincera sit, obsequiis & permolitione primorū in concilio est procurandum. Nec longum tempus in medio, & domina Sophia eiusdē Bugslai germana soror, relicta domini Magni, fœmina prudēs, & multis clara virtutibus, virum sequitur per viam vniuersæ carnis. Grauis fœmina, in qua posita erat spes concordia filiorum & patrii. Tumulatur Wisnariæ (quod optauit) apud fratres prædicatores.

WANDALIÆ LIB. XIII. FINIS.

IN-

I N D E X
I N A L B E R T I K R A N -
T Z I I W A N D A L I A M , D V P L I C I N V M E -
R O D E S C R I P T V S , V T P R I O R P A G I -
n a m , p o s t e r i o r l i n e a m s i g n i f i c e t .



BSOLON episcopus Dani- cæ ecclesie, bello gerendo aptus III. 44, 119. 16, animi presentia singula- ri I 12. 27, bellandi cupi- dus 124. 34	106. 22
Absolon ingentem præ- dam ab iis qui in palude latebant aufert 125. 18, Pomeranos profligat 138. 5	Adolphus Lubicensium libertatem minnere co- natur 142. 32
Absolon pontifex pacis pro Rugianis sequester 116. 57, Regem è periculo, in quod coniecerat, eripit 120. 8	Adolphus Lubicensibus fit hostis 154. 50
Absolon temeritatem sibi obiectam fert patien- ter 119. 40, Wandalorum fugientium nouis- simos cedit 122. 38	Adolphus primus Holsatiæ comes 74. 7
Absolonis arte pace impedita, oppidum captum diripitur 124. 13	Adolphus Slesuicensesi ducatu restitutus homa- gium Christophoro præstat 277. 26
Absolonis strategema in militū paucitate 140. 17	Adolphus tota Holsatia pellitur 149. 10
Absoloni prouincia quam alij detrectabāt, man- datur 121. 36	Adolphi laudes 107. 8
Adelbertus Boemiæ episcopus, martyr 36. 51	Adolphi Holsati in dissimulando metu prudentia 82. 35, magna apud Henricum Leonem au- toritas 86. 1
Adelbertus patriarcham se fieri studet 56. 51	Adolpho Gelriæ ducatus restituitur 34. 39
Adelbertus Polonum in Christo gignit 42. 47, Apud Prussos pro Christo ceditur 54, Eius cor- pus Bolislaus à caesoribus redimit 43. 1	Adolpho Holsato mortuo de eius ditione conten- ditur 284. 10
Adelberti martyris brachium dono datur 47. 12, Eius tumulum imperator inuisit 46. 46	Adolpho Holsato tributa Lubicæ conceduntur 136. 50
Adiutor episcopo additus, nouo in Ecclesia ex- plo & nomine 330. 15	Aduocatorum terra 6, 2. 41. 41
Admiraldus in Franciæ regno 327. 13	AEneas Syluius Bohemorum historiam scripsit 1
Adolphus Adolphi filius 107. 7	AEneas Syluius coarguitur 6. 20, in Bohemorū origine labitur 13. 3
Adolphus Adolphi filius Holsatiæ comes 74. 12	Albertus Bauarus oblatum Boemiæ regnum sum- ma aequitate vsus respuit 276. 33
Adolphus bellum non necessarium amplectitur 148. 39	Albertus Gothlandia accepto pretio cedit 225. 22
Adolphus bellis multis fortiter gestis fit monachus Franciscanus 157. 50, 160. 38	Albertus Magnopolēsis captus Roman. regis au- toritate liberatur 190. 48
Adolphus comes Holsatiæ ultro cedit 77. 19, Deinde redit 78. 3, cum Zuenone Dano in gra- tiam redit 83. 25	Albertus Suecus cum Lubicensibus de riuo factō expostulat 218. 34
Adolphus duci Lubicam, quam denegarat, conce- dit 97. 38	Albertus Suecia rex in pralio cum filio captus 7 annos detinetur 216. 31, Multi eum liberare conantur 217. 43, Opera septem urbium li- beratur 221. 41
Adolphus Gelriēsis patrē in vinculis tenet 298. 6	Albertus Sigismūdi gener socero in regnis omni- bus succedit 276. 7
Adolphus Holsatus Lubicam nouā condidit 65. 30	Alberti imperatoris nepos, eo trucidato qua peni- tentia scelus expiauit 164. 29
Adolphus Holsatus Nicloto auxilium contra pa- tē denegat 80. 18, Eidem reconciliatur 81. 34, parua manu Danos vincit 83. 5	Alberti Magnopolēsis morituri ad filios oratio 206. 10
Adolphus in pralio aduersus Pribislaum cedit	Albis fluminis cursus 6. 8, descriptio 37. 29. Ro- mani Imp. terminus 45. 4, Excitatis aggeri- bus continetur 181. 6
	Aldenburgum Holsatiæ oppidum 38. 34 tria ha- bet nomina 39. 11
	Aldenburgi episcopus primus 43. 44
	Aldenburgensis ecclesia post 90 annum restitui- tur 95. 8

I N D E X

<i>Aldenburgenses sunt quos Dani Brannefios appellat</i>	122.51	<i>Arrianum dogma Wandali sequebantur</i>	17.26
<i>Alexandri III. Papæ & Friderici I. Imp. dissidium</i>	101.27	<i>Arx capitur, in quam se latrones recipere solebāt</i>	204.30
<i>in Anglia mirabiles motus</i>	314.7	<i>Asiatica expeditio D C M. hominum constans</i>	143.28
<i>Anglus & Danus mutuis se prædationibus vexant</i>	292.31	<i>Asylum apud Wandalarum idolum</i>	93.11
<i>Anglus Franciæ regnum suum esse cur contendat</i>	189.15	<i>Attilam Aetius Burgundionibus sociis deleuit</i>	30.40
<i>Angli damno à quibusdam affecti æquè in omnes grassantur</i>	318.55	<i>Atrox de ciue Lubicēsi sumptum supplicium</i>	201.52
<i>Angli duas Lubicensium naues captas abducunt</i>	297.1	<i>Auaritiæ studium principes ab Husitis seuerius persequendis deterret</i>	242.51
<i>Angli Gallorum metu, orientalibus se præbent æquiores</i>	299.20	<i>Augustinus Hippone moritur</i>	21.15
<i>Anglorum in Liouones & Prussos perfidia</i>	269.36	<i>Augustulus Ro. Imperium ab Augusto auctum rure sinit</i>	23.20
<i>Anglorum in paciscendo morositas</i>	324.50, 327.6, 328.55	<i>Aurei velleris dignitas equestris</i>	34.13
<i>Annata, quam papa exigit, archiepiscopi Rhemenfes se grauari conqueruntur</i>	295.50	<i>Aurelius dux à Burgundi factione interemptus</i>	33.26
<i>Anni mira intemperies</i>	270.46	<i>Auspicium belli gerendi ex equo captatur apud Rugianos</i>	110.48
<i>Annonæ caritas seditionum occasio</i>	306.34	<i>Austria quando ducatus esse cœperit</i>	160.20
<i>Antiquitates fabulis multis scatent</i>	63.42	<i>Austrij Ladislaum ducem suum armis repossunt</i>	276.52
<i>Aniwerpie conuentus Hansæ habetur</i>	324.44	<i>Austrij ab Vngaris delentur</i>	160.13
<i>Aphrica ad Imperium Bellisarij virtute redit</i>	25.50	<i>Axifa quid sit</i>	326.24, 328.12
<i>Aphrica olim Arriana, hodie Mahumetana</i>	25.3	B <i>Æticam occupant Wandali</i>	19.5
<i>Aphricam Wandali occuparunt</i>	7.20	<i>Balduinum se quidam profitens suspenditur</i>	230.1
<i>Aquarum inusitata eluuiæ</i>	262.48	<i>Baltici maris etymon & situs</i>	36.14
<i>Arbores idolo sacra</i>	93.6	<i>Bannum imperiale in Lubicensis</i>	237.2
<i>Archiepiscopatus controuersia bello agitat</i>	151.	<i>Baptizare aliis quam sacerdotibus permittitur</i>	112.11 & 49
4		<i>Baptizatorum innumera multitudo</i>	242.20
<i>Archiepiscopatus exigua mensis & magni sudoris, oblati respuitur</i>	315.45 & 54	<i>Barbam promittere quibus episcopis liceat</i>	123.2
<i>Archiepiscopatus repulsa, belli causa</i>	330.15	<i>Bardewicum ab Henrico Leone expugnatur</i>	144.10
<i>Archiepiscopus coronæ Boemice fur</i>	303.12	<i>Bardi apud Saxones unde dicti</i>	58.23
<i>Archiepiscopus in obsidione, non in cathedra</i>	168.	<i>Bauarum rogat Imperator ut iter facere per eum liceat</i>	197.48
7		<i>Basilienfè cõcilium Rostockenses damnat</i>	265.26
<i>Archiepiscopi in episcopos quod munus</i>	92.19	<i>è Belgio multi in Wandaliã migrant</i>	100.46
<i>Archiepiscopus sibi à Papa iniuriam factam interpretatur, dum apostolica utitur potestate</i>	92.13	<i>Bellogradum à Christianis cum magna Turcorũ clade defenditur</i>	283.40
<i>Archiepiscopi Rhenenses à Papa appellaturos ostendunt</i>	297.15	<i>Bellũ in latrones, quod Ericus non probat</i>	192.26
<i>Arcona Rugianorum caput 110.13, Conflagrat simul & oppugnatur 111.14, Deditio capitur</i>	38	<i>Bellum inter Brandenburgensem & Magnopolensem</i>	181.26
<i>Arconenses armis coacti Christianos se fieri vellesimulant</i>	75.30	<i>Bellum inter Danum & Lubicensis conflatũ</i>	331.52, A Egrè tandem à legato pontificio componitur
<i>Armis ad Christum cogi quidam debent</i>	224.30		332.31
<i>Armis in Husitas comparatis principes se mutuo atterunt</i>	146.20	<i>Bellũ inter sacerdotes de archiepiscopatu, quo multi nobiles impliciti sunt</i>	167.1
<i>Armis queruntur prouinciæ & regna, non legibus</i>	142.24, 302.25	<i>Belligerendi apud Wandalos ratio</i>	113.42
		<i>Bellonem Vngarum Odoacer Boemus profligat</i>	162.49
		<i>Beneficiarij episcoporum</i>	102.12

I N W A N D A L I A M

<i>Beneficium princeps ab episcopo de suis ipsius opibus accipit</i>	87.39	<i>Bohemica lingua Wandalica est</i>	26.54
<i>Benno egestate à predicando euangelio impeditur</i>	52.45	<i>Bolislauus Boemus fratrem necat</i>	42.6, armis Christi nomen amplificat
<i>Benno in ecclesia consecranda populi turba opprimitur</i>	53.2		46.10
<i>Bergerdorpelatronum arx</i>	244.21	<i>Bolislauus Polonus moritur</i>	267.17
<i>Berlinenses dissidentes à Friderico subiguntur</i>	277.31	<i>Bolislauus Poloniae rex à patris pietate degenerat</i>	61.38, In nobiles & eorum uxores seuit
<i>Bernardus bellum Asiaticum suadens, non valde certa vaticinatur</i>	79.25		62.6, Eius infausta mors
<i>Bernardus miracula multa edit</i>	79.10		63.10
<i>Bernardus Saxo Imperatori parum dicto audiens</i>	50.34, auaritia sua Ecclesiæ profectum retardat	<i>Bonifacius, vir alioqui pius, in Valerianum rebellat</i>	20.25, 31
	52.42	<i>Brandenburgensis cum Dano in gratiam redit</i>	181.34
<i>Bernardo de Anehold Saxoniam, Henrico Leone pulso, Imperator tribuit</i>	134.48	<i>Brandenburgensis in ducem Stetinsensem ducit exercitum</i>	243.40
<i>Berno episcopus sacris operans pene capitur</i>	105.12		190.7
<i>Bernonis episcopi singularis constantia</i>	147.46	<i>Brandenburgensis marchia oppignerata</i>	217.21
<i>Berosus Babylonius quo tempore scripserit</i>	2	<i>Brandenburgensis marchionatus in varias familias incidit</i>	180.45, Dominos subinde mutat
<i>Bilug Obotritus episcopo negotium facessit</i>	48.36, & c. Eius sororem quam in matrimonio habebat, repudiat		224.35, Belli occasionem præbet
	49.44	<i>Brandenburgensis Nurebergensibus infestus</i>	279.22
<i>Bilug quam latam teneret ditionem</i>	50.20		274.8
<i>Blondus de Wandalarum migratione</i>	1	<i>Brandenburgensis Stetinsensem ducatum occupare conatur</i>	289.27, Eum quadam ex parte armis subigit
<i>Blondi error corrigitur</i>	3.22		293.8, Re non perfecta moritur
<i>Blondi error de Bulgarorum origine</i>	128.34		294.28
<i>Boemia quarum rerum ferax</i>	10	<i>Brandenburgensis uxorem Bohemo ad venerem impotenti adimit</i>	189.25
<i>Boemia regni titulum subinde præfert, & abstinet</i>	131.3, 158.12	<i>Brandenburgensi nouem annos nato Dani filia despondetur</i>	186.8
<i>Boemias descriptio</i>	5.53	<i>Brandenburgenses arte Wandali circumueniuntur</i>	166.3
<i>Boemias dux rex ab Imperatore appellatur</i>	61.14		63.19, Stargardie est
<i>Boemias ducum series</i>	42.5	<i>Bremensis archiepiscopus duci inuisus</i>	92.29
<i>Boemias regina maritum ad congressum ineptum regno expellit</i>	174.10	<i>Bremensis ecclesia magnis ditionibus locupletatur</i>	65.10
<i>Boemias regnum in familiam Lotharingie venit</i>	174.15	<i>Bremenses canonici nimium sibi volunt sumere</i>	159.42
<i>Boemias rex primus Christianus</i>	15.37	<i>Bremensium sententia de honore qui principibus ab episcopis haberi debet</i>	84.42, Vera eorum mens
<i>Boemus Polono bellum infert</i>	53.30, Imperatoris impressionem excipit		85.10
<i>Boemi uxor inedia voluntaria moritur</i>	206.54	<i>Brigitta monachorum ordo</i>	235.34
<i>Boemo cur nihil loci in eligendo Imperatore</i>	174.19	<i>Brunsvicensis cum orientalibus paciscuntur</i>	329.14
		<i>Brunsvickenses publicè ob seditionem supplices</i>	207.42
<i>Bohemi aduersus pontificiorum vim armis se tueri cogitant</i>	238.52	<i>Brunsvici Geldarum magistri pœnas luunt</i>	172.19
<i>Boemi bello victi baptizantur</i>	41.52, Christianismum semel susceptum tuentur		19
	42.4	<i>Bugislauus Pomeranus Rugiam Dano subiectã inuadit</i>	137.50, Belli tempore crapula indulget
<i>Boemi origine sunt Wandali</i>	1		138.8, Acceptam cladem dissimulare conatur
<i>Boemi saepe victi saepe etiam rebellarunt</i>	130.52		139.1
<i>Boemi suæ gentis vetustatem stultè confingunt</i>	6.52, 7.24	<i>Bulgari Græcæ ecclesiæ adherent</i>	128.30, Iustinianum imperio pulsum restituunt
<i>Boemorum feritas</i>	159.2		129.19
<i>Boemorum rex idem & pontifex Bitislaus</i>	131.23	<i>Bulgarorum rex filium in paganismum relapsum</i>	
<i>Boemos Imperator & Vngarus bello adoriuntur</i>			

exoculavit	128.27	Casimirus Pomeranus vana usus iactantia, tur-	
Bulgaros esse Wandalos	128.14	piter aufugit	120.17
Bulla aurea à Carolo IIII. Imperatore	198.50	Casimiri potentia aduersus Teuthonicos implo-	
Burchardus etatis & pontificatus diuturnitate		ratur	281.6
alter Aaron	176.3	Castinus à Bonifacio in Africa victus, deinde	
Burgundia Burgundo mortuo, ad Gallum redit		à Valentiniano captus	19.50, 20.20
34.36, 301.41		Catholicorum de Hussitis cæsis latitia	266.29
Burgundia in ducatum redacta duces	32.42	quibus ceremoniis Magnopolensi parenta-	
Burgundia regum largitiones in extruendis &		tum sit	337.52
locupletandis ecclesiis	32.6	Cerensia unde nomen habet	6.15
Burgundiam regnum olim Wandali constitue-		Christianus homo quotannis apud Rugianos sa-	
runt	18.3	crificatur	76.42
Burgundiones à burgis dicuntur	7.17, 16.10	Christiani status inclinatione principes papæ tri-	
Burgundiones Wandalorum pars	2	buunt	252.10
Burgundiones Wandalorum sunt posteri	7.17,	Christiani ad fratres opprimendos impiorum ar-	
Eorum nomen peruetustum	29.45, 30.16	mis utuntur	41.13
Burgundus cum Aurelio contendit	33.20, Ad	Christiani aduersus Christianos impiorum au-	
colloquiū à Delphino accersitus necatur	34.1	xilia accersunt	185.14
Burgundus amplissimis muneribus Imperatorem		Christiani Iudæo duce militant	16.53
afficit 299.13, Ad Nanseium cæsus, etiam		Christianorum culpa multi non sunt Christiani	
cadauerem reperto, à multis viuere creditur	301.	65.38	
6		Christianorum clades papæ potissimum tribu-	
Burgundus episcopum frustra armis conatur pro-		ende	304.4
mouere	254.43	Christiana religio tyrannidis nomine malè audit	
Burgundi metu multa oppida communiuntur	300.	195.5	
43		Christianā impio nubere bona intentione, 286.7	
Buthue Godscalco patre caso à ciuibus expellitur		Christianismus apud Wandalos pmonetur	44.9
58.54, Obsessus, à Magno Saxone auxilium		Christiernus Danus humanissimus	294.42
petit 59.1, Deditioe facta, contra fidem tru-		Christiernus Danus Burgundum Coloniensibus	
cidatur	60.10	placare frustra contendit	299.44
CAESAR Germaniam tantum attigit	45.1	Christiernus vno largitionum nomine culpā dū	
Cete grandia, pisces anadromi	189.11	301.33	
Cardinales non in Germania, ut in Gallia, & c.		Christiernus uxorem cum trium regnorum do-	
285.33		te accipit	279.16
Carmina apud Germanos pro annalibus	2.12, 8.	Christi hostes absque armis expugnare velle ridi-	
24		culum	289.6
Canis per contumeliam vocatus Misti voi, mi-		Christi iugum graue admodum	194.15
nasia etat	51.12	Christo nascere quis apud Danos regnauerit	9.29
Canonici duo Lubicenses à milite malè habiti	270.	Christophorus tritus regnis praeficitur	277.22
9		Cilia comes à Waiuoda filio occisus, paulo post sua	
Capistranus precibus pugnat, dum ceteri manu		cædis vindices nactus est	280.25
dimicant	283.42	Circipanorum situs	38, 28
Carolus IIII. Romæ coronatus populo insciente		Ciuis optimi nefaria cades	287.15, à plebe
discedit 198.19, Filium inertem Rom. regem		vindicitur	51
creari curat 202.55, Disputationibus liben-		Classis virentib. ramis contecta hostes fallit	9.36
ter interest	226.42	Classis urbium Wandalicarū in Danum	255.30
Carolus Neapolitanus in Vngaria regnum ene-		Clerus ecclesie ius quid vocet	169.25
ctus, sua insolentia trucidatur	211.19	Clerus Hamburgensis ad tributorum onus à ciui-	
Carolus Magnus in Wilfos exercitum duxit	39.	bus sollicitatus 328.27, quid respondeat	
29		331.7, Cum populo in gratiam redit	333.
Carthago à Wandalis capta	21.10	23	
Casimirus Polonus à suis eiectus, deinde renoca-		Cleri Lubicensis sordidus quaestus tollitur, pagina	
tur	47.24	328.9	
Casimirus Polonia rex, regum multorum pater		Clerus principem egentem gratis subleuare non	
267.21		vult	183.16
		Clerus Vra-	

Clerus Vratislaviensis male accipitur	209.15	Etatur	66.18
Clerici de imperio, vi & proditionibus dimicant		Critonis uxor Henricū mariti hostē amat	66.13
209.47		Critonem à Christianismo auersum Wandali si-	
Clericis graue est aliquid de suo in publici gratiā		bi praeficiunt	58.51
largiri	330.8	Cruciata indulgentia laxissima in Hussitas pro-	
Clodoueus ad Deū uxoris opera conuersus	31.4	mulgatur	260.51
Clotildis Francia regina Burgūda 30.53, Paren-		Crucis supplicium tollitur	95.20
tū necem filiorū opera vindicat 31.39, Proinde		Crudele supplicij genus in pscriptos Danos	61.5
è sanctorum catalogo expuncta	32.30	Cuniculos suffodientes aqua ab hostibus suffocan-	
Collegium canonicorū Rostockcen. discordia ma-		tur	181.11
lum 316.25, instituitur 320.49, Excitato tu-		Cusanus Cardinalis 285.23, A Sigismundo capi-	
multu inturbatur	321.16	tur	35
Collegij Rostockcē. praepositus de futura nece male		D Almatie diuiso	130.13
auguratur 321.6, Crudeliter necatur	29	Dantiscum Gdanum est	131.52
Coloniensis archiepiscopus bellum pro ecclesia fa-		Danus ab inferendo Wandalis bello deterretur	
cultatibus suadet	108.27	98.11	
Coloniensis proprium gregem pastor bello vexat		Danus causam suam apud Romanorum regem a-	
299.28		gion recusat	249.42
Colonienses in re incerta amici parū certi	292.21	Danus cum Saxone bello victam Rugiā partitur	
Colonienses rebus secundioribus recipi in societa-		115.6	
tem postulant	300.22	Danus de ciuitatib. Wadalicis bis victor	254.27
Comam tendendi mos oritur	305.42	Danus & Adolphus Lubicam obsident	155.4
Comestabilis, qui hodie conestablius	19.42	Danus filio suo Saxonis filiā uxore accipit	115.12
Commercium rerum permutatione	70.2	Danus Henrico Leoni rebus afflictis opem dene-	
Comites feudati à directo domino	100.21	gat	134.54
Comitū dignitas apud Imperatores olim q̄	19.30	Danus in Germania dominatum obtinere studet	
Cometa teterrima quæq. portendens	296.37	151.33	
Cometa toto mense conspicuus	228.41	Danus in Wandalos classe magna nauigat	114.
Concio Latine habita, per interpretē vernacula		55, Magna virtute & industria ex eorū ma-	
lingua plebi exponitur	332.27, 333.15	nibus elabatur	ibid.47
Conradus Imp. Albertū Saxoniam praeficit	77.15	Danus Lubicensiū captiuos detinet ex forma ban-	
Conradi episcopi virtutes & vitia	104.3	ni imperialis	238.18
Consiliarij principū, paci faciendæ nonnunquam		Danus patri in cælo & filio in terris regnati gra-	
obsunt	249.8	tulatur	118.25
Conspiratio horrenda Lubicæ suscepta, illustratur		Danus malo in Lubicam animo	181.50
211.30		Danus quotānis in Wandalos bis nauigabat	115.
Constantia causa Lubicensis agitur	236.21	31	
Constantinus de Bulgaris triumphat	129.43	Danus cur se Wandalorum regem inscribat	10.
Constantinus magnus Wandalis sedes concedit		8, 141.14	
7.13, 15.47		Danus Wandalos cedit	96.3
Constantini morbus & mors horrenda	129.44	Danus Wandalicarū ciuitatū oratores nō admit-	
Constantinopoleos captae misera clades	221.32	tit 264.13, Tandē pacē cum illis facit	268.12
Consules noui à plebe, quæ eos crearat, necantur		Dani cuiusdam industria turri ignis immittitur	
242.10		111.8	
Consules Wolgasti à plebe trucidantur	213.24	Dani ad pacē componendā postulata	258.40
Goradinū Fridericū nepotē Garolus necat	165.20	Danum tota pene Wandalia deserit	154.5
Corbia Picardorū egressi monachi Ruginios Chri-		Dani à Brandenburgensibus caduntur	148.30, ad
sto lucrifaciant	40.25	Rostockium 155.19, ab Holsatis	247.30
Cracouia Polonorum insignis literarum studiis		Dani Christianismum, in regem cōspiratione fa-	
5.36, A quo condita 13.34, A Boemico iugo		ctā, abijciunt	44.26
vindicitur	42.29	Dani externis bellis implicandi, ne ciuilia moueāt	
Cracouia Boemus recipere conatur pagina	53.31	125.50	
Cracouiensis antistes sit archiepiscop.	48.5	Dani filie Imperatoris filiis despondētur	135.52,
Crematur qui se pro alio venditabat	229.52	Altera remittitur	143.13
Crito laie dominas 60.18, per dolum ebrius ma-		Dani nauigantibus mercatoribus opes auferunt	

263.43	<i>Dani praelio victi liberos Wandalis vedunt</i> 12.1	<i>Ecclesie apud Wandalos persecutio</i> 51.24
	<i>Dani Saxones bello terrent</i> 41.4	<i>Ecclesie iura sacerdos militariter defendit</i> 231.39
	<i>Dani Wolgasto frustra obfesso agrum vastat</i> 139.14	<i>Ecclesie non prodest variorum ordinum institutio</i>
	<i>Danorum equitatus plurimi fit</i> 123.34	<i>Ecclesie ordinarij pastores de Teuthonicis queruntur</i> 256.1
	<i>Danorum prisca virtus elanguit</i> 120.49, 125.51	<i>Ecclesie opes efficiunt, ne plebem ad pontificatum facile auerit quous</i> 199.50, 330.5
	<i>Dania a Wadalis vastatur</i> 61.9, 95.42, Piratarum insidiis exposita 113.40	<i>Ecclesie opes interuere veram concordiam impediunt</i> 271.34
	<i>Dania tripartito diuiditur</i> 97.8	<i>Ecclesie orientalis cum occidentali unio parum firma</i> 275.53
	<i>Dania regnum in contentionem venit</i> 81.52, 86.4, Controversa dirimitur 87.1	<i>Eccles. apud Wandalos difficilis restitutio</i> 52.4
	<i>Dania rex opera fratris interficitur</i> 160.55, 161.12	<i>Ecclesiarum numerus p Wandalia augetur</i> 95.23
	<i>Dania reges quam Wandalia partem tenuerint</i> 76.17	<i>Ecclesijs eligendi pastores facultatem papa adimit</i> 204.19
	<i>Danica femina maribus in succedendi iure cur pares</i> 45.44	<i>Ecclesiastica apud Danos traditio, ut episcopus exercitui praesit</i> 148.26
	<i>Danica res hostib. Wandalis enunciatur</i> 22.30	<i>Effigies nulla apud Wandalos quosdam idololatras</i> 93.18
	<i>Decima ad bellum Turcicum imponi non potest</i> 295.48	<i>Egra, locus constitutus ubi Husitae adfuerunt cum pontificijs collocaturi</i> 261.34
	<i>Decimam ad bellum aduersus Turcos, Lubicenses dare iussi cunctantur</i> 297.11	<i>Emden in Frisia quam originem habuit</i> 264.52
	<i>Decimas episcopi in quos usus insumebant</i> 102.12	<i>Episcopus a Brandenburgensi bello capto oppidum extorquet</i> 160.9
	<i>Degenardus proditorie casus</i> 244.46, Eius cades vindicatur 245.31	<i>Episcopus a suis canonicis male tractatur</i> 222.48
	<i>Delphinus Burgundo insidiatur</i> 33.37	<i>Episcopus bello captus custodem sibi conciliat</i> 148.36
	<i>Demyn oppidum incenditur</i> 117.8, Et rursus, quum a Saxone obsideretur 125.3	<i>Episcopus consecrationem cur differt</i> 142.5
	<i>Delmenhorst arx ad securum mercatoribus iter praestandum</i> 323.24	<i>Episcopus contumeliam quam excommunicatus acceperat, ulciscitur</i> 286.31
	<i>Detleuus Lubicensis, patria hostis</i> 214.3, Obtruncatur ibi. 28	<i>Episcopus damnatur, quod armis pugnet</i> 241.9
	<i>Deum malum quendam Wandali, ut alterum bonum, habebant</i> 76.37	<i>Episcopus de recuperando prouentu praecipue sollicitus</i> 52.17
	<i>Deum unum esse fatentur, qui multos colunt</i> 93.20	<i>Episcopus episcopi necesse gladio ulciscitur</i> 187.26
	<i>Dextera danda est, ut quis vere captus dicatur</i> 258.13	<i>Episcopus sanguinis fundendi audus</i> 138.30
	<i>Diluuium ingens in Hollandia</i> 246.27	<i>Episcopus veneno sumpto fraga addens miserem moritur</i> 209.8
	<i>Dispensationes interdictorum coniugiorum olim nulla</i> 99.11	<i>Episcopi egregiae dotes</i> 126.40, 147.35
	<i>Dissidium comitorum de Imp. deligendo</i> 179.31	<i>Episc. in oppugnata urbe opera & audacia</i> 139.21
	<i>Donatio propter nuptias, sponsalibus solis non fit rata</i> 249.35	<i>Episcopo decorum est contra, non cedere, iure suo</i>
	<i>Drusi & Tiberij cum Wandalis bellum</i> 16.20	<i>Episcopi belli duces strenui</i> 123.2
	<i>Ducatus appellatio, posito nomine regio, repetitur in Boemia</i> 61.28	<i>Episcopi beneficiis siue feudis nobiles sibi deuinciunt</i> 102.13
	<i>Duces belli fortes, luscii</i> 284.46	<i>Episcopi de finibus contendunt</i> 43.32
	<i>Duces duorum exercituum, ipse colloquio bellum dirimunt</i> 70.38	<i>Episcopi in decimis exigendis plurimum attenti</i>
	<i>Duxa marchionatus Brandeburgensis ab Husitis capitur</i> 251.47	<i>Episcopi principibus maiores perhibent</i> 84.30
	<i>Ecclesia Catholica in oriente & occidente alia atque alia</i> 297.37	<i>Episcopi utrum principibus homagium debeant, an contra</i> 100.28
	<i>Ecclesia Latina Graeca appellat degenerem</i> 128.30	<i>Episcoporum prouentus</i> 44.18, 48.46
	<i>Ecclesia Rom. vel triceps vel absq. capite</i> 237.17	<i>Episcopi facultates feudum autem periclitantur na</i>

Episcopalem

<i>Episcopalem dignitatem recusans a demonio torquetur</i> 42.22	<i>ercitu</i> 254.33
<i>Episcopales redditus apud Polonos & Pomeranos</i> 100.31	<i>Florentini Henricum Imperatorem veneno necant</i> 179.10
<i>Episcopales sedes in Wandalia restituntur</i> 83.35	<i>Florentina biremis a Gdanensib. capta</i> 298.15
<i>Equus auratus suspenditur</i> 230.27	<i>Florentina biremis capta causa disceptatur</i> 326.34, 328.52, Absoluitur 329.13
<i>Equi primum a Dania ad bellum euecti</i> 75.23	<i>Foderis sancienti apud Wandalos ceremonia</i> 116.5
<i>Equitum Teuthonicorum mag. Christianorum in Letuanos expeditioni inuidet</i> 192.32, A suis abdicatus in vincula conicitur 41	<i>Femina regem captiuum redimunt</i> 45.41
<i>Equitum Teuthonicorum ordo nascitur</i> 143.36	<i>Francia cur bellis civilibus raro obnoxia</i> 185.46
<i>Erasmus a Margareta adopratus, triu. regum in regna obtinet</i> 235.7	<i>Francia multarum gentium horreum</i> 306.19, & 28
<i>Ericus praedones ad se confugientes non vult dedere</i> 246.38	<i>Franciae rex Maximiliano sponsam adimit</i> 35.20
<i>Ericus Danus Kanuti fratris mortem ulciscitur</i> 75.20, & 54, Expeditione sua Christianismum parum promouet 75.37, Dania potitur 76.13	<i>Francici regni apud Parisios caput</i> 20.25
<i>Erphordia incendium</i> 297.21	<i>Franci suam ipsi originem ignorant</i> 27.50
<i>Erphordia Turing. academia instituitur</i> 219.45	<i>Franconia Germanorum, olim Francia erat</i> 30.2
<i>Estones nimia seruitute ad rebellionem adiguntur</i> 194.2	<i>Frater a fratre excacatur</i> 42.39
<i>Euangelij praeconis simul & miles est</i> 134.1	<i>Frater a fratre iniusto bello lacesitus, illius exercitum alloquitur</i> 72.55
<i>Eucharistiae miraculum</i> 141.35	<i>Fratrum duo paria bellum mutuo gerunt</i> 219.49
<i>Eucharistiam autem officio administrandam esse in Euangelio docetur</i> 227.28	<i>Fridericus Imperator se Boemiae regem inscribit</i> 291.31
<i>Eudoxia post Valentiniani mortem Wandalos in Italia accersit</i> 22.8, Gericici nepoti nupsit 25.9	<i>Fridericus in Asia flumine submergitur</i> 143.31
<i>Euermodus episcopus miraculis clarus</i> 127.23	<i>Fridericus II. ecclesie Rom. molestissimus</i> 152.33
<i>Eugenius Papa Imperatori parum equus</i> 262.25	<i>Fridericus III. Romanorum rex</i> 276.38
<i>Excommunicationis fulmina bruta</i> 147.25	<i>Fridericus III. de Imperij amplitudine instauranda desperat</i> 280.10, Leonoram Portugalensis filiam ducit uxorem 15
<i>Excommunicati ubi adsunt, in ea urbe res diuinae intermittitur</i> 286.30	<i>Fridericus Romam coronandus pacate contendit</i> 293.48
<i>Expeditionum in Syriam susceptarum nullus fructus</i> 174.43	<i>Fridericus Stadid potiri Henrici V. ope fretus studet</i> 64.51
<i>Explorator hostes vera dicendo fallit</i> 95.50	<i>Friderici cum Burgundo congressus & colloquium</i> 299.1
<i>Exploratoris missi perfidia</i> 59.32	<i>Fridericum Imp. se esse qui a simulabat, comburitur</i> 168.41, Alter a fugit 47
<i>Eydora & Trauena ad Holsatiam tutandam opportuna flumina</i> 83.16	<i>Frisij Hollandinis molesti</i> 223.7, Bello iactantur 264.26
<i>Eydora flumen, Saxoniae & Daniae limes</i> 98.41	<i>Frisiorum de sua libertate iam inde a Carolo Magno fabula</i> 244.31, Eorum legati apud Neronem 244.40
<i>Factio, paenis de autore sumptis, cocidit</i> 325.13	<i>Furiosus quidam Wismaria familia misere trucidat</i> 231.26
<i>Faldera sacerdotibus pulsus perfugium</i> 75.41	<i>Aguii scriptoris Galli de Wandalis error</i> 27.33
<i>Falderense cenobium miraculis clarum</i> 77.40	<i>Galli uno die tota Sicilia trucidati</i> 167.47
<i>Falsenses calumnia circumueniuntur</i> 98.23	<i>Gallia multarum gentium bello dimicantium palestra</i> 18.37
<i>Ferri candentis & vomeris examen</i> 95.19	<i>Gaudiosa, Caroli Magni spatha</i> 196.36
<i>Feudatarios episcopi, nobiles, sui duntaxat tutandi gratia constituunt</i> 87.38	<i>Gdani primores qua arte hominem tumultus autore oppido emiserunt, deinde necarunt</i> 285.1
<i>Flagellantes in Gallia pullulant</i> 207.11	<i>Gdani seditionis autores paenas luunt</i> 240.24, Proditores caduntur 286.47
<i>Flagellantium secta</i> 194.29	<i>Gdanensis conspiratio deprehensa & oppressa</i> 287.55
<i>Flagella diuini furoris</i> 229.1	<i>Gdanensis nauis praefectus Florentinos nauali pugna</i>
<i>Flandrenses cum mercatoribus orientalibus dissident</i> 205.47, Eorum legatos violant 269.48	
<i>Flandrenses Maximilianum mortua uxore praesse sibi nolunt</i> 34.45	
<i>Florentinus Germanis antepositur in ducendo exercitu</i>	

gna vincit	298.15	Godscaldi ad Deū conuersi laudes 55.55, Eius ne-	
Gdanensis urbis parua initia	240.32	cem filij ulciscuntur	57.52
Gdanenses à Teuthonicorū prefecto casti	284.48	Godscaldi post eritas deficit	73.33
Gdanensium stipendiarij dum piratica infesti ef-		Godscaldi vidua ludibrio habetur	57.46
sent, à Lubicensibus capti capite luunt pœnas	284.34	Gotfridus à latronibus, quos insequatur truci-	
Geldas quid vocent Brunswickenses	172.11	dati	67.25
Gelriam Burgundus occupat	298.5	Gothi Wandalorum partē patria expellunt	29.1
Gelriensis bello in Letuanos captus liberatur	216.	Gothorum prima è patria migratio quam vetusta	290.7
41		Grando humanam faciem præferens	221.54
Genfericus Wandalus Aphricā tenet	21.37, Ro-	Græci qui concilio Florentino interfuerint	275.6
mam & Campaniam diripit	22.10, Italiā in-	Græci Latinos in symbolo Nicæno susceperunt	
uadere cogitans superatur	23.11	275.17	
Georgiani Christiani quales	286.1	Græcie captiuitas cui rei tribuatur à Latinis, pag.	276.1
Gerardus Holsatus iniquo in fratrem Danū ani-		Græcie nobilitas dolo à Turco circumuenitur	281.37
mo 295.17, Lubicensibus & Hamburgeribus		Græciā Constantinop. capta Turcus subigit	281.46
suspectum se prebet	23, Holsatiam recuperare	Guardie milites	330.47
à fratre Dano prohibetur	297.40	Guido ex causidico in papatū euectus	165.15
Gerardus Slesuici dux Thietmaros adortus om-		Guncelinus Pribislaū obsidionē relinquere cogit	105.3
nes ferē suos amittit	230.53	Guncelinus Zwerinensis comes cōstituitur	100.10
Germani amplissimorum regnorū autores	21.30	Guntamundus rex catholicus	24.46
Germani defatigati benedictione papali recrean-		H æreses accusati concemuntur, fortiter sup-	
tur	288.55	plicium perferunt	230.36
Germani in Lusitaniam nauigāt, & Plysiponem		Heretici in Polonia comburuntur	179.2
Saracenis adimunt	79.54	Hamburgi populus à clero disidet	190.21
Germanorum in consultando tarditas	252.25,	Hamburgi quomodo seditionis autores ad suppli-	
267.49		cium perferendū diuinitus sint adducti	317.14, Autor ipse plectitur
Germanorū simplicitas à Papa ridetur	288.51	Hamburgi tumultus ob annonæ caritatem ortus,	
Germania non, ut Francia, uni pareat	185.45	prolixè describitur	308.20, &c
Germania pretiosissimis reliquijs spoliatur, quæ in		Hamburgensis ecclesia ab Alberto vexatur	307.43
Boemiam transferuntur	196.34	Hamburgensis ecclesie limites	40.10
Germania concordata ad moderandam papæ ni-		Hamburgensis seditio	234.16
miam potentiam	185.55	Hamburgenses cleri sui nimias opes conantur cir-	
Germania principatū unū esse præstaret	185.43	cumscribere	328.22, & 329.50
Germanica ecclesia non sicut Romanam quicquam		Hamburgenses Dano subiectionē agnoscūt	286.20
libet sibi sumere	287.30	Hamburgenses virum consularē capite plectūt	255.40
Geroldus post Vicelinum 91.8, archiepiscopo licet		Hansa mercatorum quid sit	207.48
refragante episcopatum obtinet	31, Cum Ar-	Hanse apud Lubicam conuentus	241.33
chiepiscopo ex postulat	55	Hanse ciuitates apud Francia regem queruntur	327.11
Geroldus in tenui episcopatu non potest se susten-		Hanse mercatores priuilegijs suis restituuntur	225.27
tare 91.46, Qua de re conqueritur	94.20, Mo-	Hanse oratores in Anglia conquerentes vix ali-	
ritur	103.40	quid iuris obtinent	272.16
Geroldi importunitas, ut sibi rectè provideatur		Hanse socij Anglicanam pecuniam partiuntur	323.3 & 12
94.38		Hanse socij Flandrensibus infensi	215.22
Geroldo prædium petenti reluctatur archiepisco-		Haraldus Dania rex à filio opprimitur	44.36
pus	94.47	Hartwicus à patriarchatu excidit	148.11
Gladium geminum episcopi stringunt in promo-		Hartwicus Ruzero Lubicensibus ob venditum	
uendo Christianismo	159.40	patrimo-	
Gladiferorum fratrum ordo	134.5		
Gondebaldus Burgundia rex Lubicæ fidei	31.15,		
fratres & nepotes crudeliter necat	30.50, 31.17		
Gondiacus Burgundionum rex primus	30.20		
Godscalcus pietatē quā oppugauerat	54.6, pro-		
mouet	55.3, & 10, A suis interficitur		
	57.26		

patrimonium infestus	290.53, 307.3	bat, reconciliari cogitur	158.20
Harwarus Saxo Danos patriam ingressos delet	50.10	H ruli sunt Wandali	23.27
Heidelberg a papa carcer	237.35	Hieronymus Pragensis Iohannis Hus discipulus	228.17, Constantia concrematur
Helmoldi de mari Baltico error	36.10		238.52
Heluetiam à multo tempore similitatē cum gen-		Hierosolyma amissa	143.26
te Austriaca exercent	214.34	Hierosolymitana expeditio magno conatu susce-	
Heluetiorum virtus Burgundū confecit	300.48	pta 79.29, Germaniam latronibus, illuc profi-	
Henricus bello captus, 26. annos detinetur	165.30	ciscentibus, exhaurit	39
Hericus Carinthia princeps, Boemia rex	164.18,	Historia scriptores vix partiū studio vacui	112.28
Vnde ab Henrici Imperatoris filio pellitur	38	Historiarum scriptores suam quig, gentem supra	
Henricus Catulus Bauariae dux Saxonia excidit	77.15, Quam postea Alberto admittit	fidem commendant	13.1
Henricus Godscaldi filius ad Danū agnatum pro-	78.1.	Hollandia è Francia frumentum mercatur	306.21, & 29
fugit	58.22	Hollandi caritate annonæ reliquas regiones ve-	
Henricus Godscaldi filius paternam ditionē Cri-		xant	326.3
tone tandem delecto recipit	65.50, magnam di-	Hollandinorum magna naues	247.50
tionem tenet	71.18	Holsatia hodie quæ antè Wagria	38.33
Henricus Imperator Boemum subigit	53.28	Holsatia comitatus Dano cedit	284.21
Henricus Leo Henrici Catuli filius 78.8, Quam in-		Holsati comites in latronum causa Lubicensibus	
festum haberet Imperatorem	134.40, Ducatu	non nihil aduersantur	215.15
exiit	46, Lubicensibus, quū opem ferre non	Holsaticum Danis equo Marte dimicant	123.26
posset, deditioem facere permittit	136.44	Holsati decimas dare recusant	101.52
Henricus Leo ab Anglicano exilio reuersus Holsa-		Homagium principi episcopus denegat	108.50,
tia recipit	144.1, Lubicā deditioem capit	Quod iam en coactis tandem facit	109.32
100.5		Homicidij apud Thietmaros pœna	273.5
Hericus Leo Wandalos ad fidē denuo cogit	53.19	Hominis obscuri dignitatem quandam adepti in-	
Henricus Leo Wandalos in metu continet	83.29.	solentia	317.28
Alberti conatum prudenter auertit	86.41	Hominiū deberi episcopus agnoscit ei duntaxat	
Henricus Leo Zuenonē in Daniā reducit	96.47,	qui bona cōtulit, successoribus non itē	127.48
Brunswici moritur	148.3	Honoricus in Aphrica catholicos psequitur	24.24
Henricus Magnopolensis egestatis subsidiū gra-		Hospitalitas in Wandalis summa	92.45
tuitum à clero nullum accipit	183.11, & 15,	Hostis contemptus quā sit periculosus	168.20
Eius filij	188.11	Hostem externum esse saepe concludit	140.40
Henricus Magnopolensis latronibus inimicissi-		Huni à Carolo magno deleti	132.20
mus	208.22	Huni in Germania numerantur	2
Henricus Magnopolensis quod de Brandeburgensi		Husitana doctrina præcipua capita	227.22
ditione ceperat, pretio accepto reddit	186.12	Husita ob Ioannis Hus mortem sauiunt	242.28,
Henricus multas tenens ditiones, non caret inui-		Qua arte capiunt arcem, eadē amittunt	244.3, Arcem Pragensem occupant
dia	107.35, & 50	duntur	266.7, & 27
Henricus Wandalus magnum in Rugianos ducit		Husita denuo arma corripunt	313.53
exercitum	68.50, Dano bellum infert	Husita fere superiores	245.41
70.23		Husita in Slesiam	257.21
Henrici Brunswickensis filius episcopo adiutor		Husita magnis conditionibus cauent, antequam	
creatur, ut vires comparandas	330.36	se pontificis committant	261.53
Henrici Cardinalis in cōsulendo probitas	272.32	Husita suorum cades, quæ clam fiebant, ulciscun-	
Henrici Lubicensis pontificis magna apud Imper.		tur	242.39
gratia	136.41	Husita suorum omnium Christianorum religionem	
Henrici Magnopolensis mors	183.22	quæ sunt offe	
Henrici Magnopolensis post XXVI. annos è capti-		Husitarum dux cæcus aciem instruit, & vincit	253.23
uitate redeuntis historia duplex	172.49		
Henrici Wandalia principis filij nefarij parrici-		Husitarum expeditiones & crudelia facta	253.47, 258.53
da	171.24	Husitarum in Eucharistia danda error	216.53
Henrico Leoni Bauaria restituitur	96.40	Husitarum magna victoria	252.37
Henricū Magnopolensem omnes innadūt	181.51		
Hercinia sylua Boemiam cingit	6.7		
Hermannus Turingus Philippo, quem oppugna-			

catholicis

Huſſitarū metu urbes paſſim muniuntur	260.37	Incendiorum mira vis, quæ nullare reſtingui poterant	250.5
Huſſitarum oppidum expugnatur	246.3	Induciarum violatores à ſociis cædi ſinuntur	300.12
Huſſitarum ſecta qua occasione emerſit	226.39	Induciis hoſtes non ſunt armandi	9.51
Huſſitas Boemus in Turcos ducit, ut ſic eos conſiciat	273.34	Indulgentia plenaria ad Liuoniam ſubigendam	134.12, Aduerſus Huſſitas 146.6, 294.7, Pro Rhodiis 303.42
Hydruntum Turcus capit	303.53	Indulgentiis inuitantur qui pro religione bellum gerunt	157.40
Acubicus Huſſita obſeſſus capitur	273.20	Indulgentiis queſitæ pecuniæ dilapidantur	275.3, 289.54
Iadera urbs Venetis venditur	215.47	Indulgentiis queſitæ pecuniæ dilapidantur	504.
Iarimarum Rugianus in Danum, cui antea ſumma fide obſequabatur, bellum gerit	162.23	Indulgentiis queſitæ pecuniæ dilapidantur	33
Iarmericus Danus captiuitate ſe audaci factò liberat	12.11	Indulgentiis queſitæ pecuniæ dilapidantur	294.8
Ida nobilis femina, illuſtrium virorum uxor & mater	64.36	Iniuria potentioris miſſitanda eſt	145.53
Idolum Swanteuit factum ex ſanto Vito martyre	40.32	Interdictum in Daniam vibratum	165.14
Idola prudenter euertenda, ne quem caſu opprimant	112.3, & 40	Interdictum in Daniam vibratum	285.41
Idololatrias vexare vix habetur peccatum	93.55	Interdictum in Daniam vibratum	282.49
Idolorum vanitas idololatriæ pudori eſt	112.8	Interdicto principes à clero coguntur in ordinem	183.14
Ierſicus Huſſitarum deſenſor Boemiæ rex	291.36	Inueſtitura cum libertate electionis ſtare poteſt	142.25
Ieiunium antequam bellum in populos impioſ geratur	194.53	Inueſtitura episcoporum, res magnæ controuerſiæ	84.8, & 28
Imagines impudicæ à Chriſtiano coliguntur deprehenduntur	71.20	Inuitos ad Chriſtum conuertere nefas eſt	205.45
Imagines plurium capitū quibuſdā diis tribuuntur	93.20	Ioannes Henrici Imper. filius Boemiæ regnum occupat	164.38
Imperator alieno tempore Chriſtianos principes adoretur	303.7 & 16	Ioannes Holſatus captus uxorem, ut liberetur, ducit	181.34
Imper. Boemo immorigero bellū infert	174.53	Ioannes Huſ Wicleſſitarum dogmata amplectitur	227.11. Coſtantiæ concrematur 238.48
Imperator cur iniquo in Danum animo	137.39	Ioannes Scotia profectus, in verbi prædicatione ſtrenuus 57.4. Pro Chriſto martyr occubuit 38	
Imperator Dano Pomeranū hoſtē concitat	137.30	Ioannes XXIII. papa concilij auctoritati ſubeſt	237.22, Deponitur 238.33
Imperator & Danus belli cauſas querunt	143.1	Italia à Turcis remota, populos illis propinquos tamen pecunia emungit	289.52
Imperator Græcus Turco tributum pendit	281.16	Italia luſtuofis factionibus laborat	302.5
Imperator imperij opes profuſe dilapidat	202.45	Italia non legitimis ſcatet, & quidem in primariis familiis	290.30
Imperator Nuſſio à Burgundo obſeſſo auxiliū fert	300.3	Italiæ papa & alij Imperio ademptum erant 292.8	
Imperator præ Dani proceritate pene contemnitur	135.39	Italiæ ceteris gentibus inuiſe	304.2, & 9
Imperator Vngaro bellum in Turcum gerenti moleſtus eſt	305.31	Italis riſui eſt Germanorum ſimplicitas	289.5
Imperatoris laudabile apophthegma	314.46	Iubileus annus in Germania publicatur	332.11
Imperatores libenter alios principes regio nomine ornant	72.12 & 42	Iudæi Bauari Huſſitas pecuniis & armis iuuant	245.5
Imperatores hodierni exiguas aduerſus Turcos vires cur habeant	292.7	Iudæi Chriſtianū hominem crucifiſunt	169.15
Imperij auctoritas apud Italos labefactata	262.14	Iudæi mira coſtantiâ ſupplicij perferunt	184.17
Imperij auctoritas apud Italos labefactata	27.27	Iudæi Prægiæ internecione delentur	216.50
Imperij opes lacera & fruſtra colligi poſſe putantur	267.36	Tota Gallia 174.46, Miſnia & Turingia peluntur	235.47
Imperij Romani inclinatio	15.36	Iudeorum in Euchariſtiam audacia & ſupplicij	183.33, 325.25
Impia promiſſa non ſunt præſtanda	25.34		
Immunitates ſemel cōceſſæ non reuocanda	215.29		
Incendium mercatoribus detrimentoſum	300.35		
Incendia Lubicæ crebra	235.24		

Iudex à reo quem iniquè damnabat, ad certam diem citatus, tum moritur	250.11	Laico homini conſeſſum de eligendo epiſcopo arbitrium	149.53
Iulianus Cardinalis bello Turcico cadit	278.2	Lapides igniti 174.38 cum grandine cadunt.	
Iulinenſes Wandalorum poſtremi Chriſtiani ſunt	46.6	Laquei animarum in negotio calibatus	333.30
Iulinenſium uetus gloria exoleuit	120.45	Latrones conuocati à rege, incauti ſe p̄dunt	10.10
Iulium oppidum, quod Danus incendit, non eſt poſtea ſuo ſplendori reſtitutum	124.53	Latrones Lentæ cum principum copiis audent congregari	224.45
Iulium oppidum quondam Wandalorum ciuitas 44.50, 45.10, incenditur	139.50	Latrones multi in ipſis principum aulis	290.38, 291.7
Iure gētū præda ex hoſtib. capta tenetur	298.48	Latronum duces quinam eſſe ſoleant	278.44
Inſurandum apud Wandalos prohibitum	76.45, 93.15, 98.49	Latronum multitudo ex diuturnis bellis ſuperēſt	236.10
Iuſtinianus erga Bulgaros ingratus & perfidus	129.1	Latronum receptacula euertuntur	197.16
Iuta Abſolonis odio tumultuantur	137.20	Latronibus alij principes fauent, alij inimici ſunt	193.48
Iuliam inſulam Wandali populantur	96.11	Latrocinium, natiuum quibuſdam vitium	210.54. Wandalis familiare 169.39. Huius rei cauſa
Iutis, quos Pomerani ſpoliauerant, Abſolon fert opem	121.54		92.49
K anutus Danie rex bellum in Iulinenſes parat	54, miraculis poſt mortem clarus 60.52	Latronibus non deſt iuris ſpecies quam obtendant	236.14
Kanutus primi nepos, cum Henrico Wandalo varia fortuna bellū gerit	70.31. Ei ſua ille moriturus ditione cōmendat adminiſtrandā 71.1. Suos obſectatores graui oratioe cōpeſcit 72.50	Latrocinia crebra ex marchia Brandenburgeniſi	273.43. Cur ita crebra apud Germanos 325.54
Kanutus latroni conſanguinitatem proferenti non parcat	73.40	Latrocinia exercet, cuius fratres eo impubere hereditatem vendiderant	290.53
Kanutus publicæ fidei religionem ſeruari ſuadet	71.40. Obſtritorum rex ab Imperatore appellatur	Legati de latere fulmen negligitur	207.14
Kanutus Wandalorum principatum ad reliquas ditiones accipit	73.35. AEmulos de ditione contendentes domat 50	Leodium à Burgundo deletur	293.32
Kanuti indignam mortem quædam omina præcedunt	74.41, à Magno fratruelæ perfidiõe illatam 53. Poſt mortem inter diuos connumeratur	Leproſi in Gallia comburuntur	179.4
Kanuti integritas Magno Dani filio inuiſa	71.45. aucta dignitas multorum odia conciliat	Letuanie deſcriptio	132.32
Karentini Arconenſium clade territi ditione faciunt	112.14	Letuanie princeps miſſis qui euangelium prædicarent, ſuperbè reſpondet 184.53, à Chriſtianiſ accerſitus, à quodam poſtea contra ſocietatis ius interficitur	185.23
Kiſſini populi ubi	38.28	Letuanie princeps oblato Polonia regno fit Chriſtianus	209.40
Kiſſinorum ager Nicloti filii ademptus	100.13	Letuani quas merces ſuppeditent	132.50
Kolbergæ in Pomerania ſacerdotes proditiõis ſuſpecti	288.21	Letuani Liuoniam populantur 155.24. Pruſſiam bello deuſtant 201.13, A Chriſtianiſ magna ſtrage caſi 205.26, Chriſtianos ſeſeri uelle ſimulant	208.38
L adiſlaus Boemus in ipſa pubertate ueneno necatur	291.20	Letuanorum multi armis conuicti baptizantur	188.46, Magna pars cum rege baptizatur 209.45
Ladiſlaus poſthumus Boemiæ rex	276.25. Aduleſcens à variis, quorum princeps erat, expulſus	Letuanorū patriarcha inſtituitur	219.37, 222.42
Ladiſlao puero alter Ladiſlaus negotium de Boemiæ regno faceſcit	277.46, 278.5	Liber fatidicus Toleti repertus	161.31
Ladiſlāu adolescentē comes Cilia educat	276.55	Libri in Dania reperti non ſunt Gothorū	290.3
		Liberæ ciuitates arces ſibi imponi grauitè ferunt	265.8
		Libuſſæ regina de quæredō marito inuentū	13.50
		Litæ principes de rebus peruetuſtis mouent	191.16
		Lingua Latina una eſt, Romana nēpe, & cur	3.2
		Lingua Wandolica in quibus ſit gentibus	2.53
		Linguis duabus apud Boemos conciones ſacræ habentur	6.13
		Lipſenſis ſchola ex Pragenſis ruinis ædificatur	227.7

- Literæ diu apud Wandalos nulla* 18
Liuania non pridē Christiana 133.35, *Quatuor habet discrepantes linguas* 133.21
Liuania pars à Musgouia principe occupata 5.12
Liuania plebeij indigna seruitute à Christianis dominis premuntur 304.41
Lōbaridi trapezita multos obnoxios habēt 327.1
Longobardi è Dania prodierunt 23.35
Lotharij Imperatoris morte Christianismi restitutio impeditur 77.10
Lubica Wandalia primaria vrbs, 144.9, opportuno loco sita 65.26, *Henrico Leoni inuisa* 87.22, *Incendio deformata instauratur* 97.22, *Sacerdotis virtute seruatur* 99.25
Lubica imperialis ciuitas constituitur 137.2, *In varias manus venit* 144.53, *In Dani potestatem* 149.20
Lubica tertio conflagrauit 156.17, *quater conflagrauit* 165.41, *Sub Henrico Leone florere cœpit* 203.31
Lubica noua situs iam ab ipsis Cimbris notatus 77.41, *Episcopatus sedes constituitur* 101.11, *Maior ecclesia construitur* 127.8
Lubica plectuntur qui concordiam sarciri impediebant 338.8
Lubicam condere Crito, ubi nunc est, cœperat, & ante eum Cimbri 65.24
Lubicam Henricus Leo cōmeatum introducit 46.10, *Henricus Leo cū Adolpho partitur* 144.42
Lubicā honorifica deditioe Imperator capit 136.6, *Henricus Leo cū Adolpho partitur* 144.42, *Adolphus obsidet* 145.40
Lubicēsis episcopatus à duce episcopū accipit 126.20, *Non satis pinguis visus* 142.12
Lubicensis episcopus plebem lenire conatur 233.3
Lubicensis negotiationis fœlix initium 86.32
Lubicensis plebs concitata, leni oratione placatur 204.4, *Infolescit* 206.22
Lubicensis præfectus re male gesta in carcerē abducitur 254.28
Lubicenses in manus Adolphi deditioe veniūt 46.29, *Præsidio Danorū caso se in libertatem vendicant* 152.42, *Cum socijs Danum prælio superant* 153.29
Lubicenses Dani regiam euertunt 156.13, *Itē arcem Dorso* 165.1, *In latronum manus, quos insequi volebāt, proditore itineris duce veniūt* 172.28
Lubicenses riuo arte factō vecturam commodiorem reddunt 218.23, *In Wolgastensē piraticam exercentem* 223.46, *Vrbem egressi hostes in fugam agunt* 228.26
Lubicenses Balthasarem ad fœdus petendum compellunt 231.9, *In piratas* 243.43, *Magna multitudo in latrones prodeunt* 244.21
Lubicenses domum ab exilio reuertuntur, & cum ciuibus in gratiam redeunt 239.11, *Noui eorum consules magnam pecuniam pendunt* 55.
Exules domum reuersi sua repetunt 240.43
Lubicenses Danorum præfectum in mari capiunt 263.53, *Cleri sui nimias opes circuncidunt* 278.20
Lubicenses ex Angliare infecta discedūt 290.14, *Apud Danum vix ius obtinent* 331.20, *Danos in suo portu detinent, ob nauim suā ademptam* 47
Lubicensiu naues aliquot Dani intercipiunt 199.31, *Consulū causa apud Romanorū regē agitur* 235.16, *Eorum cum Dano bellum* 247.40
Luētiosum inter Christianos schisma 187.30
Lucus Prone sacer à Geroldo euertitur 93.25
Ludouicus Imperator Bulgaros superat 130.1
Ludouicus nobiles Gallos qui conspirauerant, varijs rationibus conficit 34.22
Luneburgi clerus & populus in gratiam redeunt 287.2
Luneburgensis ciuitatū odia in se cōcitāt 222.25
Luneburgensi clero multa manēt adēpta 287.6
Luneburgenses re pecuniaria laborant 296.40
Luneburgenses senatum pellunt, quem postea malis edocti reuocare coguntur 282.16
Lupoldus Austriæ dux ab Heluetijs ceditur 214.34
Lusitaniam Alani & Sueni occupant 19.8
Lutbertus Tiadmari mortē antē præsentit 88.54
Magdeburgum archiepiscopus sedes cum suffraganeis 43.27
Magdeburgi inter clerum & populū graue dissidium 229.45
Magdeburgensis archiepiscopus durissimē à suorum quibusdā tractatur, & crudelissimē necatur 186.31, &c.
Magdeburgensis post disidiū concordia 230.32
Magistratus nimia in episcopo eligendo autoritas 103.52
Magnopolis à Pribislao ædificatur 115.22, *Acceptum euangelium per annos 84 abiecit* 148.10
Magnopolis Obotritorū oppidum à Pribislao capitur 104.45
Magnopolensis ditio fit ducatus 191.14
Magnopolensis aliarum ditionum accessione locuples 306.36, *In naufragos immitis* 316.40
Magnopolensis cum Magdeburgensi bellū componitur 196.11
Magnopolen. ducis supellex à milite capta 300.29
Magnopolensis mortuus incomparabili caremōnariū splendore sepelitur, quarum descriptio est 334.1
Magnopolensi episcopo 300 mansi 100.20
Magno-

- Magnopolenses prælio victores* 251.4
Magnopolenses vix tandem cum Magno in gratiam redeunt 313.43
Magnopolensium ducum series 156.41, 170.7
Magnus Dania regnum postposito hærede obtinet 55.12
Magnus canonicorum collegiū Rostockij instituire cogitat 314.20, *Rostockenses inuitos ad parendum impellere statuit* 320.33
Magnus Kanui parricida ab Erico deletur 76.11
Magnus Saxo Wandalos subigere cogitat 58.49
Magni voluntas à Rostockensibus valde alienatur 314.48, 315.10, 316.47
Magno duci Magnopolensi cum Lubicensibus simultas intercedit 307.27, 308.10
Mahumetis Turci Imperatoris mors 305.5
Mahumetanus Christianorū preces non negligit 286.15
Mannus quid sit Italis 64.21, *Germanis* 28
Mannus Tuisconis filius 2.7.18
Mansi trecenti episcopo attributi 94.25
Mansi ecclesijs assignati 87.37
Marca argenti olim alia quàm hodie 183.28
Margareta cum Alberto Sueco bellum gerit 216.28, *Dania regnum duobus alijs iunctis tenet* 191.6
Margareta Wolgastenses 80. velut prædones supplicio affici iubet 224.4
Marchia noua Brandeburgensis 279.20
Marchia vetus à Brandenburg. premitur 326.19
Marchie & marchionis nomina vnde 63.45
Marchio Brædeburgensis Danum Wandalia expellere conatur 148.17
Marchionatus Brandeburgensis origo 64.45
Marcomannicum bellum Romanis formidolosum 12.39, 335.34
Marcomannorum gens quæ sit 12.27, *Non vnde fluxerit* 64.20
Mari cōgelato ex Prussia Lubicā venitur 249.16
Mari gelu cōstricto diuersoria iter faciētibus disponuntur 183.20
Maria Magdalene quibus fauet, eos opposita nube à sole defendit 153.29
Mariæburgum hypotheca subiiciūt & amittunt Teuthonici 283.22
Maritima vrbes cum Dano bellū gerunt 199.19
Marsorum & Holsatorum appellatio vnde 4.14
Marsus dictio multorum populorum nomina claudit 2.41
Martiniana constitutio Germanicæ ecclesiæ præcipitur 333.28
Martinus Henricum Magnopolensem dominum captiuum aluit 172.52
Mariyr Christi Vitus pro Deo colitur 40.31
Massagetæ olim, qui hodie 224.24, *Bello ad Christum adducuntur* 180.25
Matthias Vngariæ regnum accipit, Imperatori se calibem victurum pollicitus 201.32, *Quod quum nō præstaret, ab Imp. accusatur* 302.17, *Boemum regno spoliare conatur* 296.9
Maximilianus à Belgis non dominus sed administrator habetur 303.25, *Brugis captiuus à ciuibus* 35.4
Maximiliano Burgūdi filia despondetur 300.17
Meinardus Liouonum apostolus 133.41
Mekelnborg re & significatione est Magnopolis 147.50, 154.42
Mercatores ad mentiendum proni 306.33
Mercatores Lubicenses pignoxibus capiēdis militarium hominum animos irritant 200.26
Mercatores oriētales Brugas desinūt adire 198.37
Mercatores sua, etiam cæsis latronibus, non recipiunt 323.40
Mercatorum auaritia in caritate annonæ 326.6
Mercatoribus cum militibus parū conuenit 302.1
Milites Christiani pluuiam precibus à Deo obtinent 12.47
Militaris vita vel in Christianis plurimis improba 8.3
Ministeriales monialibus attributi 41.41
Mira hominis p colloquij speciē capiēdi ars 45.28
~~*Miraculum hostis, quod prædationes profecto habent* 210.15 & 30~~
Miracula etiā habet demoniorū supstitutio 112.46
Miracula induratos non mouent 62.43
~~*Miracula de eucharistia finguntur* 326.29~~
~~*Miraculo ultra nos solum prædicantur* 111.25.~~
~~*Glori amantia & populi superstitione feruēt clausum* 210.29~~
Misizla ecclesiæ occultus hostis 49.54
Misna arx ab Henrico condita 41.36
Mistiwoi Wandalus sponsam petens repulsa irritatus in Saxonem rebellat 50.53, *Ecclesiam persecutus, tandem respiscit* 51.46
Moguntinensis episcopatus belli materiam præbet 202.4
Molne Lubicensibus oppignoratum Brandeburgensis non redimit 291.52
Monachus Cisterciensis industria & solertia in aulam euebitur 196.39, *Quam ecclesiæ antepōnit* 197.11, 199.53
Monachus peritus bombarde magister 294.23
Monachus voto solutus regnum inuit, & uxorem ducit 47.45
Monachi Benedictini idem in vrbe quod in syluis sibi non licere indignè ferunt 155.44
Monachi Dominicani epulum Lubicæ quotannis præbent 153.33
~~*Monachi mendicantes quid in Ecclesiis proficiunt* 107.35, *In suos fundatores imitantur* 170.9~~

Monachi mendicantes episcopo Lubicensi aduersantur 178.47
~~Monachi mendicantes hoc sunt in ecclesia, quod~~
~~mus in per a 172.41, Reliquo clero parum ga-~~
~~186.2, 204.21~~
 Monachi monachos apud se herere nolunt 295.1
 Monachorum & monacharum chorus communis 235.37
 Monachorum varios ordines Husita negant diuinum esse institutum 248.48
 Monachus non voto susceptus, sed pro supplicio imperatus 39.28
 Monasterium Cisterciense in Dobran 108.14
~~Monasterium nomen nulli monachi voluit repone-~~
~~re 37.34~~
 Mons regalis à quo conditus 162.45
 Mons regius Teuthonicorum equitum sedes 131.49
 Monte dissiliente vallis dehiscit 161.27
 Moruorum rex clade accepta fit eremita 41.21
 de Morbo hominis prohi variè indicat homines 89.36
 Mortuus è tumulo extrahitur, ut sedi suæ in senatu restituatur 220.37
 Multauiia Pragæ influit 6.10
 Musgouia princeps Imperatoris Constantinopolitani uxorem ducit 297.30, Liouoniam populatam 304.35
 Musgouia principis ditio 5.10, Indignantis vox 327.55
 cum Musgouia principe agere parum tutum 328.6
N Abutus natus aurens Anglicus 223.19
~~Nansenium à Burgundo obsequium 300.52~~
 Nansenica pugna Burgundus cadit 37.31
 Nero Liuij scripta abolere cogitauit 17.52
 Neutralitatem Germani in dissidio papæ & concilij sequuntur 275.1, Tollitur autem à Fridericico 278.9
 Niclotus de Wandalorum ditione contendit 73.51, Rebelles Adolphi ope domat 86.17
 Niclotus Kisinorum princeps in prelio cadit 48.55
 Niclotus Obotritus de colendo Deo parum sollicitus 94.14
 Niclotus Obotritorum princeps impius Canuto pio succedit 76.22
 Niclotus Wandalus se aduersus Saxonum vires munit 80.15, Prior bellum infert 31, Saxones adortus cadit 99.51
 Nicloti filij bellum mouent 102.41
 Nicolaus Daniae rex in Kanutum ob leuem causam iniquior 74.16
 Nicolaus Holsatus cur Puer dictus 166.44
 Nicol. Wadalus iocose seri tractat 166.2 & 20
 Nisi māducaueritis carnē, &c. male intellectum 216.54
 Nobles in Germania qui legitimos liberos non habent, quomodo turbulentur 290.27
 Nomina in laus desinentia, Wandalica 14.39
 Nordalbingia Holsatia est 51.23
 Normannorum expeditio in ipsam Galliam 40.42 & 50
 Northusen & Molhusen vrbes Saxonica, in Turingia ditionem transeunt 158.50
 Noua statuta à Rostockensibus fiunt 178.10
 Nouguardia à Musgouia principe occupata 5.20, 301.48
 Nouguardia mercatores indignè tractatur 327.46 & 52
 Nouguardiam Russorum caput mira lues inuadit 251.35
 Nouum concilium Rostockij & Wismariae constituitur 255.10 & 19
 Nurenberga lancea Dominica frusto nobilis 32.37
 Nustia à Burgundo obsidetur 299.34, Liberatur 300.19
O Botriti ubi sint 38.31, Sunt Magnopolenses 57.46, 154.42, Iniquam sortem suam apud Carolum queruntur 39.42
 Occidentali imperio per annos amplius trecentos nemo praest 23.21
 Odera flumen describitur 37.26
 Odoacer Boemus multas diuisiones tenet 158.28, 162.42, Uxorem inducta pellice repudiat, quo factò à Philippo alienatur 21
 Odoacer Wandalus Italiam subigit, & in patria regnum seruat 23.28 & 42, 24.5, Imperatori se subesse negat 163.15, Dolo ad praestandum illi homagium adducitur 33, Pugnans interficitur 48
 Odoacrem Itali vocant qui Odinkarus est 163.14
 Oppidi capiendi ars & strategema 293.18
 Oppidis sua est ætas & quasi obitus 4.12
 Opum magnitudo quid in ecclesia pariat 207.53
 Oratio in Magnopolensis funere, quæ Wandalicæ historiae epitomen quandam habet 334.20
 Orientalem Ecclesiam Latina pro schismatica habet 133.32
 Orosij iniusta in Stiliconem maledicentia 17.5
 Orphanorum nomen Husitis impositum 259.9
 Otto amplissimam ditionem relinquit, ut equitum Teuthonicorum sodalitiū ineat 197.7
 Otto comes octo filiorum pater 284.19
 Otto Daniae regis filius bello captus dimittitur 192.3
 Otto Luneburgensis Lubicenses clade afficit 174.20
 Otto Magnus imperator 43.16
 Ottonis II. filia à Boemi filio è monasterio rapitur 46.21
P Alude difficillima Danicus exercitus detinetur 123.48
 Panis

Panis fluxuius 55.52
 Panis fluxuius quorum populorum limes 38.28
~~Papa de prouincijs Italicis aduersus imperatorem contendit 159.22~~
 Papa non eodem animo esse solet papatum consecutus, quo antea fuerit 159.30
 Papa sibi à medicantibus monachis metuit 172.41
~~Papa gladium aurumq; sibi vendicat, sacroscriptura loco abusus 179.55, 302.15~~
 Papa in patrimonio S. Petri fraudum facit inuictum 180.2
 Papa leges fixas refugit 222.46, Quod ecclesia damnat, ratum habet 240.19
~~Papa opes detinens, alijs laborum & sumptus ferendos mandat 252.10, 257.29~~
 Papa conciliū Basiliense celebrari non vult 261.7, Et cum patribus illud celebrantibus disidet 274.29 & 55
 Papa reformationem omnium maximè reformidat 262.39
~~Papa omnia nihil facit 262.43~~
 Papa cum Concilio Basiliensi de potestate contendit 269.9, Illudq; Delphini armis turbat 278.7
 Papa regem regno nequicquā abdicat 291.45
 Papa ad bellum Turcicum Christianos nequicquam cohortatur 295.39
 Papa Turci filium apud se honorificè habet 305.25
~~Papa fulmina principes qui sapientis nihil faciunt 180.4~~
 Papa immodica exigenti obstitunt Rhenenses pontifices 202.20
 Papa nūcius prouincias expilans, in Polonia carceri mandatur 289.49
 Papa autoritas qua ratione à Catholicis eludatur 319.52, 320.5 & 21
~~Papam errantem Sorbona Parisiensis redarguit 188.31, Patres concilij damnatum capiunt 237.19~~
 à Papa qui audeat appellare reperitur 285.38
 Papa reges creandi potestatem sibi sumunt 179.53
 Papatus obtinendi rationes quales 237.30 & 39
 Parentes senio confectos filij per egestatem trucidant 175.29
 Pater cæcus à filiis contemnitur 166.39
 Pater & filius aduersas partes bello civili tuentur 46.8
 Patres, bello non succedente, alia via aggredi Husitas statuunt 261.28
 Patriarcharum partes 56.51
 Paulini Nolani pontificis pietas 22.27
 Pellis mortuo detracta tympano inducitur, cuius sonus terrori sit hostibus 253.28
 Perfidia publica in Iudeos commissa pro ludo habetur 213.35
 Philippus Bonus Burgundia dux, plurimarum ditionum princeps 33.13
 Philippus Rauenstensis à rege suo desiscit, eius perfidiam detestatus 35.12
 Philippus Rom. rex Boemo regnum ademptum cuiusdam Theobaldo tradit, nempe literis & scripto 158.40
 Pestilentia remedijs atrocior redditur 289.21
 Picardiam Francorum rex bello subigit 301.37
 Picardiam mortuo Burgundo Francia rex inuadit 34.30
 Pietatem in parentes & hospites Germani, etiam idololatra, colebant 110.2
 Piperarij per ludibrium dicebantur Magnopolenses 290.51
 Pirata ne sint è Francia, quaratione prospiciatur 327.26
 Pirata Vincentij martyris praesidio freti 229.25
 Piratica olim laudi etiam data 8.1
 Piratica Winulis non datur vitio 75.22
 Piscis leoni similis 167.45
 Plebs communis papæ & regum praeda 290.2
 Plebe insolitorum vectigalium impatiens 307.4
 Plebis tumultuantis furori etiam principes cedunt 321.45
 Plinij de Wandalis locus 2.8
 Pogaga Plunense idolum 93.17
 Polaborum regio 38.32
 Polonus ex duce rex ab Imper. creatur 46.53
 Polonus à Marchionibus Brandenburgens. interficitur 169.1.
 Polonus Brandenburgensem prouinciam inuadit 185.11
 Polonus non fert Teuthonicos diutius in Letuania grassantes 217.13, Bellum illis infert 234.38, Item assumptio Vitoldo 248.7
 Polonus de coniuratis supplicium sumit 304.55
 Poloni & Teuthonicorum mutuae depraedationes 187.35, Sed bellum hoc tandem componitur 289.17
 Polono Teuthonici pugna potestatem non faciunt 286.42
 Poloni arces non extruunt 5.40, Cur comam alant 47.48
 Poloni & Russi originem habent Wandalicam 28.55
 Poloni regi genere Germano subesse nolunt 209.38
 Poloni fratres sese mutuo captiuos tenent 260.21
 Polonorum in bello rapacitas & crudelitas 37.12
 Polonia rege acie fuso ducem proprium creat 41.25
 Polonia nomen & situs 5.28, 13.22
 Polonia dux Teuthonicorum ordinem, relicta ditione subit 205.29
 Poloniae & Vngariae reginae sorores moriuntur 224.51
 Poloniae regni & familiae amplitudo 133.2

Polonia regnum papae tributarium	180.8	259.15
Polonicus census Romae cur pendatur	47.51	Principes catholici in Hussitas expeditione suscepta, re inopinata terrentur
Polonica mulieres maritis militiae moratibus spud dicitiam prostituunt	61.50	146.14
Polonici regni sacra insignia	47.9	Principes ciuitatum libertati insidiantur
Pomeranus homagium Brandeburgensium fecisse falso dicitur	296.23	326.14
Pomeranus malo in Sundenses animo	338.30	Principes ipsi omnis consiliariis inter se pacem faciunt
Pomerani filia Magnopolensi nubit	300.27	249.10
Pomerani Danis circumuentis imminent	119.36	Principes multa suis militibus permittere coguntur
Pomerani principes cur a Dano alienati	112.52	265.18
Pomeranos Caesar sibi aduersus Henricum Leonem conciliat	136.6	Principes multi Lubicae coacti pacem faciunt
Pomerania ducatus constituitur	136.25	190.5
Pomeraniae ducatus quo tempore cepit innotescere	71.26	Principes opum zelo magis quam Dei feruntur
Pomeraniae & Stetini ducum enumeratio	157.18	242.51
Pomeraniae principes cum Pribislao	105.47	Principum auaritia & nimia seueritas Wandalos a Christo alienat
Pomeraniam Danus adortus aliquot oppida capit	152.20	50.39, 51.42, 55.39
Pompae solennis Lubicae descriptio	332.21	Principum conuentus Wismariae festos dies agit
Pontifex in pontificem nihil territum fulmen contorquet	147.24, Oppidum obsessum capit	214.50.
12		Principatus tres Wandaliae, Stargardiae & Magnopolis eadem lege instituuntur
Pontifex inuito populo obrudatur	167.54	271.1
Pontificis fulmen ab alio maiore fit irritum	147.29	Prinslauiam duces Steinenfes Brandeburgensium adimunt
Portenta Christianae cladis praenuntia	79.45	250.26, Brandeburgensium eam recipit
Prage grauis tumultus ob doctrinae dissidium	228.18	253.3
Prage trucidatur cum suis, qui calicem sacerdoti ademerat	341.15	Prinslauiam hostes calide circumuentus ciuibus capiunt
Pragensis schola instar Parisiensis constituitur	227.1	225.38
Pragenses Hussitas in se caso eorum doctore irritant	247.1	Proconsules Rostockcenses saeuenti plebi cedunt
Pradam e loco sacro tollere Christianis religio est	113.12	322.11.
Pradones belli legibus non tractandi	220.50	Prodigium crucis in caelo conspicua
Presbyteri atrocissimo cruciatu afficiuntur	51.31	193.5
Pribislaus a stina ad regnum uocatur	14.9	Prone Deus Aldenburghensium
Pribislaus Buthue filius Post Canutum Polabis praestit	76.20	76.25, 85.24
Pribislaus in Wandalia cum paucis Christianus est	92.41	Prussi pelles quas magno emimus nihili faciunt
Pribislaus feliciter cum Holsatis dimicat	103.4	36.45
Pribislaus a tribus potentissimis oppugnatur	105.37	Prussi tandem armis domiti Christiani sunt
		159.15
		Prussia a Letuanis deuastatur
		204.55
		Prussia magna ex parte nunc Polono subest
		132.28
		Prussiae situs & lingua
		131.38
		Prussiam Polonus Teuthonicis adimit
		235.1
		Prussorum, licet a Christo alienorum, mores humanissimi
		36.42
		Prussorum victus & vultus
		36.54
		Ptolemaeus quo tempore scripsit
		1.49
		Puella in agmine puellari aquilifera
		11.27
		Puella per totos 28. annos nullum cibum gustans
		250.42
		Puelle in Bohemia bello viros superat
		11.3, 14.25
		Puellam mariti impotentis tadet
		189.25
		Purgatio ignito ferro vulgaris
		195.49
		Valenses nuptiae, prouerbium
		278.26
		Qualem sibi ducem latrones soleant praeficere
		ibi. 46
		Quaestor indulgentiarum in populo punitur
		289.54
		Raceburgensis comitatus
		145.30
		Raceburgensium comitum posteritas deficit
		45.38
		Radigast Wandalorum Deus
		57, 42. Obotritorum
		76.26
		Rami populi, qui & Rugiani
		28.37, 68.14
		Raneberg

Raneberg mons a Ranis delctis	68.14	liquis Wandalis seiungunt	258.42
Renalia a Dano edificatur	134.26	Rostockcenses omnium publico odio pene excinduntur	259.5, Omnium praeda exponuntur
Recessus appellantur Hansae placita	241.45	265.42	
Reformatio vera a capite debet peti	267.31	Rostockcenses episcopi anathema appellatione effugientes parui faciunt	
Rege puero fere exoriuntur bella ciuilia	57.11	319.24, Obsessi se non ignaue defendunt	
Regi frater succedit praeeritis liberis	61.22	322.49	
Regina aduersus maritum insolescit	215.37	Rostockcenses principibus suis portas occludunt	
Regni & sacerdotij luctuosum dissidium	159.20	326.25	
Reinumarie constituenda difficultas	292.18, 333.50	Rostockensium & Hamburgensium tumultus	
Rei pecuniariae egestas regem ab equo non nihil abducere uidetur	236.34	17 & 40, 256.4	
Religio apud Wandalos labascit	49.38	Rostockensium facinus principes vindicandum esse statuunt	
Religio quo demum tempore Wandalis stabilita sit	97.49	317.3	
Religionem armis an uerbo introducas, non parum interest	75.13	Rostockensibus non placet apud se canonicos institui	
Reithra Wandalorum urbs quae fuerit	39.4	314.28	
Reithre Wandalorum metropolis	57.43	Rugia mortuo principe in Dani manus venit	
Reuelationes sibi quisque pro sua libidine fingit	288.43	22	
Rex a subditis in carcerem coniectus	220.17	Rugia quando ad Christum conuersa	
Rex promissis non stans, indignus cui pareatur	301.31	162.35	
Riga in Liuonia muro cingitur	134.19, Fit archiepiscopatus	118.51	
ibid. 31		Rugiani Danos aduersus Pomeranos militant	
Rigenses ecclesiam aduersus Teuthonicos defendunt	315.21, 316.5	51	
Rigenses bello fracti cum Teuthonicis deteriore sua conditione paciscuntur	324.30	Rugiani in Danum rebellionem faciunt	
Rhodus Turcis adimitur	174.44, Aduersus quos defenditur	117.28	
303.19		Rugiani idolum suum noctu equitare credunt	
Rodolphus sororis maleficio ad prolem ineptus, bona sua episcopis largitur	32.22	44	
Rockisana Hussita ad ecclesiam Romanam se redire simulat	271.51	Rugiani Lubicam obsidentes ab Henrico Wandalis profligantur	
Rostockium in fausto sydere conditum	176.23, Incenditur	68.5	
116.33		Rugiani soli in Dani fide permanent	
Rostockium a Dano obsidetur	177.2, Dolo occupatur	154.9	
178.18		Rugiani principis sui Waldemarum filium trucidant	
Rostockij academia instituitur	243.30, Male sibi prospicit	68.42	
273.10, 277.7		Rugiani Waldemarum principis sui filium necant	
Rostockij arx oppidi formam accipit	108.11	68.44, Cuius rei veniam ab irato patre supplices petunt	
Rostockensis se in Dani clientelam confert	173.54	69.46	
		Rugiani Wandalorum postremi in Christum credunt	
		75.9	
		Rugianorum idolum & superstitiosus cultus	
		110.20	
		Rugianorum orator pacis conditiones parum firmas offert	
		116.1	
		Rugianorum superstitio	
		67.45	
		Rugianos superatos Henricus pia fraude circumuenit	
		70.3	
		Russi Plinio & Straboni qui	
		4.40, Eorum pugna uetustissima	
		45, Ad Gracam ecclesiam pertinent	
		36.41	
		Russi Liuoniam crudelissime vastant	
		303.2	
		Russorum & Tartarorum CCM. in pralio caesa	
		207.33	
		Rustri sunt Frisij	
		92.24	
		Sacerdos furandi arte nobilis	
		305.48	
		Sacerdos in Teuthonicos bellum fortiter gerit	
		315.48	
		Sacerdotes ex Zegeberg & Lubica aufugiunt	
		77.30 & 37	
		Sacerdotes Itali a Polonis trucidantur	
		43.11	
		Sanctitatem quidam praeseferens crematur	
		230.6	
		Sarmatia quam late pateat	
		131.45	
		Sarmatarum nomine qui ueniant	
		5.8	
		Saxo Danum subacta Dania potiri non patitur	
		Hhh	

113.11, Ab eius fœdere discedit 117.40, Eum fastuosè pene contemnit 124.26	Senatores Lubica plebe tumultuante excedunt 232.36
Saxo arcem quam Lubicensibus pignori dederat, callidè occupat 227.44	Senogalli ubi hodie, & quas olim regiones in sederint 10.43
Saxo ex oppido Molne occupato à Lubicensibus expellitur 233.47	Seuerini de Odoacris dominatione vaticiniũ 24.14
Saxo & Danus armis communibus Rugianos ag-grediuntur 116.17	Sexaginta viri ad res administrandas delecti 255.9, & 19, & 40, Multis locis præficiuntur 233.24, 234.16, & 30
Saxo iniuria male audit, quod latrones foueat 195.24	de Sicambriis falsa à quibusdã proferuntur 28.4
Saxo Pomeranos sibi aduersus Danũ asciscit 120.52	Sigmundus in Vratislauenfes seditiosos animaduertit 241.15
Saxo Wandalicum bellũ omittere cogitur 125.7	Sigmundus mortua uxore, que regina erat, à ciuibus in vincula conicitur 219.8
Saxonis auaritia successum verbi Dei impedit 53.55, 56.36	Sigmundus pacè ubiq; constituere studet 239.4
Saxones quatuor ordine imperatores 63.26	Sigmundus Turcicas eruptiones cohibet 218.48
Saxones tributa magis quam Christianismi incrementum querunt 75.16	Sigmundi Burgundie regis pietas, in filium crudelitas, pœnitentia & mors 31.21, & c.
Saxones Wandalicum nomen absorbet 154.11	Sigmundi oratores Lubica ad dissidium componendum 238.2
Saxonia ab Henrico III. vexatur 60.37	Sigmundi uxoris mores parum pudici 274.48
Saxonia Henrico Leoni adempta Bernardo datur 134.48	Sigmundo Imp. mortuo uxor capitur 274.43
Saxonia ducatus in controuersia 77.12	Signifer transfuga 252.45
Saxonia dux à Sundensibus captus 181.6, magno liberatur ibid. 21	Singulari certamine pugnantibus ambo cadunt 9.18
Saxonia duces de electoratu inter se contendunt 204.43	Simulacrum triplici capite 93.20, Aliud septem-gemino vultu 112.36
Saxonia principes ad Wandalos Christo subigendos armantur 80.13	Singulare Wandali & Dani certamen 8.43
Saxonum auaritia Christianismo obeſt 78.20, 81.22	Siwe dea Polaborum 76.26
Scania Lubicensibus ex pacto traditur 201.10	Somnum septennem quidam dormit 200.21
Scania allecum piscatu celebris 121.28, 237.3	Sophia Magnopolensis Magni vidua moritur 338.50
Sclauii appellantur, qui antè Wandali, à Saxone 7.40	Sortium usus Germanis frequentissimus 109.45
Sclauii Italiam à Sarracenis tuentur 29.27	Spectri nocturni inusitata species 195.10
Sclauii sunt Wandali 26.45	Specus lethalem halitum emittens 195.33
Sclauoni hodie, Wandali antiquitus fuerunt 3.30	Stadium alij atq; alij vicissim tenent 146.52
Sclauorum nomini etymon Hebraeum tribuitur 6.34	Stadensis comitatus contentiois archiepiscopo cum duce materiem præbuit 91.16
Sclauorum nomine mancipia vnde soleant significari 7.48	Stadenses capti Adolpho se deditioem facturos pollicentur 46.25
Scelus diuinitus indicio patefactum 195.46	Stanislaus à rege crudelissimo trucidatur 62.48, Eius corpus intactum seruatur 63.4
Scholastici qui olim fuerunt, opes hodie & nomen retinent, munus docendi reliquerunt 156.4	Stanislaus Craconie antistes mortuũ ad testimonium dicendum excitat 61.22
Scythia multarum gentiũ mater fingitur 28.41	Stanislaus R. Bolislaũ ab ecclesia submouet 62.16
Sebastiani Brant Hierosolyma 229.10	Stargardiensis Lubicensibus infert damna & accipit 279.47
Seditio grauis & diuturna Lubica exorta, pagina 232.17	Stargardie dominus marchie aliquot oppida capit 229.35
Seditio Wandalicas vrbes certatim peruadit 233.23	Stargardiensium cũ Baltasare Wandalo bellum & pax 237.42
Seditionis in Lubicensi pop. causa 203.37	Stetinum in deditioem Danus accipit 121.14
Seditionem pacare contendentes principes periclitantur 233.34	Stetini situs 121.9
Senatus nouus Lubica creatur 233.18	Stetineses oppidum Grimme capiunt, quod non multo post recipitur 192.15
	Stetineses tumultuantur 258.25
	Stetinen-

Stetinesium & Pomeranorum ducum genealogia 192.10	223.30
Sterlingi Anglici numi vnde appellati 323.7	Teuthonici cũ Polono pacè faciunt 248.31, & 38
Stilico vir summae autoritatis, Wandalus fuit 16.26	Teuthonici suae ambitioni perfidiam & cadem adiungunt 256.1
Stiliconis iniusta caedes magno constitit Italiae 17.42	Teuthonici idololatri aduersus Christianũ auxiliũ ferunt 263.15, Ciuitatibus Wandalicis aduersus Danum rogati accedunt 266.46
Stirgail Polonus ob morum feritatem necatur 213.13	Teuthonici bello gerendo ad inopiam rediguntur, dum nihil moderatum largiri volunt 283.1
Stochholm Sueciae emporium 217.45, Obsidetur 220.25	Teuthonici ecclesie defensores in pastorẽ fecerunt, & ecclesiam vexant 302.30. Rursum 319.4
Straleffunde vrbs conditur 151.54, Eius etymon 152.1	Teuthonici sua in Russos expeditione parum proficiunt 303.30
Succini descriptio ex Tacito 132.7	Teuthonicoꝝ dominadi cupiditas 254.6, 260.30
Sueci suum regem habentes, nolunt Dano subesse 294.52	Teuthonicoꝝ equitum clades 268.43
Sueci de Dano quàm malè meriti 331.28	Teuthonicoꝝ equitum magister, Hansa defensor 272.10
Suecis qui comneatus inueherent, eos hostiũ loco habiturum se Danus denunciat 331.32	Teuthonicoꝝ insolentia multis intolerabilis 280.34
Suecorum rebellionem Danus Lubicensibus tribuit 331.26	Teuthonicoꝝ in captos rusticos crudelitas 324.28
Suitergail Polonus capitur 268.52	Teuthonicoꝝ magister à quodam suorum trucidatur 187.53
Sundensis vrbs à Lubicensibus capta diripitur 156.26	Teuthonicoꝝ magister abdicatur 315.22
Sundensis vrbs à Dano adiunctis auxiliis frustra oppugnatur 181.1	Theodericus Brandeburgensis ditioe sua pulsus 63.35
Sundensem urbem quinam obsederint 181.13	Theologiae magister uxorem ducit 157.4
Sundenses offenso clero crimen grandi pœna luunt 232.9	Thietmari vita & mors 88.8
Sundenses pauci Danos multis partibus plures superant 257.52	Thietmarsicum Lubicensibus fœdus ineunt 293.29
Sundenses Rugiam armati ingrediuntur 338.33	Thietmarsii factionibus laborant 272.48
Suspendium mortis genus infame 15.29	Thietmarsorum pralio secundo Frisij inoleſcunt 330.55
Syderum obseruatio ex crebro itinere nocturno 279.39	Thietmarsos transfugas Danus cedit 153.31. & 47
Tadmarus stipem cũ miraculo erogat 81.44	T. Linius inuidie nomine multis iniustus 14.50
Tamerlanis Tartari ferocia & res gestae 228.48	Thomas Anglus martyr pro iure ecclesie 175.12
Tartari vnde prodierint 5.4	Traiectensis ecclesie dissidium intestinũ 274.20
Tartari in curribus degunt 132.38	Trapezuntinus Imperator affinitatem cum Turcis imit 286.6
Tempestatis & inundationis magnitudo 104.16	Trasimundus Arrianus catholicis infestissimus 25.25
Templarij obiectis criminibus ad unum omnes delentur 175.14	Tributorum acerbitas Wandalos à religione deterrit 58.38
Teuthonum appellatio vnde 2.48	Tributo grauiori impediuntur Wandali, ne Christiani fiant 93.38
Teuthonici fratres cur in Prussia venerint 162.19, A Polono casi 188.17	Troianorum se multi posteros haberi volũt 28.1
Teuthonici equites Letuanum cum filio capiunt 199.2, Cuius arte decipiuntur 205.5	Tuisco apud Germanos gentis pater 2.5
Teuthonici equites potentie & opum congerendarum cupidi 208.1, & 7, Præsentibus non contenti 219.20, Ob nimiam regnandi libidinem iniusti 234.40	Tumultuanti plebi optimates gratificari coguntur 321.5, 2, 3, 2, 2, 21
Teuthonici Letuanica expeditione non multum proficiunt 208.50, 209.1	Turci in Polonia victores, vnius militis virtute superantur 269.20
Teuthonici Gothlandiam occupatam sibi habent	Turci Poloniam & Vngariam vexant 277.44
	Turci minor nati filius inter Christianos versatur 305.5

<i>Turcorum, Tartarorum, Russorum & Letuanorum pugnandi mos</i>	155.36, 185.34	<i>Vngari Sigismundum Boemum regnare nolunt</i>	209.26, 211.5
<i>Turcica expeditionis ineptus conatus</i>	288.35	<i>Vngarorum adhuc impiorum in Saxoniam irruptione</i>	41.2
<i>Turcicum bellum à papa nequicquam suadetur</i>	285.54	<i>Vngarorum tres primi ordine reges sanctitate insignes</i>	130.35
V alentiam Gothi occupant	18.55	<i>Vrbanus VI. Papa tyrannus à cardinalibus deferitur</i>	207.7
<i>Valentinianus dum se acerbiozem Bonifacio præstat, Aphricam amittit</i>	21.5	<i>Vratislaus bello quod iniuste inferebat, cadit</i>	15.21
<i>Vdo marchio Stadenfis</i>	64.43	<i>Vratislavia grauis seditio</i>	241.52
<i>Venerabilium Florentinorum ars</i>	179.12	<i>Vratislavia Silesiorum conditor</i>	15.7
<i>Veneti à Sigismundo vexantur</i>	235.27	<i>Vrfa à fero homine cicuratur</i>	213.17
<i>Veneti scriptores quæ sibi dedecori sunt, silentio prætereunt</i>	207.30	<i>Vrsina gentis apud Romanos vetustas</i>	335.17
<i>Veneticorum cum Turco fœdus</i>	303.51	<i>Vrsulam virginem Christianam cum suis comitibus ad Coloniã cadunt Huni</i>	11.37
<i>Veneticorum culpa Christiani à Turcis cæsi</i>	277.52	<i>Vsoncasson licet Mahumetanus, cum Christianis aduersus Turcum consilia communicat</i>	284.2
<i>Venetos Vngarus multis damnis afficit</i>	207.26	<i>Vsoncasson nuncios ad papam mittit</i>	286.12
<i>Venetias extruendi occasio</i>	22.22	<i>Vxor maritum regno expellit</i>	211.5, Postea reuocat
<i>Vermium prodigiosa in aere multitudo</i>	207.23		16
<i>Vesontione conciliũ à Friderico cogitur</i>	101.33	W ago Aldenburghensis episcopus cum rege de possessionibus in graue certamen venit	48.31
<i>Vicelinus euangelium strenuè cum aliis disseminat</i>	77.3.79.3	<i>Wagria antè deserta, frequens esse incipit</i>	43.47
<i>Vicelinus inuestituram à principe, quamvis non faciendum indicans, accipit</i>	84.42		16
<i>Vicelinus in paralysem incidit</i>	87.15	<i>Wagria hodie Holsatia</i>	38.33
<i>Vicelinus quando obiit</i>	87.49, 89.53	<i>Wagria Saxonica ditioni accedit</i>	78.18
<i>Vicelinus paralyse tactus etiam lingua destituitur</i>	89.30	<i>Wagriam incolæ Saxonum odio relinquunt</i>	78.19
<i>Vicelinus post mortem de iustis non persolutis expostulat</i>	90.7, Mulieri in somniis visum reddit		38.42
	ibid. 38	<i>Walachia superior Turco adimitur</i>	305.42
<i>Vicelini in prædicando euangelio strenua diligentia</i>	73.23	<i>Waldemarum Bremensem archiepiscopatum quũ imire studeret, multis molestiis afficitur</i>	150.23
<i>Victores à victis captiui abducuntur</i>	258.10		23
<i>Virgo raptâ raptorem patri irato placat</i>	46.37	<i>Waldemarum Danie rex ab exilio domum redit</i>	190.14
<i>Vitaliani qui dicebantur</i>	216.35, 218.19, Capti nouo carceris genere detinentur		97.18
	220.7	<i>Waldemarum marchionem, qui mortuus erat, quidam se fingit</i>	189.41, Reperit quibus fidem faciat
<i>Vitaliani Angliæ mercatoribus insidiati capite plectuntur</i>	229.13		191.20, Tandem expellitur ibi.
<i>Viterbiensis Ioannes Annius diligenter antiquitates perscrutatus est</i>	2.25		39, 196.22
<i>Vitoldus Christianus factus varia fortuna cum Tartaris pugnat</i>	225.6	<i>Wladislaus Iersico in Boemia succedit</i>	296.6
<i>Vitoldus Polonus ab oppidanis circumuenitur</i>	209.53	<i>Wandalus apud Saxonem sacramentum dicit</i>	66.28
<i>Vitoldus regiũ nomen affectans moritur</i>	260.14		38.47
<i>Vitoldi in promittenda fide vanitas</i>	212.40	<i>Wandalus Wandalarũ pater, Noe nepos</i>	28.46
<i>Vngarus Boemiæ quandam partem bello capit</i>	294.10	<i>Wandali rebellionem facta à Dano caduntur</i>	8.40
<i>Vngarus Bosnam Turco adimit</i>	304.15	<i>Wandali à Francis in Gallia cæsi, in Hispaniam migrant</i>	18.21, Inde in Aphricam ad opem Bonifacio ferendam
<i>Vngari à Tartaris in patria vexantur</i>	155.40		20.48
<i>Vngari ab Henrico Imperatore fusi</i>	41.29	<i>Wandali obsides dare recusant</i>	117.21
<i>Vngari è Scythia migrarunt</i>	36.34	<i>Wandali bello fracti Christiani fiunt</i>	41.33,
<i>Vngari, Scythæ, Germaniam, Macedoniam & Græciam vastant</i>	130.23, In Pannoniis sedes locant		ibid. 50
	ibid. 32	<i>Wandali Christum amplexi ecclesias construnt</i>	43.19

Wan-

<i>Wandali Brandeburgensi & Saxoni suberant</i>	50.44	<i>Wandalicæ vrbes apud Danum de eius fratre uel conqueruntur</i>	318.36
<i>Wandali post LXX. annos ad paganismum relabuntur</i>	51.39, 58.6, Et ad religionem, quam abiecerant, agrè reducuntur		12
<i>Wandali latrocinii assueti</i>	95.37	<i>Wandalicarum urbium aduersus immodicam principũ dominationem syncretismus</i>	316.35
<i>Wandali Ottoni Imperatori fortem in Calabria operam nauarunt</i>	51.4	<i>Warcislaus in orientali Wandalia fidem suscipit</i>	71.20
<i>Wandali Bernardo duro duce mortuo libertati student</i>	57.17	<i>Wineta vrbs olim amplissima, hodie nomine duntaxat nota, describitur</i>	37.45
<i>Wandali Henrico Godscalci filio ad Christum reuocanti non parent</i>	66.36, Caduntur	<i>Wenden apud Saxones, Wandalici nominis reliquias habet</i>	3.46
<i>Wandali piraticæ culpam in Christianos conferrunt</i>	93.51. Pacem violant	<i>Wentzlaus Boemus delatum imperium recusat</i>	164.2
<i>Wandali sacra peregrina apud se fieri non patiebantur</i>	109.50	<i>Wentzlaus Boemiæ rex ignauus</i>	202.35
<i>Wandali à Saxone sollicitati, in Danum, à quo subacti fuerant, bellum gerunt</i>	113.16	<i>Wentzlai Boemiæ regis turpissima vita</i>	206.46
<i>Wandali Daniam ingressi Esneri virtute repelluntur</i>	118.48	<i>Wentzlaus Boemus in sanctorum catalogum relatus</i>	42.19
<i>Wandali nomen omnes hodie refugiunt</i>	154.26	<i>Wentzlaus regno abdicatur</i>	226.18
<i>Wandalorum nomen ad quas gentes pateat</i>	2.10. & 45, In Aphrica extinctum	<i>Wentzlaus, velut alter Esau, principatum aliquot doliis vini postponit</i>	226.30
<i>Wandalorum sedes latissime olim patuerunt</i>	27.16	<i>Wentzlaus regno se destituit præ ignauia non indignatur, & ultro ei qui sufficiebatur cedit</i>	221.9
<i>Wandalorum ad Christum conuersio difficilis</i>	40.6	<i>Wentzlai Epicureum apophthegma</i>	226.24
<i>Wandalorum à Danorum exercitu clades</i>	115.45	<i>Wentzlai interfecti scelus qui occultatur</i>	164.12
<i>Wandalorum varios populos varij ad Christum vocant</i>	75.10	<i>Wentzlaus veneno nemo potest extinguere</i>	207.2
<i>Wandalorum in pactis faciendis astus</i>	98.50	<i>Werlo arx obsidetur</i>	102.47
<i>Wandalorum cum Holsatis & Thietmaris anceps certamen</i>	106.20	<i>Wernouia fluiuis</i>	148.24
<i>Wandalorum vires accise</i>	107.37	<i>Werlaus Pribislaus fratrem ad arma liberandi sui causa malo consilio excitat</i>	104.26
<i>Wandalorum gens in Saxoniam pene coaluit</i>	126.8	<i>Werlaus Rugianorũ dominus moritur</i>	186.21
<i>Wandalis ludus est cum Danis dimicare</i>	113.50	<i>Werlaus quod rebellionem suasisset, suspenditur</i>	105.38
<i>Wandalis liberior conditio promittitur, ut ad Christum accedant</i>	94.2	<i>Werlaus vnus ex Nicloti filiis, deditione facta obses in hostium potestate manet</i>	103.13
<i>Wandalia latrocinii infamis</i>	67.23	<i>Wicleffi cadauer comburitur</i>	238.37
<i>Wandalia multas per prouincias diffusa</i>	1.25	<i>Wicleffi liber de vniuersalibus realibus</i>	226.52
<i>Wandalia tanta putanda, quàm latè eius lingua patet</i>	3.53, 4.6, & 20	<i>Wilse sue Luticij populi qui sint</i>	38.30
<i>Wandalicæ pars non parua à Saxonibus occupata</i>	38.47	<i>Wilforum de primatu inter se bellum</i>	56.17
<i>Wandalicæ princeps de Werle agnominatur, & Wandalicum nomen dedecori sit</i>	181.22	<i>Wilforũ sue Luiticorum quatuor populi</i>	56.14
<i>Wandalicæ reliquum nomen</i>	170.45	<i>Wisbu Gothlandiæ emporium</i>	38.12
<i>Wandaliam rursum Danus subigit</i>	10.7	<i>Winuli, qui Wandali sunt, Turingiam bello infestant</i>	35.45
<i>Wandalicæ superstitionis descriptio</i>	76.24	<i>Wolgastenses oppidum suum amplificant & muniunt</i>	125.38
<i>Wandalicæ ciuitates in Daniã nauigant</i>	201.3	<i>Wisigothi Baticam ingrediuntur</i>	20.52
<i>Wandalicæ mulieres ac virgines arma tractant</i>	10.50	<i>Wisuarienses à principe suo quem excluderant, cæsi</i>	176.34, Redeunt in gratiam
<i>Wandalicæ vrbes etiam hodie</i>	4.5, &c.		ibid. 42

Hbb ij

INDEX IN WANDALIAM.

<i>Z</i> Egeberg arx in controuersia est 77. 22. & 28	pellere	46. 17
<i>Z</i> ualerius Wandalarum & Saxonum limes 59. 30	<i>Z</i> ueno Daniapacatè potitur	86. 13
<i>Z</i> uante withidolum ex Christi martyre 40. 31, 75. 31, & 36, 109. 43, 110. 26	<i>Z</i> ueno iniuriam sibi illatam condonat, filius post illum uolciscitur	54. 48
<i>Z</i> ueno Danus filios ex concubinis regni fecit hæ- redes 60. 49	<i>Z</i> uenonis perfidia	97. 13
<i>Z</i> ueno Danus Slesuici obsidetur 82. 22	<i>Z</i> uenteplogus fraterna cedis suspicione non uo- cat	73. 12
<i>Z</i> ueno Dania rex Aldenburgi exulat 96. 28, redit ibid. 47	<i>Z</i> uenteplogus Wandalus rebelles armis domat 73. 14	
<i>Z</i> ueno suos Danos ad Christum non audet com-	<i>Z</i> uenotto à Christianismo desciiuit, sed malis do- mitus ad sanitatem rediit	45. 16
	<i>Z</i> uerini obsidio inefficax	197. 24

INDICIS WANDALIÆ FINIS.

FRANCOFVRTI AD MOENVM
EXCVDEBAT ANDREAS WEHELVS,
ANNO SALVTIS M. D. LXXX.



